

Oedipus aegyptiacus ,
hoc est Universalis
hieroglyphicae veterum
doctrinae, temporum
injuria abolitae,
instauratio... - [...]

Kircher, Athanasius (1602-1680), Schott, Gaspar (1608-1666). Oedipus aegyptiacus , hoc est Universalis hieroglyphicae veterum doctrinae, temporum injuria abolitae, instauratio...
- Athanasi Kircheri,... Oedipi aegyptiaci tomus secundus. Gymnasium, sive Phrontisterion hieroglyphicum in duodecim classes distributum... Pars prima [-altera]. - Athanasii Kircheri. 1652-1654.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :

*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.

*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer [ici pour accéder aux tarifs et à la licence](#)

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.

*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment possible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

Z 1450.

*

Z

45.1

ATHANASII KIRCHERI
SOC. IESV
OE D I P I
AEGYPTIACI
Tomus III.

THEATRVM HIEROGLYPHICVM,
H o c e s t,

Noua & hucusque intentata

O B E L I S C O R V M
Cœterorumque Hieroglyphicorum Monumen-
torum, quæ tūm Romæ, tūm in Aegypto, ac
celebrioribus Europæ Musæis adhuc
superfunt,

I N T E R P R E T A T I O

Iuxta sensum Physicum, Tropologicum, Mysticum, Hi-
storicum, Politicum, Magicum, Medicum, Mathemati-
cum, Cabalisticum, Hermeticum, Sophicum, Theo-
sophicum; ex omni Orientalium doctrina,
& sapientia demonstrata.



Felicibus Auspicijs

F E R D I N A N D I I I.
C A E S A R I S.

R O M Æ,

Ex Typographia Vitalis Mascardi, Anno à Partu Virgineo M DCLIV.
SUPERIORVM PERMISSV.



A D E M I N E N T I S S I M O S
 ET SERENISSIMOS
 SACRI ROM. IMP. PRINCIPES
 E L E C T O R E S.
 DOMINOS MEOS CLEMENTISSIMOS.



BELIS CORVM erectionem, quam in præsentia exēcuturi sumus, ad eos spectare fas est, per quos stetit Sacri Romani Imperij ad hoc usque temporis intemerata Maiestas. Vobis eterim, Serenissimi, debet omnis Germania, quod diuturno lassata bello, per tot rerum discrimina, cladium vicissitudines, dubios præliorum euentus eluētata, lētam aliquando tandem ad pacis Oliuam frontem erexerit, & veterum non immemor triumphorum in præclaro immutabiliq[ue] statu sese confirmārit. Id unum quippe seu pace, seu bello spectastis, ne quid de dignitate prisina Gloriosissimi Imperij ullâ fortunæ calamitate iret imminutum. Si gladium vaginâ vacuum spectauit Danubius, Albis & Mœnus sanq[ue]ne discolores longo tempore defluxerunt, & Rhenus funeribus illachrymatus est; eo omnia consilio prouenerunt, ut concussione isthac tam vehementi, longâ annorū serie collectam eluuiem fortissima Natio in circumiecta maria feliciter exoneraret. Spectent igitur ijdem Vestræ conscij virtutis fluuij defixa vtrinq[ue] in ripis trophyæ, surrectas Pyramides, excitatos Obeliscos, & veterem dolorem nouâ felicitatis à Vobis procuratae memoria consolentur. Id pariter inter alia præclarissimum fuerit Ferdinando III. Cæsari, cuius auspicijs hoc Operis, quantum demum est, suimus emoliti, spectari in eodem hoc gloria perennis Theatro, Vestræ monumenta virtutis, & cotidem illius, quam ipse obtinet, bases, & solidissima fulcra Maiestatis.



Nonnullæ Authoritates Doctrinæ Hieroglyphicæ in huius decursu Operis exponendæ.

I.

Aristoteles in mystica sua Theologia iuxta mentem Aegyptiorum à Platonè retentus accepta. l. 14. c. 14.

Sapientes Babylonij, & Aegyptij acumine mentis introspexerunt intellectualis Mundi species complexi scientiâ aliunde traditâ, vel ex seipsiis inuentâ, quam etiam professionem ipsi sibi vendicarunt; siquidem enarraturi aliquid vtebantur doctrina intellectuaria, non autem humanarij ut nonnulli alij, qui consulentes eos, adhuc non sibi visi sunt satis firmiter discere ex sententijs locutione redditis, conceptus animorum acceptos scribebant, ut oculatâ fide legimus, in lapides per figurâs, idem in omnibus scientijs artibusque facientes, quos locabant in templis tanquam paginas per legendas, talesque aderant libri eorum vñstiles; quod fecerunt, ut indicarent etiam, quod intellectus agens immaterialis creauit omnia secundum propriam essentiâ cuiuslibet rationem, similitudinemque, quale optimum fuit, pulcherrimumque documentum, per quod vtinam etiam indicarent, quâ ratione attingerent formas illas mirandas & absconditas, sic enim illorum sacramentum esset laude dignius, qualis conditio paucis viris contingit.

II.

Iamblichus l. de mysterijs Aegyptiorum.

Imitantes Aegyptij ipsum vniuersi naturam fabricamque Deorum, ipsi quoq; mysticarum reconditarumq; notionum imágines quisdam in symbolis conficiendis ostendunt, quemadmodum & natura rationes occultas in apparentibus formis, quasi symbolis exprimit, & Dij veritatem idearum per manifestas imágines exprimunt.

Cùm ergo perspiciant, superiora omnia, inferiorum similitudine delectari, atque insuper optent, à superioribus bonitate repleri, quatenus pro viribus imitentur, merito & quasi conuenientem Superis modum agendi pro viribus offerunt, quando occulta mysteria rerum abditarum, symbolis inferunt manifestis, in quibus interpretandis dimittit voces, accipe sensus. Et sol. 354. Iam verò hæc non oratione rationeque nuda speculari solent; sed admonent insuper atque docent, ad excelsiora communioraque & superiora fato, naturam nostram progredi ad ipsum Deum, Opificemque Mundi; quatenus neque materiam ferat secum, neque aliud quicquam præter opportuni temporis obseruentiam, idque sacrorum opera nos sequi dicent, atque simul efficiunt. Tradidit hanc quoque viam nobis ipse Mercurius, sed interpretatus est eam Prophetæ Titis Ammoni Regi inuentam in adytes templi, in vrbe Sain Aegypti; literisque sacris, id est, hieroglyphicis insculptam, præbuit quoque nobis nomen DEI discurrens per vniuersum.

III.

Plotinus l. 8. Enneadis 5. c. 6.

Δεκτοὶ δὲ μὲν οὐδὲν οἱ Αἰγυπτῖοι σόφοι, οἱ τε αἰκενεῖς θησέρημη λαβόντες, εἴτε καὶ σομβύτῳ θεῖ ἀνέλεντος σοφίας δικαιωθῆσθαι. Μηδ τύποις γεωμετρῶν διεξοδόσι λόγους καὶ τεχνάσεις. Μηδ διμητρίδοις φωναῖς καὶ τεγματοῖς κατεζήσθαι. αὐτάμαχοῦ δὲ γεωμετρεῖς εἰς τοντοὺς

THEATRVM HIEROGLYPHICVM.

3

φρείματ^{το} ἀγαλμα, σκυτάλας ἢ τοῖς ιεροῖς, την̄ σκέπας διέξοδον ἐμβαίνει. ὡς ἔπει τοις καὶ
τεκτόνιμοι καὶ στοιχία, ἔκαστον δέσιν ἀγαλμα, καὶ τὸν ποντικόν μύρον, καὶ αὐτούς, καὶ τὸν πάνεπιστοις, καὶ τὸν βέν-
αλματον. Τούτου δὲ ἀπὸ μηδὲν πέτρας ψωτούς, εἴδωλον πλευρίμονον ἢ ἀλλων οὐδὲν. Καὶ λείων ἀνθεῖ
διεξόδων τοῖς αὐτοῖς, διὰ τοῦτο πλευρίμονον, ὡς τοῦ παλαιῶν ἐπιτοις ἔχοντο γεγονότα ταῦτα θαυματάσαν.

Videntur verò mihi Sapientes Ægyptiorum siue consumata quādum sapientia, siue naturali etiam mentis instinctu, ubi constituerunt sapientiae mysteria nobis significare, non usi fuisse figuris literarum significaturis sermonis discursiones & propositiones quasdam, & imitaturis voces pronuntiationesque regularum, sed potius describentes imagines rerum singularis singularum, easque depingentes, in sacris clīm rei ipsius discursum significasse. Quod videlicet scientia & sapientia quædan. sit unaquæque imago siue exemplar, & subiectum illud spectaculū totum vna collectum, neque sit excogitatio quædam, neque consilium. Postea verò ab ipsa imagine exemplari, siue sapientia simul tota, simulachrum in alio quodam fiat iam euolutum, atque loquens in discursione quadam, & causas propter quas ita res institutæ sint inueniens, dum videlicet dispositio rerum, quod ita se bene habeat, mouet admirationem.

I V.

. Simeon Ben Iochai in libro Zohar :

כהני מצרים פרשו חכמתם באותיות התבונתן תבונות
החוות והעשבים וכל מני כלים והוא סימני ר' העולמים
ומधם א' העולם אצילותם וב העולם המלאכים וג' העולם
הגיגלים ור' העולם ר' טבעות וכל אלו ר' עולמים חכמי
מצרים פרשו במשל' החוות ובחידות הרו וגדו ב' הآخر
בהآخر וככלן סעדו ב' גבוח מעל גבוח שומר והוא ארון
ורבון רוזר כל העולמים וכלה מה בהם :

Sacerdores Ægypti explicabant sapientiam suam per signa, quorum similitudines sunt similitudines animalium, & herbarum, & omnis genetis instrumentorum, & fuerunt signa 4 Mundorum, quorum 1 Mundus emanationis, 2 Mundus Angelorum, 3 Mundus Orbium, & 4 Mundus 4 Elementorum, & omnes istos 4 Mundos Ægyptij explicabant in parabolis animalium, & in ænigmatis de ijs loquebantur, indicantes quomodo unus in altero sit, & quomodo omnes testentur, quod excelsus super excelsus sit custos, & ipse est Dominus & Magister, & plasmator omnium Mundorum, omniumque quæ in ijs sint.

V.

Mor Isaac c. 6. Philosophiae :

וְאֵלֶּה מִזְרָחַ מִתְנָלָה מִדְבָּרָה מִדְבָּרָה מִתְנָלָה
וְמִתְנָלָה מִדְבָּרָה מִדְבָּרָה מִתְנָלָה מִדְבָּרָה
וְמִתְנָלָה מִדְבָּרָה מִתְנָלָה מִדְבָּרָה *

Scientiae Magice ratio à supremis perficitur potentys, vna cum potentys terrenis, familiaritatem ac convenientiam supernis cum inferioribus, que sub Luna sunt, habentibus; & ipsa fuit sapientia Philosopherum Ægypti, sculpta in ingentibus faxis.

Aben-

V I.

Abenuaschia l. de seruitute Aegypti .

وأن كثيرون أهل هذا بلى لا يعرفون ما يدل عليه هنا المغزى وذلك أن دعليم ليس أهل مصر قربوهم بل رجل طرقنا قبل زمان طوبل من أرض كنعان وكان مبرزًا في الحكمة وفي نحو والمساحة والحساب والهندسة والموسيقى وفي فلسفة وصادر العلوم المتداولة التي سماها الأوائل التعاليم وأهدوا هريرة الصورة قربا بالله

Vtique multi ē populo huius regionis ignorant , quid significent huiusmodi enigmata , atque hoc , quia indigen.e non consecrarent illi , sed vir quidam ad nos se recepit olim ex terra Canaan , is erat eximus in Sapientia , et in Grammatica , Geometria , Musica , Arithmetica , Philosophia , et reliquis scientijs significatis , quas Antiqui notant disciplinas ; et hic dono obtulit has figurās , ut Deo essent sacrae .

Artis Hermeneuticæ , siue Interpretatiuæ Hieroglyphicorum Suppositiones .

1 Hieroglyphica Aegyptiorum doctrina nihil aliud est , quam at-
cana de Deo , diuinisque Ideis , Angelis , Dæmonibus , cœterisque Mundanarum Potestatum Classibus ordinibusque scientia , faxis potissimum insculpta .

2 Hieroglyphica symbola ad exemplar naturæ instituta , non literis , syllabis , vocibus , periodis . sed conceptibus Idealibus latentium mysteriorum sensus efformant .

3 Symbola Hieroglyphica in Obeliscis , cœterisque monumentis Aegyptiacis , non temerè , αλέγως τοις ἀτεκτως congesta sunt , sed summâ connexione formatorum conceptuum sacramenta exhibent .


4 Hieroglyphica iuxta Mundorum varietatem & analogiam , quam ad inuicem habent , varios sensus inquoluunt , id est , vnum & idem symbolum , v. g. Accipitris pro appositarum conditione notarum , non Siderei tantum , sed & Archetypi , Intellectualis , Ethici , Politici , Chimi- ci Mundi Solem indicat , ita ut dictum symbolum & Osirin supramundanum , & Sidereum , & Hylæum ex æquo iuxta intentam analogiam exprimere possit . Quod idem de Iside , Mophta , Anubi , cœterisque Deorum monstris ; idem de crateribus , aquis , vasis , cœterisq; sentiendum est .

5 Hieroglyphica symbola non tantum sublimiū erant significatiua sacramentorum ; sed & naturalem quandam efficientiam habere crede- bantur , tūm ad Genios bonos quibuscum occultam , & in abdyta naturæ abyssō latentem sympathiam habere putabantur , attrahendos ; tūm ad contrarios & antitechinos Genios , ob-eorundem cum ijs. antipathiam , coercendos profligandosque .

6 Hieroglyphica symbola nihil aliud quam prophylactica quædam signa , omnium malorum auerruncatiua , ob mirificum catenarum , mundialium consensum connexionemque , esse existimabantur .

Hisce præmissis , iam tandem diuini Numinis auspicio , Opus cœptum , difficile sane , & Herculeis etiam formidandum humeris ordiamur .

OEDI-



7

OEDIPI AEGYPTIACI

S I V E

THEATRI HIEROGLYPHICI

Tomus III.

P R A E F A T I O.

*AD SAPIENTISSIMUM
FERDINANDVM III.
ROMANORVM IMPERATOREM
IVSTVM, PIVM, FELICEM.*



ANDIMVS tandem, Sacratissime Cæsar, polymorphum Hieroglyphici Morphi Regnum; Theatrum inquam immensa monstrorum varietate refertum; non dico nudis naturæ monstris, sed ænigmaticis vetustæ sapientiae Chimæris ita adornatum, ut inde immensos scientiarum thesauros sagacia ingenia, non sine literarum bono, eruere posse confidam. Hic Bubasticus Canis, Saiticus Leo, Mendesiorum Hircus, Crocodilus fœdofaucium biatu formidabilis, diuinatis, naturæ, animarumq; occultos, sub umbratili imaginum ludibrio, vetustorum Sapientum sensus, aperiunt, Hic sitibundæ Dipades, Aspides virulentæ, Ichneumones callidi, Hippopotami crudeles, monstrosi Dracones, ventrosus bufo, implicatus conchæ limax, hirsutaque campe, sine numero spectra, miram in nature sacrarijs seriem & ordinem exhibent. Occurrunt hic mille rerum exoticâ quâdam metamorphosi transformatarum species, in alias & alias imagines figuris hominum conuersis, & in se rursum nexu mutuo refectis; ubi feritas cum humanitate, hæc cum affectata diuinitate, diuinitas denique, ut cum Porphyrio loquar, per omnium rerum species transiens, cum omnibus videtur monstrorum meditata coniugium; ubi nunc variegata facie sublimis, caninam ceruicem attollens hic gerit Cynocephalum, ille turpis Ibidis, aut Accipitris rostrata laruâ indutus, magni Iouis alitem agit; alius virginæ blandiens facie in Scarabæi indumento Scorpionis mentitur

acu-

aculeum. Cæteri diuersis in vnam ridiculo sanè figmento conformati rerum speciebus nunc criformes Sphynges, nunc, vt multa paucis complectar, Chimeras & aurore-egregiores; alij ex Plutonis officina veluti prodentes luxuriantes Cerberos referre videntur. Nec desunt informes Isiacorum Canopæ, immodicâ corporis distensione prominentes totos ventres dices. Quid amplius? Videres bic turpem illum oblonga Cercopithecum cauda, pileo textili, Crocotysque Thrijs Catamiti pastorculi specie induitum varijs modis gesticulantem. Videres & enornis crassitiei bouem, omnipotentis Deæ fecundum Numen, gestuoso incessu, alis agglutinatis conspicuum, veluti volatus affectantem; utrumque ijs symbolis adornatum, ut illum quidem Bellrophontem, hunc autem Pegasum dices, tamen rideres verumque. Verbo quidquid fecunda portentorum mater Ægyptus excogitauit unquam, aut poëeos ludibundam fixit ingenium, in hoc pantomorpho naturæ theatro nobis ob oculos sub allegorico occulte significationis velamine positum contemplamur. Quis porrò horridam hanc rerum faciem intuens non animo protinus cadas? Quis huic se monstrifero deserto per inhosita tefqua, asperos calles, inumeros præcipitorum scopulos, sine viarum perito duce tutò committat? Quis theatra bæc ingressus, cum tot monstribus & portentis impunè congredi audeat, & non nisi plumbeis obtusisque instructus pugionibus, temerè, ut ita loquar, sisariæ? video ego toius naturæ consultum Plinium hoc succubuisse prælio; video quoque solerten naturæ scrutatorem Ælianum, Marcellinum quoque & Hermapionem Cymbalum Mundi, aliosque Heroas ad primum conflictum mox animum de Victoria ad ipsa descendæ quasi despontentes sese ingenioso, seu manus callido effugio subduxisse. An non igitur in hoc agone merito ab omnibus temerarius veluti Icaros ausus attenturus audiam? Sed macte animo.

Q. Col. l. 22.

Α'λισα μὴ τοῦτο θεῖ θέατροποτιν
Εὐδαί δὲ πολλον αἴποθε, πόνον δέ τε μέσον εἰλισο.

Incommoda enim ante pedes Di posuerunt hominibus,
Commoda verò valde procul, in medio autem laborem statuerunt.

In tanta caligine audendum est aliquid, &

Quid nostri valeant humeri, quid ferre recusent,
periclitandum: ubi vires humanæ deerunt, aderit diuina bonitas, que vt ad hoc ab meunte ætate me instimulauit, sic & gratiam, vt quod eius ope fieri posse cogitauit, perficiam, concedet. Sed vt paulò apertius mentem meam exponam, diuino Numinis auspicio, ad ultimum & unicum intentionis nostræ scopum, in quem tam opero binorum Tomorum apparatu hucusque collumauimus, id est, ad practicam hieroglyphicorum interpretationem, meliori quo fieri poterit modo & methodo perficiendam, progredimur. Opus sanè arduum, & innumeris difficultatibus inuolutum, ante vicennium Republicæ literariæ promissum, iam tandem fide soluta exhibitum. Quod Sacratissime Cæsar, iussisti, pro mea tenuitate ingenij exercitus sum; vt proinde non tam mea, quam Tua, quicquid in hoc Opere excellens comparietur, voluntate, Tuâ in literatos propensæ voluntatis significatione, singulari, ubsidiorum munificentia partum dici debeat; grataque cognoscat posteritas, Te in hac durioris temporis propagatione divinitus à Deo electum, vt quod nullus

*lus ante Te Cæsarum, aut viribus ullis, aut potentia obtinere potuit, Tu obtine-
res, Tu conficeres, Tu omnibus numeris compleres & absolueres.*

Verum idem mihi hic contigisse videntur, quod Isidi, quæ cum omnia con-
stanter certamina superasset, Titanum saeuitiam effugere nequivit. Perdomitis
ego supradictis monstribus, cruentis belluis constanti labore subiugatis, dum Osiri-
dem restauro, Titanum crudelitate inuiditur Horus, fatus tanto labore conce-
ptus. Dum, inquam, in sublimi illa, atque hucusque intentata hieroglyphicorum,
Typhonis saevitiæ, hoc est, temporum iniquitate dispersorum perditorumque reuo-
canda scientia labore, domitisq; iam omnibus difficultatum monstris Osridem
perditum in integrum restituo; Horum Titanum iniquitate perdo, id est, secum
hunc propriâ industria, labore summo, conatu pertinaci, studio denique contento
partum, iniqui rerum censores eripere omnibus modis fortassis conabuntur. Nam
in materia hac vti noua, rara, curiosa, ac rerum eximiarum abundantia & copia
plena, sc̄ inuidiae veluti fulgidae gloriae concomitantis umbræ quam maxime ex-
posita, Aristarchorum quorundam peruersa iudicia & reprobationes Momicas,
quas nemo unquam Doctorum, in tam arduo & glorioso puluere desudantium
effugere potuit, minime defuturas præudio; quorum tamen impugnationes cu-
randæ non sunt: tametsi enim omnem in hoc Opere perfectionem fortasse non
attigerim, non tamen nescio humanarum viuum terminos circumscriptos, &
non nihil esse prodire tenus, si non datur ultra. Nam de præsentis argumenti
vel præstantia, vel viilitate, quam eorum explicatio & cognitio ad fert, si pro di-
gnitate differere velim, nullus unquam exitus reperiatur. Esto itaque, non posse
me, non posse alium quempiam totum hoc mysteriorum pelagus exbaurire, latèque
exporrectum ambitum omnino perlustrare; ideo præclaro & laborioso incepto
desistendum, quod uni præstare negatum fit? minime. Summè hallucinantur
illi, qui nihil dignum, preciosum nihil reputant, nisi quod omnibus numeris absolu-
tum fuerit; illi nequaquam homini in hac rerum caducitate constituto, sed in
alteram vitam abstracto, huiusmodi perfectionem reseruatam esse sibi persuadeant.
Desinant itaque tantæ molis argumentum mihi exprobrare, rerum, quas ignorant,
impugnatores. Deo labore, qui ut quod aggressus sum, ad exitum perducere
possim, pro infinita clementia concedet. Tu, Cæsar, iussisti, cui non obtemperare,
nefas rebar. Totus literarum penè Orbis ad progrediendum me extimulauit;
quid moror? Prodeat itaque Opus, in quo quicquid erroneous, mancum, muti-
lum & imperfectum, id totum meæ insufficientiæ; quicquid perfe-
ctum, & admiratione dignum, Deo Opt. Max.
adscribas velim.




aculeum. Cæteri diuersis ir-
bus nunc triformes Sphynz
xerri-dægues; alij ex Pto
referre videntur. Nec d-
fione prominentes rotos ve-
illum oblonga Cercopitæci
storculi specie indatum vi-
bonem, omnipotentis Dei
conspicuum, veluti volat
illum quidem Belliophor
que. Verbo quidquid fxi
aut poëeos ludibundam f-
ob oculos sub allegorico
Quis ponò horridim han
huic se monstriferò deseti
tiorum scopulos, sine vi-
sus, cum tot monstrosi: et
obtusisque instructus pug-
nicius naturæ consultum
natureæ scrutatorem Aelia
Mundi, aliosque Heros a
scenda quasi despondentes,
non igitur in hoc agone m-
taturus aydiam? Sed mi-

Q. C. 1:2.

A'λεα μὴ ωδὴ^ς
Ε'σθια δὲ τολ.

Incommoda enī
Commoda verò

In tanta caligine audendu
Quid nostri valea
periclitandum: ubi vire
ab meunte atate me insim-
tati, perficiam, concedet
Numius auspicio, ad ut-
tam opero binorum Tom-
cam hieroglyphicorum int-
do perficiendam, progre-
duolatum, ante vicenua
ta exhibitum. Quod Sac-
catus sum; ut proinde i-
comperuntur, voluntate, T-
lari, ubi sidiorum munifici
Te in hac durioris tempori



Pagination incorrecte — date incorrecte

NF Z 43-120 12

"s, aut potentia obtinere potuit, Tu obtine-
ris compleres et absolueres.
violetur, quod Isidi, que cum omnia con-
seuitiam effugere nequivit. Perdomitis
is constanti labore subiugatis, dum Osiri-
aditur Horus, fatus tanto labore conce-
que hucusque intentata hieroglyphicorum,
iniquitate dispeñorum perditorum que reu-
mibus difficultatum monstrosi Osridem
um Titanum iniquitate perdo, id est, factum
conatu pertinaci, studio denique contento
omnibus modis fortassis conabuntur. Nam
ac rerum eximiarum abundantia et copia
et concomitantis umbræ quam maxime ex-
eruerfa iudicia et reprobationes Momicas,
arduo et glorioso puluere desudantium
et video; quorum tamen impugnationes cu-
m in hoc Opere perfectionem fortasse non
arum viuum terminos circumscriptos, et
latur ultra. Nam de praesentis argumenti
rum explicatio et cognitio adserit, si pro di-
rectus reperiatur. Esto itaque, non posse
hoc mysteriorum pelagus exhaustire, lateque
rare; ideo praelato et laborioso incepto
in sit? minimè. Summè balucinantur
reputant, nisi quod omnibus numeris absolu-
tum hoc rerum caducitate constituto, sed in-
fectionem reseruatam esse sibi persuadeant.
tum mili exprobrare, rerum, quas ignorant,
et aggressus sum, ad exitum perducere.
Tu, Cæsar, iussisti, cui non obtemperare,
urbis ad progrediendum me extimulauit;
quo quicquid erroneous, mancum, multi-
mee insufficiente; quicquid perfe-
dignum, Deo Opt. Max.
bas velim.




OE DIPI AEGYPTIACI
DIATRIBE PROLVSORIA.

De Hieroglyphicis in genere.

C A P V T . I.

De Etymo, origine, & propagatione Hieroglyphicæ doctrinæ.



Hieroglyphi-
cum quid sit.

Parabolatum
genus duplex
apud Ägyptios.

Hieroglyphi-
ca quid inci-
lent Ägy-
ptios.

Hieroglyphi-
ca non axis
tantum sed
etiam materijs inci-
la.

S. Cyrillus.

Sapientiae stu-
dium omni-
a uero fructu
apud aliquos.

I E R O G L Y P H I C U M, διπότειος καὶ γλυφεύ, id est, à Sacra sculptura deriuatum, nihil aliud est, quam *Rei sacræ symbolum*, *saxis insculptum*. Dicitur *Symbolum*, vt mysteriosi sensus ratio indicetur. Dicitur *rei sacræ*, vt differentia inter symbola sacra & profana constituatur. Fuit enim duplex Ägyptiorum parabolarum genus, vnum ἀημωδες, quod tritæ & vulgares similitudines complebat, alterum ἱερό, sacrum, hoc est, è sanctiori quadam & magis arcana doctrina depromptum. Nam Ägyptios non, vt multi sibi hucusque falso persuaserunt, historias, non laudes Regum & Principum, non artes liberales, non aliud denique huius generis commentum, sed res sacras, vel ad diuinæ naturæ proprietates, vel ad Angelorum Geniorumque ordinum, præsidiorumque distributionem, vel ad Theurgiæ, expiacionique sacrarum rationem spectantes, incidisse, paulò post apparebit. Dicitur *saxis insculptum*, non quod alijs quoque materijs ea non inscriperint (nam & ligneis, papyraceis, testaceis, inuolucrorumque fascijs simbrijsque ea insculpta reperio; sed quod totam hieroglyphicæ doctrinæ substantiam vt plurimū templorum parietibus & valuis, Obeliscis, Deorum simulachris, saxeisque tabulis, ad ea toti posteritati contra omnes temporum iniurias duratura sincere exhibenda inciderint. Ea verò quæ priuato Ägyptiorum usui deseruirent, cuiusmodi amuleta sunt omnibus communia, pro facultate cuiusque cuicunque materiæ insculpebantur. Cyrillus l. 9. aduersus Julianum: *Fuisse*, inquit, apud Ägyptios quosdam ænigmatum magnâ industria & grauitate prælitos, quos illi non nimirum solent iegulūqes, qui templis & Obeliscis notas insculpebant, non vulgaribus utentes literis, sed alijs figuris rerum naturas effingentes, prudentiorum augebant scientiam.

Quis porrò Hieroglyphicorum fuerit Author, tametsi uberrimè in Obelisco Pamphilio deciderimus, quia tamen ibidein nonnulla omisimus, ea hic opportunè inferenda putaui. Notandum itaque, nullam unquam ætatem extitisse tantis ignorantiae tenebris inuolutam, quæ non aliquem sapientiae radium veluti per nubes emissum, saltem refracto sublustrique lumine vibraret. Est enim illa blanda coneiliatrix, & quasi sui læna scientiæ illecebra, quæ hominem tanquam saginati corporis inutilem belluam perpetuò ad pastum nugatoriaque curas abijci minimè patitur, sed quandam honestatis faciem infixit pectori; quæ si excitata fuerit creibius,

briùs, illos, quos in animis hominum cernimus scientiæ igniculos, non obscurè ventilabit. Atque hinc omnes artes scientiæque floruerunt, quibus animus contra sarcinam corporis, & istam salebrosam rerum exilitatem fortiter eluctatus effecit, ut lux ingenij in præclarissimis studijs adolesceret, tandemque ad formam scientiæ magis commutatam non mollibus quidem cliuis, sed varijs difficultatum anfractibus contendere. Inter cœteros tamen mortalium neminem fortiorum in hac agonistica literarum meta fuisse Hermete Trismegisto, ex Obelisco Pamphilio passim probatum fuit. Siquidem nihil adeo ipsi incumbebat, quam ut Sapientiam à primæ uis Mundi Patriarchis traditam, omnium earum rerum, quæ in rebus humanis desiderari poterant, longè præstantissimam instauraret, & nè à plebeis ingenijs contaminarentur, hieroglyphicarum figurarum involucris ita implicaret, ut solis, quos ipse dignos aptosque iudicaret, suæ sapientiæ medullam aperiret; reliquis extra ordinis Sacerdotalis à se instituti cancellos positis, cortice tantum relicto. Cùm enim hunc Mundum ex tanta rerum varietate coagmentatum, quasi scenam politissimis imaginibus distinctam, contemplatus intueretur; rectè huiusmodi rerum creatarum simulachra τὸ Θεὸν σύμβολα, quæ ipse nobis per tot obiectas sui species inureret, totidemque literas magno diuinitatis fulgore illuminatas, quibus illud æternæ Mentis Numea nomen suum consignaret, pronunciandas esse putauit. Atq; hinc prima hieroglyphicæ σωχεῖσθαι rudentia prodierunt; quæ à primis Patriarchis, Adamo, Enoch, Noëmo, Cham adumbrata, ab Hermete omnibus numeris absoluta, in liberaliore formam per suspendam Hieroglyphicorum architecturam exurrexerunt; quæ tanti semper deinceps inter Ägyptios fuit celebritate nominis, ut nec Moysen eam doctrinam deditum, vel ipse sacer textus adstruat, qui Moysen omni Ägyptiorum sapientiâ præditū dicit, quam Philo in libro de vita Moysis, cuius verba alibi adduximus, aliam non fuisse dicit, quam occultam Philosophiam, descriptam literis, ut vocant, hieroglyphicis, Τὸν δὲ σιμβόλων φίλον Σοφίαν ής ἡ Τῆς λεπρότερης χειροπατηγοῦ θεοῦ οὐκέτι ζώων διποσοχῆς, αὐτὴν Θεῶν τιμῆς γεράμεστι; id est, *Notis animalium que ipsi venerantur pro Numinibus*. Ut vel ex hoc capite pateat quam vetusta illa sit sapientia, quæ vel ipsum Moysen discipulum habuerit. Hermetem vero huius literaturæ Authorem fuisse, vel ipse Plato in Phœdro docet, quem & Thautum siue Thoth vocat, & Philo Biblius, qui Sanchoniatonis, Authoris vetustissimi, Moysi synchroni, historiam Græcè vertit, Tautum siue Hermetem Trismegistum symbolicæ literaturæ primum Doctorem aperte docet; quæ omnia fusissimè in secundo libro Obelisci Pamphilij comprobata sunt, ad quem Lectorem, nè eadem toties repetere cogamus, remittimus. Cùm itaque hieroglyphica doctrina, eorumque Author multò ante Moysis tempora iam floruerit; certò ille alias esse non potuit, quam Mercurius Trismegistus (quem Arabes ادریس Adris vocant) Sacerdos, Philosophus, & Rex maximus Ägypti, quemque tempore Abrahæ, Misraimo primo Pharaone rerum in Ägypto paciente, floruisse, in toto hoc Opere sat superque demonstratum fuit; quod Iamblichus primo de mysterijs capite, confirmat, vbi Pythagoram, & Platonem, Eudoxum, cœterosque Græciæ

Sacerdotibus solis hieroglyphica doctrina communicata à Trismegisto.

Hieroglyphicæ doctrinæ origo.

Moyses hieroglyphica doctrina instruens.
Philo.

Hermes Trismegistus Author doctrinæ hieroglyphicæ.
Plato.
Philo Biblius.

Philosophos suam philosophandi rationem, ex colunis Hermetis seu Mercurij, (utique à nullo alio Hermete, nisi ab illo, quem descripsimus) didicisse, aperte docet; quem & ideo non immerito totius literaturæ parentem nullo non tempore tota posteritas confessa est. Vide Obeliscum Pamphilium. 2. cap. 1. 2. 3. vbi dicta hucusque omnigenis authoritatibus comprobantur. Quibus quidem præmissis, iam differentia, quā literatura diuersarum Gentium ab Ægyptiaca Sacerdotali differat, assignanda est, ut multorum ea de re scrupulus eximatur, qui putant Chinensium, Brachmanum, & Mexicanorum literas verè hieroglyphicas notas esse.

C A P V T . II.

Quomodo Hieroglyphica à cœteris diuersarum Gentium literis distinguuntur, et potissimum in quo Characteres Sinensium ab Hieroglyphicis differant.

Characteres significatiuos conceptuum omnes ferè gentes habent.

Sinenses, Brachmani, Mexicanoi potissimum.

Nullam ferè esse Gentem adeo barbarem, nullam Nationem ita inculcata, quæ non suis ad conceptus sibi inuicem manifestandos characteribus vtatur, experientia temporum nobis innotuit. Non loquimur autem hīc de literis & characteribus certo quodam Alphabeto constitutis & definitis, sed de characteribus significatiuis, integrum alicuius rei certæ conceptum involuentibus. Et his præ reliquis Orbis terrarum gentibus, tres vfas esse Nationes constat, videlicet Sinenses, Brachmanes, & Mexicanos; de quorum literis & characteribus hoc loco differimus, ab Sinis exordium auspicaturi.

Characteres Hieroglyphici Sinensium.

Sinensium characteres quandoq; insti-
tuti.

Sinenses ex Annalium saorum temporumque concatenatione, primam literarum inuentionem ponunt trecentis ferè annis post diluvium; quarum primus institutor & Rex fuit nomine Fohi. Ita habetur in libro de successione Regum. Et prima characterum forma habetur in libro de formandarum literarum Chinicarum ratione, quem dum hæc scribo, mihi communicauit negotiorum causa ex Sinarum Regione Romam profectus R. P. Michaël Boym Polonus è Soc: IESV, tūm linguae Sinicæ, tūm rerum omnium ad dicti Regni mores & consuetudines pertinentium peritissimus; à quo quām plurima ad Sinensium legendi atq; scribendi rationem spectantia oretenus excepti; ex quibus ea tantum, quæ instituti mei propria sunt, describam; reliquas quæ Sinarum Regnum, eiusque politiam, atque linguae rationem concernunt, Lector curiosus copiosissimè descripta reperiet in dilucidatione summaria rerum Chinicarum, à memorato Patre vberimè & curiosissimè concinnata.

Chami po-
steri colonias
misisse viden-
tur in Sinas.

Dixi trecentis ferè post diluvium annis, eodem ferè tempore, quo filii Noëmi Mundo dominabantur, in uniuersi Mundi fines imperium pro-

propagantes, primam literarum inuentionem ab Imperatore Fohi determinam, non nisi à Noëmica stirpe eam edoc̄to. Nam vti in primo Tomo relatum fuit, Cham primus ex Aegypto in Persiam, & hinc in Bactriam colonias suas transtulit, quem & eundem cum Zoroastre Bactrianorum Rege constituimus; Bactriana autem ultima Persidis Regio, Mogorum Regno contermina, ea loci opportunitate sita est, vt ex ea facile in Chinam, ultimam habitati Orbis terrarum Nationem, colonias, atque vna prima literarum elementa, quæ à Patre Cham, & Mercurio Trismegisto Melitaii filij sui Consiliario, primoq; hieroglyphicorum institutore, tamēsi imperfectè didicerant, transferre potuerint. Certè vt ad hoc credendum inducar, magni momenti argumentum sunt veteres isti Sinensium characteres, hieroglyphicorum in omnibus æmuli. Primò siquidem ex omnibus rebus mundialibus primos Sinas characteres suos construxisse, tūm ex Chronicis ipsorum patet, tūm ipsa characterum forma sat superque demonstrat; siquidem non secus ac Ægyptij ex animalibus, volucribus, reptilibus, piscibus, herbis, arborumque ramis, funiculis, filis, punctis, circulis, similibusque characteres suos, aliâ tamen & aliâ ratione dispositos formabant. Postiores verò Sinæ rerum experientia doctiores, cùm magnam in tanta animalium, plantarumque congerie confusionem viderent; Characteres huiusmodi variè figuratos, certis punctorum linearumque ductibus æmulati, in breuiores methodum concinnarunt, quā & in hunc usque diem utuntur. Quorum quidem tantus est numerus, vt hodie è summorum literatorum numero non habeatur, qui ad sumnum octuaginta characterum millium notitiam non possederit; atque adeo, quantò quis plurium literarum cognitionem habuerit, tantò cœteris doctior habeatur. E quibus tamen decem millia ad idioma perdiscendum, vt tolerabiliter conuersari possit, sufficiunt. Porro literas Sinæ nullâ ratione in Alphabeti morem, vti cœteris Nationibus consuetum est, dispositas, neque voces ex literis & syllabis compositas habent; sed singuli characteres singulis vocibus & nominibus respondent; adeoque tot characteribus opus habent, quot res sunt, quas per conceptū mentis exponere volunt; vt si totum Calepinum in eorum idioma quis vertere attentaret, eum tot diuersos & differentes characteres habere oporteret, quot voces ibi differentes sunt. Neque aut declinationibus, aut coniugationibus utuntur; cùm hæc omnia, vti paulò post videbitur, in ipsis characteribus implicentur; atque adeo magna memoria præditum esse oportet, cui vel ad aliquam saltem mediocrem eruditionem Sinis propriam pertingere sit animus; vt proinde non immerito illi, qui per summos labores, & totum vitæ tempus in characteribus addiscendis impendentes ad summam eruditionem peruenerunt, primos in Regni administratione gradus titulosque sortiantur.

Sinensium
characteres
hieroglyphi-
cis similes.

Sinensium
characterum
multitudo
ingens.


Sinensium
characteres
singuli singu-
lis vocibus
respondent.

Veterum Sinicorum Characterum Anatomia.

Sinicorum
characterum
veterū exem-
pla.

Sinenses An-
tiquæ omni-
bus rebus
characte-
res efformabant.

Diximus in precedentibus, Sinas primæuos characteros suos ex omnibus rebus, quæ visu obijciuntur, assumptissime, atque ex vario tantum harum rerum congestarum ordine & dispositione mentis suæ conceptus manifestasse. Hinc igneæ naturæ argumentum tractaturi, serpentibus, aspidibus, & draconibus vtebantur, qui tali aut tali ordine & dispositione digesti, tale & tale quid significabant. In aërcis rebus describens, volucrum varia dispositione ; in aquo arguento, piscibus ; in vegetabili natura describenda floribus, folijs, ramis ; in sideribus, punctis seu circulis, quorum singuli singulas stellas exprimebant, vtebantur ; in reliquis indifferentibus argumentis ligna, globos, fila certa lege disposita adhibebant. Verum ut hæc luculentius pateant, hic primæuos veterum Sinarum Characteres apponendos duxi, vt differentiam illorum à modernis, & hieroglyphicis Aegyptiorum luculentius videat curiosus Lector. Moderni enim non amplius figuratis eiusmodi characteribus usi videntur, sed certis quibusdam ductibus linearum, qui tamen ductus figuratum literarum Antiquis usitatarum propè referent, vti in sequentibus figuris appareat, in quibus litera A eisdem ductus imitatur, quos figurata litera B veterum. Idem apparebit in litera C modernorum, comparata ad literam veterum D, vti & E ad F, & G ad H, & I ad K, quarum utraque flumen significat ex certa dispositione piscium, quam moderni per literam I ex similibus literarum ductibus efformata imitantur.



Huiusmodi itaque characteres figuratos, quâ dispositione diuersorum animalium figuratas primæui ad conceptus suos manifestandos ordinabant, eâdem posteri non quidem animalium, sed certis linearum, punctorumque tractibus, exhibebant, vti dictum est, qui mos in hunc usque diem permansit, ut videre est in figuris paulò antè propositis ABCDEF GHIK, vbi loco ramorum, foliorum, piscium certo ordine dispositorum, moderni certis tractibus utuntur, similibus tamen & quodammodo parallelis. Sed ad institutum nostrum reuertamur.

Diffe-

Differentia inter Sinenses & Hieroglyphicos Aegyptiorum characteres.

DIximus in præcedentibus, verisimile esse, posteros Chami colonijs in ultimam usque Sinarum regionem propagatis, una quoque & literas propagasse; non tamen tantò, quantò Aegyptiorum hieroglyphica, mysteriorum apparatu adornatas; sed quantum sufficiebat ad conceptus mentis exponendos, rudi Minerua comparatas. Certè inter Sinenses characteres Crux, quæ tanto apud Aegyptios in honore habetur, s&p; illam spectatur, vti figura O docet, quæ non secus ac apud Aegyptios denarium numerum significat, perfectionis symbolum. Huic si subiçiant aliam lineam, vt in N comparet, efficitur character qui terram significat. Si aliam lineam superius inferiori parallelam, vt in M comparet, adiçiant, efficitur character qui Regem significat. Si lineolam, vt in L apparet, adiçiant huic figuræ, character efficitur qui gemmam significat. Qui tres ultimi characteres vti in suo genere perfectionem quandam indicant, ita non incongruè per crucem constituuntur.

ro decem	x ^{ve}	O
Terra	he ^a	N
Rex	uām	M
Petra gemma	yū	L

Et tametsi non secus ac Aegyptij ex varijs animalium, vegetabilium, instrumentorumque congerie, sensa mentis suæ exposuerint; magna tamen inter utramq; scribendi rationem differentia extitit. Aegyptij enim hieroglyphica nequaquam incommuni conuersatione adhibebant, neq; licitum erat vnicuiq; eadem addiscere; sed qui ex lege & instituto politico ad id deputabantur; neque enim temerè, aut ἀλογος animalium figuris vtebantur, sed per occultas eorum virtutes & operationes, summa in natura rerum, vti ex toto Opere patet, mysteria significabant. Præterea literæ hieroglyphicæ non simplices voces, aut nomina, sed integros conceptus ideales inuoluebant; ita Scarabæum intuentes, non animal, aut Solem præcisè, sed occultas operationes, quas non tantum Sol materialis in hoc sensibili Mundo, sed & archetypus in intelligibili Mundo efficit, intelligebant. Quæ omnia in Sinensium characterum structura deficiunt; cùm hi præcisè solùm ad vocum nominumque simplices conceptus indicandos, nullo alio sub ijs latente mysterio, instituti sint. Non nego tamen, Sinas subinde diuersorum characterum significata ita adaptare, vt inde ingeniosæ allusionis significatio emergat, quæ tamen ad subtilitatem, hieroglyphicorumque argutas allusiones minimè accedunt, vñ ex sequentibus literarum compositionibus patet; vbi character C, idem significat, quod afflictum esse, & componitur ex duobus characteribus B & A, quorum ille cor, hic portam significat; quasi

Crux ansata,
& itarua Se-
rapidis inter
Sinensium
characteres.

di-

Differentia inter characteres sinensem, & hieroglyphicam Aegyptiorum

Charactera Sinensium exempla varia, eorumque explicatio.

Porta



Cor



Afflictus muén



Homo

gín



Rex

uam'



Perfectus teiuén



liuén
Amore alicuius captus.
Mulier, filum, verbum.



dicerent, portam cordis clausam esse; homo enim, dum in afflictione constitutus est, omnes spiritus intra cordis portam concentrati sentit, unde timor metus, afflictio. Iterum dum hominem perfectum indicare volunt, characterem F formant, qui ex characteribus D & E, quorum hic hominem, ille Regem significat, componitur; quo indicare volunt, Regem inter homines solum perfectum esse. Rursus, character G hominem indicat amore aliquius captum, & ex characteribus tribus componitur, quorum unus a mulierem, alter b filum, tertius c verbum indicat; indicaturque hoc ipso, quod sicuti filo seu chorda res attrahimus materialiter, & verbo moraliter homo hominem, sic mulier virum. Hoc pacto cha-

Sol

g'e



Luna

yu'e



Claritas

mín



acter H idem significat quod claritatem; componiturque ex characteribus I & K, quorum ille Lunam, hic Solem indicat, quasi omnis ab hisce luminaribus Mundi claritas scaturiat. Innumeros alios huiusmodi characteres habent Sinæ, ex diuersorum characterum coagulatione compositos, quibus non sine ingenio ad arcana rerum significaciones alludunt; quos consultò omittimus.

His itaque expositis, nè quicquam circa hoc argumentum scitu dignum omisisse videamus, paulò fusiū de Sinicæ linguae ratione discurrere hoc loco visum fuit, præsertim cum non tam in eâ voluntate, quam aliorum

rum complurium instantibus precibus ad id præstandum sollicitatus adi-
gar.

Cum itaque lingua Sinica mirum in modum æquiuoca sit, vnum-
que verbum sæpe decem, sæpe viginti res differentes, sola accentus di-
uersa prolatione enunciata, significet, illa suprà quām dici potest, dif-
ficilis redditur, & non nisi summo labore, intenso studio, & cū mille
reflexionibus addisci potest ab exteris. Mandarina toti Regno commu-
nis est, eiusque principalis usus est in Curijs & aula Regis, quæ sunt Pa-
quini, & Nanchini, estque in toto Regno eadem, quæ in Hispania Castel-
lana, & in Italia Toscana. Characteres toti Regno Sinarum, uti & Iapo-
niæ, Coreæ, Conchinchinæ, Tonchini communes sunt; idioma diuersissi-
mum est: hinc Iapones, Conchinchinæ, Coreæ, & Tonchini gentes, libros
& literas hoc characterum genere scriptas intelligunt quidem, sibi tamen
mutuò loqui, ac se inuicem intelligere loquentes non possunt; non se-
cūs ac figuræ numerorum toti passim Europæ uisitatae ab omnibus intel-
liguntur, tametsi voces, quibus pronunciantur, diuersissimæ sint; chara-
cteres enim signa sunt conceptuum rerum omnibus communium. Hinc
aliud est, nosse characteres Sinicos, aliud Sinicâ linguâ loqui; posset enim
externus quidam bonâ memoriâ præditus, & studio coniuncto, ad sum-
mam eruditionem ex librorum Sinicorum lectione peruenire, tametsi
neque loqui, neque linguam intelligere posset. Quia tamen idioma in
Dei causa negotiantibus Apostolicis Viris omnino necessarium est; hinc
iuxta Musicas notas, *ut, re, mi, fa, sol, la*, ascensus descensusque Sinicorum
accentuum in pronunciatione obseruatorum, quibus in linguae difficultate
superanda iuarentur, notas inuenientur; quas supra Europæo modo
scriptas dictiones Sinicas, sequenti modo exprimunt ", , , , ". Prima nota,
quinque Sinicorum accentuum, respondet Musico *ut*, & sonus seu
enunciatio Sinicè vocatur *chō p'īm*, quasi dicas, prima vox prodiens
æqualis. Secunda nota - respondet Musico *re*, & sonus Sinicè vocatur
p'īm xīm, quasi dicas, clara vox æqualis. Tertia nota respondet Musi-
co *mi*, & sonus Sinicè dicitur *xām xīm*, id est, alta vox. Quarta nota
respondet Musico *fa*, Sinicè dicitur *Kiú xīm*, id est, abeuntis alta vox.
Quinta nota " respondet Musico *sol*, Sinicè dicitur *gē xīm*, id est, ingre-
dientis propera vox. Sic verbi gratia vnicā dictio, ya, scripta Europæis li-
teris, notis quinque superioribus affecta, enunciari debet diuersis voci-
bus & accentibus, quemadmodum conscribitur ab Sinis diuersis chara-
cteribus. Ut significationes diuersas eadem pronunciata dictio ingerat

Dens *yā* 矢 sices referat ad tactus tempora. Ex monosyllabis dictio-
Mutus *yā* 雨 nibus (nulla enim apud Sinas polysyllaba) ordinatam
Excellens *yā* 非 harmoniam. Figuras quinque vocalium seu accentuum
Stupor *yā* 詠 suprà positorum expressimus hic ut vides.

Anser *yā* 鴨 Dictarum notarum ope exteri linguam addiscunt,
quanto tamen cum labore, quantisque reflexionibus,
facilius est cogitare, quam calamo depingere. Sinæ


Sinica lingua
difficilissima.

Mandarino-
rum Sinen-
sium lingua.

Character
Sinenium
idem cum
Iaponiorū, &
aliarum Na-
tionum dia-
centiæ.

Sinenium
character
idem signifi-
cat diuersa
pro varia
accentus mu-
tatione.


Accentus re-
petiti ab Eu-
ropeis ad Sini-
cos characte-
res pronun-
ciandos.

verò huiusmodi accentuum virgulis non vtantur, sed ad huiusmodi prōnunciationes, vti ferè omnes nationes, à pueritia assuefunt, quanquam illorum literati quamlibet literam accentu sibi debito pronunciandam non solùm in actu exercito, verùm & in actu signato sciant & doceant. Mirantur autem Europæos pronunciata verba eorum, literis Latinis scribere posse, & tam genuinè repræsentare; & cùm, vti diximus, & suo & nostrate Alphabeto careant, quilibet ipsorum character prima litera esse potest, & media, & ultima, cùm unaquæque vocem, & dictione in integrum significet; quæ quidem voces magnam habent significationum varietatem; v. g. hæc vox y, minimum triginta differentes significations pro diversitate literarum & pronunciationis habet. Iterum prima litera v. g. Chün in lingua Mandarina aliter, aliter in Iaponia, aliter in Regnis differentibus pronunciatur, tametsi idem semper significet. Sic qui videt hanc literam , format conceptum çún, quod idem est, ac reuereri; & sic de alijs;  & hinc est quod dixi, qui unam ipsorum linguam unà cum lite  ris nouit, non solùm in totum Regnum Sinarum, verùm in multa alia scripto peragrare poterit. Sed his propositis iam tempus est, vt veterum Sinarum characteres examinemus.

Characterum antiquissimorum Chinensium explicatio.

Characterum
antiquissimo-
rum Chinensium
explicatio.

Sinenes anti-
qui Ägyptio-
rum more va-
rijs rerum na-
turalium fi-
guris vrebant
se ad scriben-
dum.
Sinenium
Imperator
primus chara-
ctere ex
serpentium
figuris inue-
dit.




Characteres Sinenses ex agriculturæ rebus delinq- uuntur.

ixi, Ægyptios , à quibus descendebant , secuti ,
on literarum compositione, sed figuris , ex varijs
actis , peragebant , quibus quot conceptus rerum ,
debant . Primus Sinarum Imperator Fohì certum
genus inuenit , ex serpentibus & draconibus con-
dit Annales Sinici ; vnde & liber , quem de rebus
gicis conscripsit , draconum liber dicitur : Chara-
onimus , signanturq; literis A B C D E , qui quidem
characteribus modernis Sinarum , numero 3 si-
gnatis , sic explicantur : Fohì xilùm xù , hoc est ,
Fohì draconum liber . Vides hic serpentes mirè
intricatos , & in formas varias , pro diuersitate re-
rum , quas illis significabant , transformatos ; ta-
met si vix sint inter Sinas , qui eorum notitiam ha-
beant , vt pote nimia vetustate deperditorum .

Secunda priscarum literarum forma ex agriculturæ rebus desumitur concinnaturque, quo priscus Sinarum Rex nomine xîm Nûm, in describendis rebus ad agriculturam pertinentibus usus est; & nomina Sinica numero 4 signata satis indicant, ut sequitur: Chum xu xîm Nûm çò, id est, agriculturæ literas xîm Nûm Rex fecit; id est, similibus scripturis usus est; characterum forma.

signatur literis F G H I K, & hoc ordine legi debent, vti sequitur 1 colum.



Figures quae continent 2. 3. & 4. formas characteres.


Tertia literarum forma, ex aliis Anis, cuæ Fum hoam dicitur, omnium quam oculus spectare potest, pulcherrimæ, vario pennarum alarumque situ constructa est; atque hisce notis vsus esse Xau-hoam Imperator priscus, librumque de volucribus hisce literis concinnatum scripsisse dicitur. Ita characteres Sinici numero quinto signati exprimunt; Fum xù Xau hoam çò, id est librum, Fum hoam, Xau hoam fecit, & hisce ac similibus characteribus conscripsit; characteres prisci signantur literis L M N O P, & hoc ordine legi debent; moderni verò characteres Sinici eos explicant eo modo quo dictum est. Vide binas columnas, vlt. & penult.

Quarta priscorum characterum forma exhibetur signis Q R S T V, ex ostreis & vermiculis constructa; ita Sinici characteres signati numero 6, totidem literis eos explicant: Liteù Chuen kim çò, hoc est, notæ ostrearum & vermiculorum, quos Chuen kim Rex fecit, & librum hisce & similibus exarauit. Vide columnas binas supra exhibitas.

Quinta characterum vetustorum forma exhibetur in sequenti pagina literis X Y Z A B, ex herbarum radicibus composita; & hisce prisci vtebantur, in literis & libris conscribendis; atque hoc pacto eos explicant Sinica nomina signata numero 7. Kim yun hoam ty chuen, id est, literæ quibus scribebant literas & libros.

Sexta characterum forma, signata literis C D E F G, componitur ex decurtatis auium vestigijs, quibus vsus est olim Rex Choam ham; ita Sinici characteres signati numero 8 explicant: Choam ham miao cye chi; id est, Choam ham ex auium decurtatis vestigijs descriptis libros. Figura sequitur.

Septima characterum forma, ex testudinibus constructa signatur literis H I K L M; quos inuenit Yao Rex. Sic explicant nomina Sinica signata numero 9: Yao yn quey çò, id est, Yao Rex per testudines fecit literas. Figura quoque sequitur.



Octaua forma characterum signatur literis N O P Q R ex auibus & pauonibus; ita indicant Sinicæ notæ numero 10 signatae; Sugney niao cyò chuen; id est, Su historiæ per auium & pauonum literas describantur.

Nona characterum forma signatur literis S T V X Y, & ex herbis, alis, & fascijs constructa videtur; ita Sinicæ notæ numero 11 significant: cha yè si mien çò, id est, herbarum, alarum, fasciarum literæ.




Decima characterum forma signata literis Z A B C D, sic à Sinicis literis 12 numero signatis exponitur: çò xi ho ki uen, id est, has literas çò Author tabularum quarundam recordandi gratia componebat. Vide sequentem figuram.


Vndecima characterum forma signata literis E F G H I, exhibet notæ stellarum & plantarum; ita explicant Sinici characteres numero 13.

çu

çu guey sym fo chuen, id est, de çu guey, literæ plantarum & stellarum.



Duodecima characterum forma literis K L M N O signata, vocantur literæ edictorum, olim usitatæ; ita docent Sinica nomina numero 14. Fu chuen tay uen chi, id est, literæ edictorum, priuilegiorum, & magnarum compositionum.




Decima tertia characterum forma signata literis P Q R S T exprimit literis numeri 15. Yeu çau chi cyen tao.

Decima quarta forma signata literis V X Y Z A B C D, sunt literæ quietis, lœtitiae, scientiae, discursus, obscuritatis, claritatis; ita exponit numerus 16. Ngan lo chi su yeu min sym quey.


Decima quinta literarum forma signata E F G H I ex piscibus composi-

posita fuit; ita numerus 17 explicat, Ngun kiam mien lien cyeu, id est, obscuri fluminis, & piscium squamatorum coaceruationis literæ.




Decima sexta literarum forma signata literis KLMNO, ut legi non potuit, ita nec compositio, & structura literarum innotescere valuit.

Decimæ septimæ & vltimæ formæ characteres, signatæ literis ABCD EFGHIK, dicuntur literæ sigillorum, quibus in sigillandis literis, aut in inscriptionibus magnificis vtuntur. Litera A xam, sursum dicitur, B fam, id est, regula; C ta, magnus; D chuen antiqua litera; E chiediarium; F mao, modus; G xe, ornatus; H li, cognomen; I su, ille; K fam, id est, regula.



At-



Atque hæ sunt formæ literarum veteribus Sinis vñitatarum; quas, hic susiùs exponendas duxi, vt correspondens cum hieroglyphicis luculentius pateret. Quod verò manum adpictam cum penicillo intueris, scias Sinenses non vti nostratis calamiis, neque atramento, verùm in lapide marmoreo tantillum de nigro colore atterunt ad imbuendum penicillum, quem eâ ratione, cùm scribunt, aut potiùs cùm pingunt, digitis tenent, vti in præcedenti figura appareat. Plura de huius linguaæ proprietate, vti & varia lectionis peragendæ specimina vide in Opere de monumenti Sini ci vetustissimi interpretatione; nolui enim hîc plura addere, nè Lectorem curiosum ad alia properantem diutiùs detinerem, & quia dicta huc usque abundè declarant Sinensium characterum ab Hieroglyphicis differentiam, conuenientiamque.

C A P V T III.

De literis Brachmanum, sive Gymnosophistarum.

In ter antiquissimos Hieromantas sapientiæ laude cum primis illustres Gymnosophistæ, seu Brachmanes. fuere Gymnosophistæ, quas posteri Brachmanes dixerunt. Et quod apud Chaldæos Magi, apud Hebræos Cabalistæ, apud Græcos Philosophi, apud Ægyptios Sacerdotes & Prophetæ, hoc apud Indos fuerunt Gymnosophistæ. Hi enim, vt est apud Philostratum & Xenophontem, Xenophontem. relicto fallaci insipientium hominum consortio, omnium deliciarum, opum, commoditatum posthabitatis voluptatibus, soli Sapientiæ studio incumbentes, vitam in deserto Orientalis Indiæ agebant; erant ijs in cibum herbarum radices, fructus, similiaque quæ benigna mater Tellus ijs suppeditabat vitæ subsidia; aquâ saluberrimâ sitim extinguebant; pro domo antrum, pro cubili terra graminibus folijsque instrata. Hisce itaque vitæ institutis ad magnam rerum notitiam peruererunt; atque insignia naturæ sacramenta, nè sibi solis vixisse viderentur, certo scripturæ gene-

Eorum viuen-
di ratio.

Brachmanum
seu Gymno-
sophistarum
character.

genere posteris consignarunt, ijs tamen obscuratum velaminibus inuoluto, ut solis Sapientibus ad ea penetranda aditus daretur. Quoniam verò huiusmodi signa non exiguum vel ipsis Sapientibus negotium facili sere possunt, Oedipi esse ratus sum, nonnulla ex ijs hoc loco exponere, ut quid per ea indigitauerint, & quomodo ab Ægyptiorum hieroglyphica literatura distinguantur, Lectori curioso patefiat. Has notas primè mihi communicauit D. Franciscus Stellatus, quas ex peruetusto Codice olim pro sua curiositate ingenij, atque erga reconditiores literas affectus Excellentissimus Cæsius Dux Aquæ Spartæ excerpti curauerat; quarum & magnam mihi copiam ex India Orientali ante sex circiter annos endandas transmiserat P. Antonius Ceschius, religione eximius, atque omni virtutum & scientiarum genere instructissimus, è Societate nostra Sacerdos, qui eas ex monte quodam Indiæ, quem Montem Pagodum dicunt, in territorio Chaulensi situm, extraxerat. Estaute dictus Mons totâ Indiâ celeberrimus, & confluxu hominum illuc peregrinationis causa confluentium frequentissimus, ita ex omni parte plenus, ut non nisi ex uno latere ad interiora aditus pateat; totus quanrus huiusmodi characteribus inscriptus, qui apud omnes in magna veneratione & cultu sunt. Has itaque, pro suo erga boni communis promotionem affectu, memoratus Pater Ceschius exscriptas ad me transmisit, ut meam in ijs exponendis industriam experiretur.

Brachmanū seu Gymnoso phistarum characteres utrum sint hieroglyphici

Quæritur igitur; an huiusmodi characteres verè hieroglyphici sint? Respondeo, dupliciter hieroglyphica considerari posse; vel vti signa sacra tantum rerum arcanarum; vel vti sunt magnorum mysteriorum signa, ex animalium, plantarum, instrumentorum, similiisque occulta structura composita; & hæc propriè hieroglyphica dici possunt; huiusmodi enim characteres non tantum rerum mysteriarum sunt indices, sed & ipsi in mystica sua structura, earum, quas indicant, rerum proprietates continent; & tales fuerunt characteres hieroglyphici Ægyptijs proprij. Brachmanum vero characteres tametsi res arcanae indicent, non tamen propriè hieroglyphici dici possunt, cum tantum nudæ & simplices dictarum rerum notæ sint, arbitaria dictorum Sapientum institutione dictis rebus impositæ, ut paulò post videbitur, sicut characteres quæ magica sigilla vocant. Sed vt hæc apertiùs deducantur, paulò altius ordiri videntur.

Mundum triplicem probant Sapientes.

Sapientes illi siue traditione ab Ægyptijs acceptâ, siue propriâ invenzione & studio acquisita scientia, triplicem Mundum ponebant, Intelligibilem, Cœlestem, Elementarem. Quos quidem tres Mundos ita sibi in unum subordinatos credebant, ut inferior Mundus influatur à Cœlesti, & hic ab Intelligibili; adeoque nihil in Sublunaris Mundi sinu delitesceret, quod non suum in Sidereo Mundo astrum haberet, à quo influeretur, neque astrum, cui in Intellectuali Mundo non responderet Intelligentia, & astri Cœlestis, & Elementaris dominatrix. Quæ sententia, ut in præcedentibus diximus, prorsus Ægyptiaca est. Hinc duodecim signis Zodiaci, septem Planetis, & Elementaris Mundi rebus, certas qualdam lite-

Characteres' rebus Cœle- stibus appro priati à Sa- pientibus Brachmani.

ras assignarunt; quibus cui signo, aut planetæ quævis res subiecta foret, dignosci posset; præterea singulis tam signorum duodecim, quam septem planetarum proprietates, effectus, & operationes, ut paulò post videbuntur, literis indicarunt. Hoc pacto res ad Medicinam, Agriculturam, Oeconomiam, Politicen, Ethicam, & Scientias pertinentes, totidem literis expresserunt; v. g. quos Saturnus, quos Iuppiter, quos Mars, quos Sol, Venus, Mercurius, Luna, in singulis duodecim signis Zodiaci effectus operarentur, determinauerunt; neque astris tantum multum tribuerunt, sed & ipsis Cœlis nullo ad astra habito respectu. Sed iam singularum memoratarum rerum characteres subiungamus.

Et primò quidem characteres Mundi triplices hi erant, quorum prior Mundum Intelligibilem, alter Sidereum, tertius Elementarem exprimit. Vniuersum verò sic exprimebant ☐. Verum characteres principalium Mundi partium hic apponamus, nè quicquam curiosarum rerum omisissæ videamur.

	Mundus Intelligibilis		Aqua
	Mundus Sidereus		Terra
	Elementaris		Animantes
	Vniuersum		Homines
	DEVS		Sensitua natura
	Angeli		Vegetatiua
	Dæmones		Exhalationes
	Cœlum		Vapores
	Stellæ		Lapidès
	Ignis		Metalla
	Aër		Materia

Quas verò hi characteres mysticas rationes contineant, penetrare non licuit; vnde verisimilius est, inter Magicos characteres connumerari, patrum implicitum vel explicitum inuolentes; cuius rei causa patet ex Arabum Magia, qui huiusmodi characteribus & libros, & amuleta referciunt, vt in Cabala Saracenica ostendimus, eosque vocant *حروف الهمد* *haruf elhend*, id est, literas Indicas.













1. Notæ sequentes sunt secundum effectus Saturni in duodecim signis dispositi, & indicant omnia ea, quæ ei quoquis modo subiecta sunt. Aliud enim Saturnus in Ariete, aliud in Tauro, Geminis, & Cancro, aliud in alijs signis operatur. In Ariete itaque notæ ei competentes indicant, in animæ bonis, profunditatem ingenij, mutationibus tamen expositi; in Tauro falsas apparentias, & visus deceptionem; in Geminis indicant characteres, itinera equo vel curru instituenda; in Cancro, dexterita-

D tem,

Characteres
triplicis
Mundiuxta
Brachmanas.


Characteres
Saturni effec-
tus signifi-
cantes.

tem, calliditatemque & velocitatem in negotijs ; in Leone, prosperam negotiorum expeditionem ; in Virgine infirmitates, tedium, dolores ; in Libra, nuptias, amores, conuersationes exercendas ; in Scorpione, cibi & potus moderamen ; in Capricorno seriam rerum curam ; in Aquario, felicem à peregrinatione redditum ; in Piscibus, carceres & captiuitatem significat , vt in sequenti tabula patet .

	Figuræ variatio		Perennis amor
	Mutatio eiusdem		Stabilis libido
	Deceptio visus		Mensa vacua
	Apparitio falsa		Cibus
	Equus		Potus
	Velox iter		Extinctio
	Curru		Occupatio
	Localis motus		Carcer
	Velocitas		Reuocatio
	Nuncius		Reditus
	Epistola		Detentio
	Infirmitas longa		Clausura
	Dolor seu tedium		

Characteres
Iouis effectus
significantes.

2. Notæ sequentes explicant effectus ad Iouis influxum pertinentes, per duodecim signa Zodiaci dispositi . In Ariete Iuppiter concedit regimen, iustitiam, consilia, prudentiam ; in Tauro, vel Leone regnum, eiusque amissionem ; in Geminis, vel Virgine, varias negotiorum agitationes ; in Capricorno, vel Libra occultorum apertioem ; in Aquario, vel Scorpione vitam & sanitatem ; in Sagittario, vel Piscibus doctrinam, vel sapientiam , vt sequitur.

	Rectitudo
	Lex
	Præceptum
	Statutum
	Sanctio
	
	

Characteres
Martis effec-
tus signifi-
cantes.

3. Notæ sequentes explicant effectus ad influxum Martis spectantes iuxta duodecim signa dispositi . In Ariete, bellum, tumultus, seditiones ; in Tauro, Geminis, Cancro, Leone, & Virgine , cædes violentas ,

cru-

crudelitatem, exterminium; in Libra usque ad Arietem, ira, terribilia, varia.

	Bellum		Incendium
	Seditio		Excidium
	Cædes		Casus atrox
	Tumultus		Ærumnae
	Rapina		Vastatio

4. Notæ ad influxum Solis pertinentes, & iuxta duodecim signa dispositæ indicant in omnibus signis potentiam, regimen, maiestatem, & quæcunque regno conseruando necessaria sunt, ut ex sequentibus patet.

	Liberalitas
	Politica
	Regimen
	Maiestas
	Imperium
	Clementia
	Fauor
	Iustitia
	Rectitudo

5. Notæ ad influxum Veneris pertinentes, amicitias, amores, voluptates, & similia, benevolentiam, gratiam, formam respicientia bona indicant.

	Amor		Pulchritudo
	Amicitia		Affabilitas
	Benevolentia		Prodigalitas
	Gratia		Generatio
			Filij
			Bonum commune

6. Notæ quæ ad influxum Mercurij spectant, respiciunt omnia ea, quæ ad acquirendas scientias, artesque pertinent, ut sequitur.

Characteres
effectus Solis
significantes.

Characteres
effectus Vene-
ris significan-
tes.

Characteres
effectus Mer-
curij signifi-
cantes.

	Dolosa mens
	Versatile ingenium
	Scientia abdita
	Consilium
	Ratio

Characteres
effectus Lunæ
significantes.

7. Notæ ad influxum Lunæ pertinentes, ea propriæ, quæ circa humidam naturam versantur, respiciunt, ut sequitur.

	Humiditas		Instabilitas
	Fœcunditas		Temperies mala
	Vegetabilium vbertas		Animalium fœtura
	Arborum bitumen		Frigus
	Intemperies		

Characteres
Brachmanum
ad cœlos & li-
dera spectan-
tes.

Lunæ cœli ef-
fectus secun-
dum Brach-
manes.

Sequuntur modò alij characteres, quos ipsi met Cœlis & orbibus, non sideribus attribuebant. Primò septem Cœlos influxibus refertos, in quibus Cabalici effectus & proprietates ipsorum recondebantur, varijs literarum combinationibus comparatos exhibebant. In primo Cœlo Lunæ, quod Samyn vocabant, septem generales influxus suis notis expressi continebantur; quorum prima influentia dicebatur à Gymnosophistis Lorpenny, & res ad medicam rem pertinentes exhibebat. Secunda Tygara, & res odibiles continebat. Tertia Dana nominata, res ad scientias pertinentes. Quarta Kalamia dicta, res, quæ ad amores pertinent, indicabat. Quinta Astimor circa loquelam versabatur. Sexta Baraz de itineribus tractabat. Septima Broel interpretationis negotia assignabat.

Mercurij cœli
effectus.

Influentia
cœli Mercur-
ij.

Secundum Cœlum Mercurij, quod Raquia vocant, duodecim generales influxus continet, quorum unusquisque suas sibi notas assignatas habet, vti ipsi putant, magnarum virtutum. Prima influentia à Gymnosophistis vocatur Armad, & pacis significationes habet. Secunda Ibory, & proportiones notat. Tertia Lycy, res ad separationes pertinentes tractat. Quarta Isary, ad miserum statum pertinentia exhibet. Quinta ad labores, & Quim dicitur; Sexta Abythaur, ad securitatem. Septima Bathaya, ad fugam. Octaua Abracy, ad custodiā. Nona Iguedy, ad defensionem. Decima Laobry, ad vindictam. Undecima Rabdy, ad restitutionem. Duodecima Artinomy, res ad sanationem pertinentes continet.

Ter-

Tertium Cœlum dicitur *Suaquyn*, & Veneris sphœra est; tres generales influentias cum notis suis continet. Prima *Itasuny* dicta, refrigerationis negotium exhibet. Secunda *Lyathy*, motum notat; Tertia *Idal-guy*, ad visum pertinentia sibi vendicat.

Veneris cœli effectus & influentia.

Quartum Cœlum Solis *Laon* dictum, duas influentias obtinet. Prima *Abrastas* res de diuinatione. Secunda *Paratpyel* res de consilijs agitandis exhibet.

Solis cœli effectus & influentia.

Quintum Cœlum Martis *Mahum* dictum, notas habet duodecim, quibus influxus in duodecim menses indicantur.

Martis cœli effectus.

Sexti & Septimi Cœli influxus in exemplari desuerunt; in alio tamen exemplari Sextum siue Louis Cœlum *Telut* dictum, has sibi figuræ obtinet:  Cœlum Septimum Saturni *Arabob* dictum ali as figuræ continet. Habet præterea complures alias characteres, quibus duodecim signorum Zodiaci, duodecim mensium, hebdomadum, horarum tūm diurnarum, tūm nocturnarum influxus indicantur. Verūn cū illa peculiarem tractatum requirant, & non adeo ad nostrum institutum conferant, & tempori, & sumptibus parcentes, consultò omisimus. Atque ex hac Gymnosophistarum schola, Arabes plerasque suas notas magicas, quas & Indicas nominant, & nullis non periaptis inscriptas, excerpterunt; de quibus fusiūs tractatum vide in Cabala Saracenica, vbi etiam, vnde extracti sint, & vnde primiriā suam originem habuerint, indicatum reperies. Huiusmodi characteribus totus mons in India, quem Pagoda Canarim vocant Lusitani, eò quòd ab Orientalibus populis Dijs esset dicatus, exaratus cernitur, vti à teste oculato P. Ioanne Maracci, qui dum hæc scribo, Romæ Indiæ procuratorem agit, ore tenus intellexi; tametsi dictæ notæ à nullo hucusque indigenarum intelligi potuerint; nec mirum; sunt enim ex eorum numero literarum, quæ loco literæ, integrum certæ alicuius rei significationem exhibit, vti ex interpretatione præcedentium patuit. Montis saxeā planitiem huiusmodi characteribus Veteres Indiæ Sapientes insigniebant, ea de causa, quòd putarent, hasce notas insignem virtutem & potestatem obtinere ad montem in Deorum, quibus dicabatur, tutela & inviolabili custodia, conseruandum. Huiusmodi characteres sunt quicirca Crucem S. Thomæ Apostoli sanguine effigiatam incisi spectantur Meliaporæ in Narsinga; quarum interpretationem vide in Prodromo Copto folio 108, adductam. Atque hæc sunt quæ de Gymnosophistarum seu Veterum Brachmanum notis, dicenda existimauit.

Louis & Saturni cœli characteres.

Mons Pago-dum plenus characteribus Gymnosophi-starum.

*De Literatura Mexicanorum, & an propriè hieroglyphica dici possit.**Mexicana lingua, & littera**Mexicani picturis loco litterarū vtruntur.**Mexicanie ha-
rae res seu
figuræ non
sunt hierogly-
phica.**Numerorum
notæ apud
Mexicanos.**Annorum no-
tæ apud Me-
xicanos.**Mexicanii an-
num in 18
mensis diui-
debat.*


NOꝝ Hispaniæ indigenæ infinita penè idiomatum varietate inter se discrepant ; quæ non tantum dialectis variant, sed planè inter se dissident . Inter eas verò excellit Mexicana, quæ & vicinis Nationibus, & longinquis, postquam Mexicanii Imperij sui fines longè latèque propagarunt, tam communis esse cœpit, quam in Europa Latina, & in Oriente Arabica, ita ut in singulis ferè Provincijs Interpretes illius habentur, quos *Naquatlatos* vocant. Porrò licet Mexicanii characteribus literisque, vt pote scriptoriæ artis ignari, destituantur ; quibusdam tamen picturis mentem suam exprimere conati sunt. Hisce enim primò Chronologiam Regum, rerumque ab ijs gestarum memoriam ; deinde redditus & tributa regni, vrbiumque ; demum liberorum instituendorum leges posteris consignarunt, vt paulò post videbitur . Cùm itaque dicti characteres ex varijs animantium, herbarum, instrumentorum, similiisque figuris constructi sint ; plerique hanc literaturam prorsus hieroglyphicam esse sibi persuaserunt . Verùm hanc opinionem falsam esse, ex ijs, quæ paulò post adducemus, sat superque patebit . Siquidem certum est, nihil sub ijs latere arcanis rationibus involutum ; sed figuræ ipsæ positæ, ipsas quasi actiones seu seriem rerum gestarum exprimunt, & non secus ac picturam quandam rei gestæ exhibent . Verùm vt & hoc loco ad oculum rem demonstremus, nonnullas figuras ex varijs Mexicanie historiæ Scriptoribus extractas, explicandas duxi, vt instituti nostri ratio luculentius patefiat .

Numeri sic exhibebantur à Mexicanis . Vnus circulus O vnitatem; duo circuli OO binarium ; tres circuli OOO ternarium notabant, & sic deinceps quemlibet numerum tot circulis exprimebant, quot numerus in se vnitates continebat . Numerum 20 sic exprimebant \prod , huiusque notæ multiplicatione perueniunt ad 200 usque, siquidem nota hæc bis posita 40 ; ter posita 60 ; quater posita 80 ; quinques posita 100 ; decies posita 200 significat . Hæc quibus rebus apponebatur, tantum tributi istarum rerum soluendum significabant, vt sunt piperis, farinæ, frangorum, armorum, similiisque, quæ passim in libris eo + rum de tributi persolutione Regi facienda, habentur . Hæc figura \prod 400 significabat ; bis posita 800 ; ter posita 1200 ; quater posita \prod 1600 indicabat, & sic de ceteris . Sequens verò figura operosissima sanè, 8000 significat . Numeros alios præterquam dictos inter tributaria eorum monumenta reperire non potui . Habebant tamen, vt suprà dixi, alios, quibus in annorum computu vtebantur, numeros, per circulos indicatos . Quod vt pateat ; Nota, Mexicanos annum in octodecim Menses distri- buere consueuisse, quorum unusquisque viginti diebus constabat, quæ in

se

se inuicem ducta totius anni curriculum constituebant 360 dierum; reliquos dies quinque superfluos intercalabant, neque quicquam operis illis diebus, Acosta teste, faciebant; sed otio & Genio tantummodo indulgebant. Eosdem dies in tredecim dierum classes, ut ita dicam, distinguebant, & præscripto exiguo circulo instar O, toties, quoties opus erat, multiplicato, ordinem & numerum mutabant. Annos quoque insimiles classes atque secula distribuebant; constituebaturque ipsorum seculum quatuor eiusmodi classibus, id est, annis duobus supra 50; nec tamen in annorum descriptione pluribus, quam quatuor figuris seu notis, scilicet casæ, cuniculi, cannae seu arundinis, & cultri vtebantur, ut sequitur; & sic annorum tredecim classem ipsi pingebant.

Seculorum
classes apud
Mexicanos.



Vltimo autem die quarti seculi sui 52 annorum, omnia vasæ sua confringebant, ignemque extinguebant. Nam cum à maioribus suis accepissent, Mundum seculari anno interitum, id quinquagesimo secundo quoquis anno operiebantur. Itaque totam noctem perugilabant, metuentes nè vnquam amplius elucesceret; Sole verò oriente, buccinis tibijisque latitiam suam testabantur, & festum celebrabant, Dijs suis gratias agentes, quod nouum adhuc sæculum Mundo prorogassent; noua sibi vasæ & suppelætilia alia comparabant, nouumque ignem à Sacerdote petebant; quæ omnia confirmat Samuel Purchas, in Opere de Mundi descriptione & peregrinationibus Anglicè descriptis, tom. 3. l. 5. c. 7. fol. 106. his verbis: *In the order and rule of the partitions Which are numbred for yeares, that partition Where there is a branch Wit a footlické a flower, it doth signifie a bitter and unfortunate yeare, Which the Mexicans had, and did feare, saying that their predecessours time out of minde did give them Warning that such yeares Which befell euery two and fiftich yeare Were dangerous, and unfortunate, and bitter yeares. Because that in such yeares Were floods generally, and like Wise darkenesse of eclips*

Mexicani fin-
gulis sæculis
suis Mundi
interitum
expectabant.

Samuel Pur-
chas.

Mexicanī
quomodo
seculum
suū 52: an:
pingebant.

Eclips of te Sunne ; and vniuersall eantquakes . and like Wise in such yeares they made, great sacrifice and ceremonies to their Goods, and gane them salues to repentence, and did abstaine from all vices against the nery day and houre of such à yeare. In the Which day generally they put out all their lights and fires till that day Were past ; and being passed they kindled new lights bring bat out of à moan tanine by à Priest . Hoc est : In ordine & regula partitionum , quibus numerantur anni, illa partitio, in qua est ramus cum caudi floris , significat annum acerbum & infelicem , quem timent Mexicanī , afferentes se à maioribus accepisse eiusmodi annos, qui semper post 52 annos reuertuntur , esse maximè periculosos , acerbos, & infortunatos, quia in huiusmodi temporibus sunt inundationes vniuersales, obscurations quoque ob ecclipses Solis , & vniuersales terræmotus eueniunt : & istis annis magna sacrificia & cæmonias obtulerunt Dīs , pænitentiam quoque egerunt abstinentes ab omnibus vitijs in ipsum diem & horam istius anni, quo die extinxerunt omnia lumina, & ignes, donec transisset ; quo transset accenderunt iterum lumina. Denique hoc 52 annorum seculum ita ad memoriam distinguebant . Circulo ducto ex centro pingebant Solem , & ab eo ad circumferentiam ducebant lineas quatuor, Orbem diuidentes in quatuor partes æquales, suis coloribus distinctas, viridi, cæruleo, rubro, & fusco, quæ singulæ ad oram circumferentiae distinctæ erant in tredecim interualla, & suis notis , vt suprà patuit , distinctæ , ac singulos annos extra circulum rudi pictura adumbrabant, quo quicquid memorabile accidisset, notabant ; atque ita rerum gestarum memoriam ad posteros transmittebant .

Mexicanorū
Mensium no-
mina.

- 1 *Tlacaxiopenaliztli*
- 2 *Tozcaetli*
- 3 *Hueitozeugli*
- 4 *Toxcali*
- 5 *Ezalioalitzli*
- 6 *Tecuilbuicintli*
- 7 *Hucitecuilbuitli*
- 8 *Miccatbuitcintli*
- 9 *Vcimiccaih*

- 10 *Vchpaniztli*
- 11 *Pachtli*
- 12 *Hueipachtli*
- 13 *Quecholli*
- 14 *Panquecaliztli*
- 15 *Hatemuztli*
- 16 *Tititl*
- 17 *Vzcalli*
- 18 *Coauitlēas*

Mexicanī
annī initium :

Initium anni ipsi à nostro Martio, iuxta Acostam 26 Februarij . Menses autem non modò ista nomina , sed & suos characteres habebant , plerumque à festis sumptos, quæ in illos incidebant, aut ab anni tempestatibus .

Viginti quoque illi dies singuli sua nomina & notas habebant :

1 Gladiolus	<i>Cipratli</i>	4 Lacertus	<i>Acuetzapalin</i>
2 Ventus	<i>Hecatl</i>	5 Anguis	<i>Cobuatlh</i>
3 Cafa	<i>Calli</i>	6 Mons	<i>Mozquintli</i>
		7 Cer-	

7 Cervus	Mazatl	14 Leo	Ocelotl
8 Cuniculus	Tuchtlis	15 Aquila	Cobau
9 Aqua	Atl	16 Bubo	Cozcaquahuistli
10 Canis	Itzcuinili	17 Templum	Olin
11 Simia	Ozumatli	18 Cultellus	Texpatli
12 Scopæ	Malinalli	19 Pluia	Quinuitl
13 Canna	Acatl	20 Rosa	Xubitl

Quæ omnia vera esse Gomara prodit his verbis: *Eosdem hos dies & annos in tredecim dierum Classes distinguebant, & prescripto exiguo circulo instar literæ O, & toties, quoties opus erat multiplicato, ordinem & numerum notabant; annos quoque in similes Classes atque secula distribuebant; constabat que illorum seculum quatuor huiusmodi Classibus, id est, 52; nec tamen in annorum descriptione pluribus quam quatuor figuris seu notis vtebantur, Case, Cuniculi, Cannæ, & Cultelli. Annorum tredecim Classem vide supra pagina 29.*


Samuel Purchas verò in tertia parte peregrinationis Anglicè his verbis hosce tredecim annos describit: *Concerningh the pictures of bleW in the margents of this historie it is to te vnderstood that euery severall space or partition, doth signifie one yeare and they bee the numbring of yeares; it is to te onderstood that every severall space or partition signifie the one severall yeare, and so they accounted el numbred euery yeare severally, prouding to thirteene rondles. And from thenee they began againe at the beginning in their accompt from one point or rondle, and so accordingly they did proceede in numbering againe, till they came to thirteene; and althoug that in the partitions or spaces severally, there be diuers figures yet the principall accompt of numbering, is that of accompt of de pictures or rondles there in contained; and althoug the names of de yeares that they give to euery partition, from the number of the first point thill the thirteenth. Id est, Quantum ad picturas cœruleas ad marginem huius historiæ, aduertendum est, singula loca aut partitiones significant annum, & esse annorum numerum: ita ut loca seu partitiones sigillatum accepte & significant totidem annos, & sic procedunt vsque ad tredecim circulos, & iterum incipiunt ab uno puncto seu circulo vsque ad tredecim, quamvis autem in singulis locis seu partitionibus sint diuersæ figuræ, præcipua tamen ratio numerandi sumitur à numero figurarum seu circulorum qui in illis continentur, quamvis nomina annorum, que attribuunt singulis partitionibus, ab uno vsque ad 13 sint.*

Limbis figuræ O Q R S T repræsentat numerum 51 annorum, quibus regnauit Thanuch; quorum symbola iam suprà exposuimus; figurarum verò intra limbum contentarum significationes eæ sunt, quæ sequuntur. A significat Regem Acacitli, B Quapan, C Ocelopan, D Aque-xotl, E Tecincuh, F Tenuch, G Xominitl, H Xocoyol, I Xiuch caqui, K Atotl. Qui sunt decem primi gubernatores & fundatores Mexici. L Tenochtitlan, repræsentat arma, quibus vtebantur in acquisitione loci Tunal. N Aquilam significat, quæ ibidem nidulabatur; O habitatio nem siue mansinem eorum; P populum exhibet, loci Colhuacan; Q al-

Mexicanæ
picturae inter
pretatio.

terius loci dicti Tanayncan; Z Regem Tanuch, qui vi armorum acquisit dicta loca; b indicat subiectionem & subiugationem istorum populo-

Typus Scripturæ Mexicanae, quæ primordia fundationis Mexicanæ Ciuitatis indicantur.




rum; PTYX significat vallum ex coaceruatione variorū paludis reiectamentorum, quæ vi ventorum in hunc locum coaceruata formam crucis Andreanæ exprimebant. Ex quo patet, hanc non tam scripturam, quam memorialia quædam signa ad historiam obiter indicandam, demonstrare.

Alterius Mexicanæ figuræ interpretatio.

Anno 1377 Tanucho successit II Rex Mexici Acampichtli; qui Mexicanam potentiam summè promovit, ob quatuor Ciuitatum subiugationem, in captiuitatem abductis earum Regibus; atque hanc historiam narrat sequens Schematismus, cuius hæc est interpretatio. B Regem II. Mexici Acampichtli dictum indicat; A, N, O, gnomon in 21 quadrata receptacula, ut suprà diuisus, indicat 21 annos, quibus hic Rex Regno præfuit; C indicat scutum & arma, quibus usus est in expugnatione quatuor Ciuitatum, quæ signantur literis D G H I, cum figuris P Q R S, quæ sunt dictarum Ciuitatum insignia; nomina Ciuitatum sunt D Quau-nathuac; G Mizquic; H Caitlahuiac; I Xochimilco; E denuo Regem Acampich veluti expugnatorem dictarum quatuor Vrbium D G H I, & quatuor earundem possessorum; quæ per quatuor capita F K L M expri-

exprimuntur, captiuitate & subiugatione triumphantem. Ex quibus patet hanc scripturam ieu literaturam Veterum Mexicanorum nihil aliud



esse, quam rudem quandam rerum gestarum per suas proprias imagines exhibitionem, nullo mysterio, subtilitate ingenij, aut eruditione fultam. Non secus reliquorum Regum historias exhibent, quas consultò omitimus.

Habent Mexicanii certas leges, iuxta quas filios suos educare solent, quæ in his & sequentibus figuris exprimuntur. Primò enim mox ac mulier quædam pepererit, puer ponitur in cunis; post quadriduum verò obstetrix accipit puerum nudum, & portat in hortum, in quo supra aquas crateres strata est arundinibus, & viminibus contexta; hæc ubi puerum lauerit, tres pueri assidentes, oriza, fragis, similibusque patriæ fructibus instructi, nomen puero imponere ab obstetricie iubentur. Postea obstetrix monstrat puero instrumenta omnis generis, quibus pater eius exerceri so-

Alia Mexicana pictura continens leges filios educandi.

Jitus est, quorum quædam ad rem militarem, alia ad alia exercitia pertinent, annuiturque ipsi hisce se exercere debere, si vitam tolerare velit. Post has cœremonias obstetrix reportat puerum ad matrem bene lotum; parentes verò in templo eum sistunt, & Sacrificulo, pædagogoque imbuendum tradunt. Verùm iam singula explicemus.

A, significat matrem puerperam; C puerum cunis expositum; B, videlicet circulares figuræ, significant quatuor dies, quos puer transgit; D obstetricem quæ puerum portat ad aquas lauandum; E significat instrumenta tam militaria, ut scutum cum sagittis X; quam alia, ut secu-

Typus scri-
pturæ Mexi-
canæ qua
filiorum eda-
catio rudi pi-
stura expri-
mitur.



res, forcipes, cultros, hamos, & similia suis literis signata, quibus puer ut debebit, cum ad aptam illis ætatem peruenierit; F G H tres pueri sunt fonti assidentes, & nomen infanti imponentes, placentis, fragis; oriza instructi; quæ se offerunt in I, arundines sunt, & vimina colligata in cratem, super quam vas aqua plenum, è quo lauatur puer; M storeæ quibus texendis occupari debet; K scopæ; L colus, quâ si scemina fuerit, occupari debet; N sacrificulus est; O infans in cunis offertur in templo; P Magister puerorum cuius curæ commendatur; Q Pater; R infantis mater. Sic procedunt, continuando figuras educationem ulteriorem infan-

tis

tis exprimentes, vsque ad eius annum decimum quintam ; quibus transactis, manumissus & in suam libertatem adscitus, propriâ industriâ vxore ductâ vitam transigit ; quorum omnium imagines hoc loco apponenter, verum cùm illæ ex præcedenti sine ullo negotio pateant, superuacaneum esse ratus sum, librum inutilibus figuris, & ad rem nostram non adeo pertinentibus referere ; quare historiam pædotribicam Mexicanorum verbis tantum explicare sufficiat .

Post hanc itaque figuram aliam ponunt veluti paginam quandam, cuius figuris exprimitur, quomodo puer aut puella trium aut quatuor annorum educanda sit, nimirum admonitionibus sequentibus ; & certis ijs panis, videlicet dimidij portio statuitur, vbi tertium annum attigerint ; integer verò panis, quando quadriennium compleuerint ; quæ omnia per imagines rerum faciendarum explicant ; hinc matrem ponunt infantis inuolutam & sedentem, eo habitu quem in præcedenti figura monstrat ; triennium aut quadriennium tribus aut quatuor circulis, vti quatuor circuli in præcedenti figura ostendunt, indicant, ad quos cùm pervenient puer, admonitionibus urgetur, eique quotidie statuitur integri panis portio, significata certâ figurâ. Puellâ verò mater ad exercitia sexui congrua sollicitat, integra quotidie statuta panis portione ; dum verò puerum in nautica & piscatoria arte exercendum indicant, scaphæ figura cum adnexo hamo id indicant. Colus verò & textoriæ artis supellex puellam in ea exercendam docet . Porrò vbi puer quinque annorum fuerit, qui per quinque circulos indicantur eidem appositos ; pater eius docet pueros in portandis rebus ad forum ; ijsque tribuitur in dies panis integer . Mater autem instituit puellam filiam quinquennem in modo filandi . Vbi verò puer fuerit sex annorum, qui per sex circulos indicantur ; pater eius docet ipsum rationem vendendi fructus patriæ proprios, scutorumq; conficiendorum modum, & deputatur ei quotidie panis unus cum dimidio ; mater verò docet filiam suam artem filandi . Vbi verò 7 annorum, qui per septem circulos indicantur, fuerit puer, pater eius instruit eum in arte piscandi , vti nassa quam in manu tenet , docet . Mater autem docet filiam artem filandi gossipium ; utrique autem quotidiana cibi portio statuitur panis unus cum dimidio . Vbi vides nullum profus mysterium subesse figuris, imò simplices tantum actiones exprimere . Puerο octo annorum, qui per octo circulos notantur , pater eius castigationem per spinas fruticis cuiusdam, qui vocatur Maquez, nisi bene se gesserit, minatur ; similiter mater filiæ ; & quotidianus victus panis cum dimidio utrique deputatur , vti omnia figuris ipsis expressa monstrant . Nouem verò annorum puerum incorrigibilem & refractarium, pater spinis Maquez torquet, similiter mater filiam . Decem annorum puerum pater eius castigat baculo ob inobedientiam & negligentiam in commissis rebus ; similiter mater filiam ob negligentiam in filando commissam . Non secūs procedunt in reliquis muneribus, vsque dum, vt dixi, manumissus uxorem duxerit ; quæ omnia per actionem ipsarummet imaginum exprimuntur ; quæ nè in re inutili & oppidò ridicula, moras tra-


hām,

ham, consultò omitto. Qui plura huiusmodi desiderat, is consulat Iteraria Mexicana, & Samuelem Purchas in descriptione Mexici, vbi omnia fusiūs descripta, & figuris suis expressa reperiet. Et quoniam solum differentiam inter Sinenses & Mexicanos characteres nobis demonstrare propositum erat, eaque ex dictis sat superque Lectori curioso constat; hisce relictis ad alia transeamus.


C A P V T V.

*Tabulæ æneæ ex Museo Clarissimi Viri Ioannis Galuani Iuris
Consulti Patauni extractæ interpretatio.*

Prior Pars.



Altera Pars.



HAnc præsentem Tabulam æneam exoticorum characterum varieta-
te intricatissimam Excellentissimus Vir Ioannes Rhodius pro sui in-
boni communis promotionem affectu & zelo, ex celebri Museo incliti
Viri Ioannis Galuani Iuris Consulti Patauni extractam non ita pridem
ad

ad me transmisit, vt si fieri posset, tantæ mysteriorum sub ijs reconditorum caligini aliquam lucem adferrem; cuius amicæ voluntati vti refragari non licuit, ita summâ quoque indagine ad arcana huius tabulæ sacramenta penetranda omnes animi ingenijque vires applicui. Res itaq; sic se haberet.

Constat Christianos ex Maurorum & Arabum sanguine originem trahentes, imagines sacras vti olim, ita nunc construere conlueuisse; quas magnæ virtutis esse aiebant, & potentissima veluti quædam amuleta aduersus malignas Dæmonum potestates (ramus haud dubiè veteris illius Magiæ, quam Gnosti Mondo impiè obtruserunt, successuâ quâdam traditione ad hæc postera tempora propagatam) quas muris locorum infestorum, domuumque parietibus affigebant, aut etiam pectori alligatas magnâ veneratione gestabant; quemadmodum in Magia hieroglyphica fusè explicatum est, vbi & nonnulla huiusmodi haud absimilia Schemata adduximus. Nescio tamen, quâ superstitione in transuersum acti sacras huiusmodi imagines minimè effectum suum sortiri posse sibi persuaderent, nisi vanâ quâdam obseruantâ eas occultis quibusdam ex Cabalistarum Magorumque Schola depromptis characteribus deformatent. Apud hosce enim nil sine characteribus recte peragi videoas. Quam quidem impiam consuetudinem non aliundè nisi ex superstitione Arabum Gente, cuius consortio perpetuò vtebantur, hauserant; & nè ipsis in institutis consentirent, satis magnum quid sibi præstissee videbantur, si ad sacra Religionis Christianæ mysteria portentosos huiusmodi magnæ efficaciæ characteres applicarent, his enim coniunctis, sacram Imaginem maiorem vim & robur aequisitaram simplicius sibi imaginabantur. Huiusmodi Christianorum superstitionem sat superque cruces, medalia, tabulæ sacræ, partim Hebraicis nominibus, partim alijs Magicis characteribus, portentosisque Angelorum nominibus vna cum Christi & Beatæ Virginis imaginibus insignitæ, quæ passim ad me ex diuersis Mundi partibus tanquam ad eorundem similiumq; Interpretem transmittuntur, quæque suo tempore forsitan oportuniùs prodemus, testantur. Atq; ex harum numero hæc præsens tabula vna quoque fuit, amuletumque gestatile, suis, foramen A, & alicui rei appensum, luculenter ostendit. In huius tabulæ anteriore parte B A C primò videoas Christum Dominum antiquo ritu sedi insidentem, cuius caput radioso circundatur orbe, quem nimbum Veteres vocasse alibi diximus, facie velatâ, manu eleuatâ quasi benedictionem impertientem; alterâ manu absconditâ. Per nimbum radiosum diuinitatis maiestatem, per faciem velatam, humano intellectui inaccessam significabant, per extensam manum benedicentem misericordiam, per absconditam, iustitiam eiusdem, ob pœnitentiæ spem tardantem, innuebant. In cornibus B C, duo Angeli ponuntur velatâ pariter facie, quorum prior, B, Gabrielem, alter, C, Michaëlem, vti ad utriusque latus literæ appositæ docent, signat; Saluator verò septem characteres circumpositos habet, quibus septem Spiritus Apocalypticus signantur; quorum nomina sunt Sebtaël, Zedakiël, Madamiël, Schemfiel, Nogaël,

Quinam fuerint Melchites?

Interpretatio tabulæ.

Cochabiel, Leuaniel, & Intelligentijs septem planetarum respondent; sunt autem characteres ex Gymnosophistarum Schola profecti, hoc pacto per Ψ Intelligentiam \natural exprimunt; per E Intelligentiam \natural ; per C Intelligentiam α ; per L Intelligentiam β ; per Q Intelligentiam γ ; per V Intelligentiam δ ; per T Intelligentiam ϵ indicant.

Sed hæc varijs in locis huius Operis passim exposita sunt. Porro quatuor characteres in quatuor Angelis positi indicant quatuor Mundi partium. Intelligentias Præsides, & sunt Mahaziel, Azaël, Sauiel, Azazel. Horum virtute, vti est apud S. Irenæum, impiè putant, Christum Verbum Dei influere in mysticum Ecclesiæ suæ Mundum; quæ aptè sanè per imagines Beatæ Virginis & D. Ioannis Euangelistæ velatis faciebus conspicuas, perq; Lunam duplēm cruci colligata innuuntur; quo influxus Malcuth archetypi, id est, Lunæ supercœlestis, in mysticum Ecclesiæ Mundum, vti in Cabala docuimus, notatur, quod factum fuisse innuitur mediante cruce & passione Dominicâ. Characteres verò α & v Græcisunt, atque idem sonant, quod α & ω Alpha & Omega, principium & finis, viuificator omnium, vti Arabica vox سُبْرَهْ مَهِيْ Mehi docet, & complementum omnium, quæ crux siue denaria decussis, vti in Arithmetica exposuimus, indicat; quæ sunt attributa Christo appropriata.

Atque hæc est mysterij, quod sub prima huius tabulæ parte continetur, expositio: vbi, imaginibus sacris characteres Spirituum mysticos, Cabalicos, Græcos, Hebræos, Arabicos vñà mixtos conspicis, non forsitan temerè, sed quia hotè maiorem sacris imaginibus iunctos efficaciam acquisituros ex solita, ipsisq; insita superstitione credebant; quod & in hunc usque diem multis Christianis Orientalium partium usitatum nouimus.


Altera verò pars Magicis characteribus deturpata, vti indigna fuit, quæ lucem aspiceret, præsertim quòd nil Aegyptiacum contineret, ita hic quoque minimè apponenda fuit. Quare ad alia.

C A P V T VI.

Characteram quorundam in Cruce descriptorum interpretatio.

Misit non ita pridem ad me Constantinopoli P. Franciscus Bonamorus Crucis Schema, Magicis, vt ipse putabat, figuris transformatum; obnixè rogans, vt interpretatione meâ aliquam tantis tenebris lucem adferrem; feci quod petiuerat; & dico hanc scripturam minimè Magicam, sed Illiricam esse, illius generis, quam Seruanam aut S. Cyrilli vulgò vocant, & monogrammatico stylo ligatam & concatenatam; lingua verò Bulgara antiqua est eadem cum illa, quam in Sacris suis Ruthe-

ni, Mosci, Bosni, cœteræque vicinarum gentium Nationes usurpant. Verum cum huic Crucis Schemati aliud haud absimile hic Romæ mihi endandum oblatum fuisset, illud hic oportunè exponendum duxi, nè quicquam curiosarum rerum in hoc Opere omisso videamur, & si quandoq; in manus curiosorum similia crucis Schemata inciderint, interpretationem eorum hic promptam paratamque inueniant. Crucis figura ea est quæ sequitur.



Nomina exoticis characteribus transformata signantur numeris 1 2 3 4 5 6, eorumque sensus hic est in lingua Bulgarica, quæ & Illirica est, vñ cum interpretatione Latina.

1 ГОСПОДИ ЦАРЬ	Gospodi Czarus	Domine Rex
2 КРЕСТОВОИ	Krestovoi	Crucem tuam
3 ДАЛ ЕСИ	Dal esi	Dedisti
4 НАД ДИАБОЛОМ	Nad Diabolem	Nobis
5 - - - - -		Terribilem
6 НАД ДИАБОЛОМ.	Nad Diabolo.	Super Diabulos.

Frontem Crucis signatam numero 1 hæc abbreviata nomina tenent
ΓΗ ΙΩΡ, id est, *Gospodi Czaru, Domine Rex.*

Literæ numero 2 notatæ hæ sunt, **ΚΡΤΣ ΤΙΟΗ**, id est, *Karst tuoy, Crucem tuam.*

Literæ 3 numero signatæ hæ sunt, **ΑΩΛ ΕΣΗ**, id est, *Dalefi, Disdiſi.*

Literæ 4 numero signatæ hæ sunt, **ΗΑΜΩ**, id est, *Nam, Nobis.*

Literæ 5 numero signatæ sunt **ΗΔΑΗ**, id est, *Nad, Super.*

Literæ 6 loco signatæ sunt **ΔΙΑΒΟΛΗ**, id est, *Diaboly, Diabolos.*

C A P V T VII.

De Armenorum Characteribus Hieroglyphicis.

Allatum est, dum hæc scribo, ad me Schema quoddam characteribus in omnia animalium genera transformatis plenum; quos cum multi hieroglyphica sibi persuaderent, ego tandem diligentius indagine singulis excussis, inueni, id nihil aliud referre, quam literas Armenorum maiusculas seu capitales ordine Alphabetico digestas. Fuerunt autem characteres mihi propositi sequentes, quorum priores, figuratos explicant; secundi characteres maiusculos Armenorum. Schema in sequenti pagina contemplare.

Verum ut res luculentius pateat, Notandum, Armenos triplici literarum genere vti solere. Primum vocatur **Փալրդիր** *Poluerchir*, id

est, orbicularis litera, seu rotunda, quo passim vti solent. Secundum dicitur **Նաւուրդիր** *Noderchir*, id est, Notariorum litera, quo nomine

significantur expeditiores literæ, quæ currentes vocantur. Tertium genus appellatur **Էրկարժագիր** *Ergathachir*, ferrea scilicet litera, per


quod designantur maiusculæ literæ, quæ ferri instar durant magis, difficiliusque obliterantur. Quoniam vero maiusculæ literæ apponi consueverunt in principijs Capitum seu Scripturarum, vocantur illæ præterea

alio nomine **Չլիշգիր** *Chelbbachir*, id est, Capitalis litera. Rursus eadem, quia delineantur interdum vario florum apparatu, appellantur etiam **Ճաղիշգիր** *Zakghachir*, florens nimirum litera. Hæ ex-

dem vocantur subinde etiam **Գայանգիր** *Chaffanachir*, id est, litera belluina, quia nimirum sub varijs belluarum, volatilium, reptiliumque figuris exhibentur. Atque huius generis sunt literæ quæ paulò post sequuntur. Quarum hic nonnullas adiungendas duxi, nè quicquam in-

THEATRVM HIEROGLYPHICVM.

CAPVT
VIII.



hoc Opere rerum peregrinarum omisisse videremur. In hoc Alphabeto Armenorum
literaz figuraz Columna A refert Armenorum characteres figuratos, Columna verò B, eorundem maiusculos; ex quorum ductibus facile patet, huiusmodi figuratos characteres esse eos ipsos quos diximus; minimè autem hieroglyphicos; cum ex phantasia pictoris, pro commoditate literæ, & duorum ratione, prodierint, & ex Ritualibus Armenorum luculenter paet, ubi initiales literas, ut plurimum, hoc phantastico literarum Schema te expressas reperies.

C A P V T VIII.

De alijs falsorum hieroglyphicorum Schematismis.

Misit non ita pridem ad me Clarissimus Vir D. Harstopherus Partritius Norimbergensis folium hieroglyphicis refertum, quod ex Gallico Authore, libroque quem Polyphilum vocat, extraxit; Authorque ea ex Agyptiorum monumentis extraxisse afferit. Verum ego singula summo studio examinando, tandem minimè inter hieroglyphicorum ea album reponenda reperi, sed vel ab Authore conficta, vel aliunde extracta esse, is facile sibi persuadet, qui hieroglyphicorum rationem ritè calluerit; de quibus quidem Lectorem monere volui, nè falsa per-

suasione illusus, legitima pro illegitimis sibi compararet. Figuras non addo, cum quilibet eas in citato loco libri reperire possit, habentur enim fol. 48. & separatim in Polyphilo, Gallicâ lingua conscripto Opere.

DIATRIBE II. PRAELVSORIA.

De Alphabeto mystico Aegyptiorum, & lingua Copta.

PRæmissa hieroglyphicorum cum alijs populorum diuersorum scripturis comparatione, iam ad instituti nostri tramitem reuertamur. Duplex itaq; linguæ genus Ægyptijs in vsu fuisse, alibi satis probatum suit; prius communue & omnibus vñstatū; ad humani commercij vsum constitutum, sicutq; lingua seu idioma Ægyptiacum, quod Coptum seu Pharaonicum appellatur; alterū solis Sacerdotibus, Prophetis, & Hierogrammatæis, similibusque Sacerdotalis ordinis, quibus ad regnum spes erat, quod & hieroglyphicum appellamus, vñstarum. De illo priùs hoc loco differeamus, de altero deinceps dissertaturi. Ita Ægyptijs natura comparatum suit, vt quemadmodum nihil in omnibus eorum institutis sine mysterio peragebatur, ita & in lingua communi, vñ ex Alphabeto eorundem, mysteriosa literarum institutione ita concinnato, vt nulla ferè in eodem litera reconditorum sacramentorum non vndiquaque plena reperiatur, patet. Et tametsi in Obelisco Pamphilio amplè de illo tractauerimus, quia tamen multa, experientiâ longâ rerum magistrâ, consideratione dignissima interim occurserunt, ea hoc loco opportunè interferenda duxi.

De primævis Aegyptiorum literis variæ diuersorum sunt opiniones, quas in Obelisco Pamphilio fusè prosecuti sumus. Omnes tamen in hoc consentiunt, plerasque ex factorum animalium forma, incessu, aliarumque corporis partium sitibus & symmetria desumptas. ita Demetrius Phalaræus, qui septem vocales assignans, septem Dijs consecratas ait, cœteras ex animalium forma desumptas. Eusebius astruit idem; & Author Scalæ magnæ siue Dictionarij Ægyptiaci apertis verbis id demonstrat, in principio suæ Scalæ his verbis: Χεει τσι ηδκτερεα. Σεκ ηδχεεα ιτεθριον. *** Ægyptus primos suos characteres ex figura deuixit animalium. Verum vt instituti nostri contextus luculentius pateat, nonnulla de primævis literarum institutione ex Obelisco Pamphilio repetenda duximus.

Ferunt prisci Ægyptiarum rerum Scriptores, inferiorem Aegypti partem mari olim tectam fuisse; Osirim autem primum Aegypti Regem, cum ex ingenti limi, arenarumque ex Aethiopia aduectarum coacervatione Nili defluxu facta, hunc maris sinum, nescio quid terrestre parturire cerneret, Nili aquis in alueos deductis, terram intermedian ab aquis separatam, habitatoribus non aptam tancum, sed & iucundam redi-

Linguæ ge-
nus duplex
Ægyptijs vñ-
statum
Commune.

Hieroglyphic
cam.

Alphabetum
Ægyptiorum
mysterijs ple-
nuu.

Ægyptiorum
literæ ex ani-
malium for-
mis, incessu
&c. sumptæ.

Eusebius.
Author Scalæ
magnæ.

Ostis infe-
riorem Ægy-
ptum habita-
bilem reddi-
dit.

didisse; ingenti verò serpentum è putrefacto limo natorum copiâ locum continuò infestum reddente, cùm multi quotidie serpentum mortibus, inter quos & Osridis Nauarchus Canopus, perirent; Osrim magnam vim Ibidum hisce locis immisisse, qui deuoratis serpentibus locum breui tempore expurgatum à periculis immunem reddiderunt. Multiplicatis itaque Ibibus, cùm posteri notarent dictas aues in varias sese formas iuxta diuersum corporis situm transformare; accendentibus multis alijs ab Ibide receptis beneficijs, eum Genium seu Ahathodæmona Aegyptij, à figura quam pedibus exprimebat, appellantes, in sacrum animalium album retulerunt, locumque ipsum à nomine Agathodæmona appellaverunt; quod Ptolomæus hisce verbis docet: Δέλτα μέγιστον σκάνον καλεῖται Πιλόμενος. ἐνέπιτερον δὲ μέσας ποταμὸς λεγόμενος Αγαθόδεμον. Delta magnum vocatur id, iuxta quod divertitur fluuius dictus Agathodæmon. Ibis igitur diuaricatis cruribus, & rostro ijs transuersim inserto exprimit primam Alphabeti Aegyptiaci literam, hoc pacto, A, quod idem sonat ac ἀγαθὸς Δαίμων. Ita Plutarchus Sympos: 5. Ibis τε αὐτὰ τῇ τῷ αἴθινῳ διποστέλεχος αλλήλες, καὶ τοῦς Τρίποδας οὐδεγενεῖς θύματα. Ibis, inquit, pedum diuaricatione eorum inter se, & cum rostro comparatione, triangulum refert æquilaterum. Et lib. 9. Sympos: q. 3. Εγενῆς λεῖτη Θεῶν ἡ Αἰγύπτιων γεωμετρίᾳ πρώτης διδιγεῖται, διὸ τὴν τῷ γεωμετρίᾳ Αἰγύπτιοι πρώτου Ιβιν γεωμετρίαν, ὡς Ερυνή (Αἴθοδος Δίμονι) πεσοντας. Mercurius primus Deorum in Ægypto traditur inuenisse literas, atque adeo Ibis in Ægypti primam literam faciunt Mercurio, videlicet Agathodæmoni, conuenientem.

Secunda litera fuit desumpta ex Ibidis collo cum rostro transuerso, quod cùm normam referat, εγγεγένετο dixerit; significat enim, ut ex Dictionario nostro Coptico patet, εγγεγένετο nihil aliud quām normam, siue regulam mensurationibus perficiendis aptam. Cùm itaque Mercurius ut literarum, ita & Geometriæ Author fuerit, aptè secundam literam, normam Geometricam constituit, ex Ibidis collo & rostro desumptam. Innuit hoc apertis verbis Clemens Alexandrinus libro 5. Stromatum: Αἴθριος γνῶντος καὶ μέτερα μάλιστα τῷ ζώων ἡ βιος αεχτὸν παρεχοῦσα Τοῖς Αἰγυπτίοις δοκεῖ ὡς τῷ πονηρῷ λόγῳ. Numerum enim inuentionis εγγεγένετο mensuræ maxime ex animantibus videtur præbuuisse Ægyptijs, sicuti ex circulis obliquis.

Tertia litera fuit desumpta ex diuaricatione pedūm Ibidis, omissa rostri insertione: sic enim cum piano terræ exactè Δέλτα exprimebat, ut proinde locum hunc Aegyptij mari vicinum non alio nomine, quām Delta insignierint, & posteri hanc appellationem usque ad nostra tempora retinuerint; putabant enim Aegyptij Mercurium sub Ibidis forma, varias literarum formas humano generi tradidisse, ac inter cœtera per formam Δ, quomodo Nilus diuidendus sit, ut tellus illa aquis paludibusque submersa fructifera redderetur, & hominum habitationi apta, docuisse. Vnde forsitan εγγεγένετο & quod Copticè nihil aliud, quām bonum agrum significare reperio, nomen huic literæ εγγεγένετο fuerit impositum. Certè Delta ab Ibi sumptum, Pausanias apud Pierium lib. 17. docet his verbis: Est ergo alia ratio, cur Ægyptum hieroglyphicè significarent Ibes, nempe cùm ea regio

Ibium in serpentes immisso.

Ibis cur Agathodæmon dictus.

Prima Ægyptiorum literæ ex Ibi desumpta.

Δέλτα
εγγεγένετο.
Plutarchus:

Secunda Ægyptiorum literæ ex collo & rostro desumpta est Γ.

Clemens Alex:

Tertia litera Ægyptica ex Ibi de-
sumpta.

Δ Litera quid signifi-
cat?

Pierius.

regio Delton à Græcæ linguae figura nuncupatur, eam cum Ibis similitudinem habet, quod alites he literam eo incessu pedum intersticio ad æquales trianguli lineas deducto, signare videntur, idemque rostrum patefactum signat. Et libro 47. de septem literis: Mercurium, inquit, qui primus literas Ægyptijs communicauit, Ibi primam literam esse voluisse; refert siquidem ea incessu triangularē effigiem, cruribus ita dispositis, ut suoloco dictum est, & quæ prima apud nos & Græcos litera est, ad Isoscelus trianguli faciem accommodatur.

Quarta litera: Quarta litera erat V, desumpta ex apertione rostri Ibidis, & nostrum Y referebat; ex rostris enim volucrum figuræ & characteres desumptos, Theogenes in hymno Solis testatur his verbis; οὐδεὶς δέ τις σεμνός τοι τηγανία τηρεῖται τοῦ ἀριθμοῦ. Qui docuisti lineas & literas ex rostro avium. Ibis si quidem aperti rostri hiatu primo docuit Ægyptios usum circini, qui apud ipsos symbolum erat mensuræ rerum, & processus naturæ ex inferioribus ad superiora, ut in sequentibus fuse docebitur.

Quinta litera: Quinta litera erat apud ipsos O, & Græcorum Omicron respondebat: obseruabant enim hoc animal aut clistere se purgans, aut plumas dissipatas ordinans, collo in circulum contorto figuram illam quam ipsi in numerum literarum referentes δέκα dixerunt, ut Author Dictionarij nostri meminit, quem postea allegabimus, exprimere; quamvis alij ve- lint, hanc literam quoque ex Solis figura fuisse desumptam. Habetus itaque quinque literas in una Ibi diuersas figuræ exhibente, representatas, quas ipsi in numerum literarum reculerunt; ut proinde nemo miretur, hoc animal tanto apud Ægyptios in honore fuisse. Primo enim totam id Geometriam, processumque quantitatis Ægyptijs indicasse verisimile est; lineas quidem varia colli, pedumque longiorum porreßione; angulos rostri, pedumque diuariatione; triangulos rectilineos per duo crura, quibus diuaticatis dum rostrum transuersim inscrit, triangulum æquilaterum efficit; ratione inque quantitatis triangularis per sectionem factam perfectè exprimit; quæ sunt prima Geometriæ tūm speculatiuæ, tūm practicæ fundamenta. De cœteris verò mysterijs huius volucris fuse suis locis actum est.

Sexta litera: Sexta litera erat λ, quæ Græcorum respondet, exprimebaturque à diuaticatis pedibus Ibidis, unde & λαβαται dicta fuit, quæ Aegyptiacè progressum significat; Ibis enim ambulans hunc referebat characterem, unde & inuentio cubiti Aegyptiaci sive Ibiaci; ex vestigijs enim huius animalis in limo littoris fluminis relictis, mensuram sumperunt cubiti, & contraponitur præcedenti literæ V, ex quarum coniunctione nascitur X altera litera, frequens in Obeliscis, quæ animæ Mundi processum versus inferiora, & iterum ad superiora indigitabant. Sed hæc, suis locis ex professo tractata vide.

Ibi prima litera dicta Ægyptijs. Arque hinc patet, cur Plutarchus, Clemens, alijque Ibin primam literam dixerint: ex hac enim non literas tantum, sed & hieroglyphicorum arcanam rationem ipsos didicisse, alibi dicitur; sumitur enim litera apud

apud illos non pro figura simplici alicuius literæ, sed pro integro Systemate hieroglyphico, quod cum unum esset, varia tamen & maxima sui forma exhibebat Ibis. Hinc soli Mercurio, uti Deo, rerumque maximorum inuentori eam dicabant. Sed de Ibi vide quæ in proprio Hierogrammatismo lib. 4. Obel: Pamph: differimus; cœteræ verò literæ hoc parato inuentæ traduntur.

IbisMercurie
dicata.

Ex omnibus Authorum monumentis constat, Bouem ob insignia beneficia ab Aegyptijs diuinis honoribus cultum, adeo ut Oslitum sub Bouis forma varias res ad humanam vitam sustentandam necessarias, homines docuisse crediderint. Vnde curiosius figuram, ut ipsis solitum erat, obseruantes, tres characteres deducebant: ex cornuum curuitate



Littera 7 & 8.

Grecæ &

quod Sima vocabant, hoc est symbolum Lunæ; deinde frontem quadratam □, quam O magnum appellabant; nam varia huius figuræ symbolo mysteria referebant. Hoc verò cum cornibus coniunctum, alium characterem ijs suppeditabat, quem Β·, à figura bouis vocabant, & Græcorum & respondebat; talem enim vocalem mugitus bouis exhibebat: suit enim Β· non litera tantum simplex, sed litera idealis hieroglyphica multos & varios conceptus implicans, ut in explicatione eius patebit: quæ ita se habere Plutarchus asserit lib. 9. Sympos. q. 3. vis verbis. Καθμὸν φασὶ, Τὸν ἀλφα πάντων τοιούτους εἶναι Τὸν Φοινίκας, ἐπω καλῶν Τὸν βοῦν, εἰ δέ τε εγνή εἴδε τίτον (ώστε Ησιόδος) ἀλλα τρώτον τίθεται τῇ αἰσθαντι. Cadūnum ferunt ideo Alpha primam literam posuisse, quod Β· ita lingua Phœnicum dicitur, quem non secundum aut tertium, ut Hesiodus, sed primum locum inter res necessarias existimabant.

Β·
Quid significat
cetera lingua
Phœnicum.
Plutarchus.

Tertium apud Ægyptios animal factum fuit Accipiter', ex quo simili liter characteres tūm vulgares, tūm symbolicos mutuatos legimus. Et caput quidem cum rostro dedit literam, quam in Alphabeto Scima vocabant, id est, visionem, eo quod per Accipitris caput, quod hunc characterem exprimebat, Deum omnia videntem, ut in præcedentibus fusè ostensum fuit, occulta allegoria indicarent; quæ variā autoritate alibi comprobantur.

Accipiter'
quale literas
dederit.

Scimæ 9' litera
Grecæ &

Quartum animal canis erat; sub quo etsi magna mysteria exhiberent, & ex illo quoque literam desumerent; qualem tamen inde deduxerint, comperire non licuit.

10 Litera Ca-
nis quas lite-
ras dederit.

Atque hæc erant quatuor illa animalia celeberrima, quæ literas, eo quod præcipuas literas ex ijs addidicissent, appellabant, eaque in Comasarum solemnitatibus circumferre solebant. Quæ omnia Clemens lib. 5. Stromatum comprobat his verbis: Ή δὲ καὶ τὸ καλύπτον παρὰ δυῖς Κομασίας τῷ Θεῷ χρυσαὶ αἰάλματα. δύο μὲν καίνας, ἵρα δὲ ιέρων, ηγὲ Γ' βιν μίαν τοξιφέρηστι, καὶ καλῦπται τὸν αἰάλματον ἄδωλον τέσσερα δεῖματα. Iam verò in ijs, quæ ab alijs vocantur Deorum Comasie, aureas Deorum imagines, duos quidem canes, unum Accipitrem, εῷ unam Ibum circumferunt, εῷ vocant quatuor illa simulacra, quæ uor

Quatuor ani-
malia sacra.

Clemens.

litteras.

literas, in honorem videlicet Mercurij, qui ex eorum forma prima literarum elementa ingeniōsē & mysticis rationibus referta extraxerat.

Decem literæ
ex quatuor
animalibus
extraactæ.

Vudccima li.
tera ex Ari-
etis cornibus
desumpta.

Habemus itaque dece[m] literas ex quatuor dictis animalibus deducendas. Reliquas verò literas ex cœteris animantibus, vel etiam instrumentorum similitudine deducebant. Ex Arietis, quem Amun, siue Louis Hammonij habitaculum dicebant, literam desumebant quæ respondebat nostro B; cuius literæ sonum pronunciationemq[ue] discebant ex voce eiusdem animalis. Certè etymologicorum Interpretem huc respexit verisimile est, dum ita canit :

O' διλίθιο οὐατερες περβάτων βη βη λέλων βαδίζει.
Stolidum tanquam pecus Be Be dicens ambulat.

Duodecima
littera Zeuta.



Decimatretra
littera Thoth
dicta

Egyptiorum

Hinc Pierius quoque ouem secundam Aegyptiorum literam fuisse afferit.

Porrò à Serpente deducebant aliam literam, quam Zeuta vocabant, hoc est, vitam, eo quod Serpens vitæ symbolum apud eos esset, respondebatque Σ Græcorum; ita autem Coptitæ eam formant Σ; quæ omnia suis locis demonstrantur.

Præterea circulo igneo transuersum serpentem includentes literam efformabant, quam Thauta vocabant, hoc est, literam Thoth; respondebatque Θ Thitæ Græcorum; erat hic unus ex maximè mysticis characteribus, quo per circulum igneum, Mundum; per Serpentem verò, Mundi conseruato[rem] occulte indigitabant. Quæ omnia fusè prosequitur Pherecydes Syrus, in libro, quem de Ophionibus & sacris Aegyptiorum inscripsit. Sed audiamus Eusebium l. i. c. 7. circa finem, ad verbum omnia describentem: Παρὰ Φοινίκων δὲ καὶ Φερεκύδης λαβὼν τὰς αὐθεμάς ἐδιαλέποις τοῖς παρὰ ἄυτῷ λεγαμέναις Οφιωνέως Θεῶς, ηγέρθη Οφιωνίδην, τῷ δὲ ὀντικόντιον λέξομδι. Εἴτι μὲν οἱ Αἰγύπτιοι δέσποτοι ἀντὶς ἐννοίας Τον κόμμου Γεράφωντες, τοιχοφερεῖ κύκλον ἀσεγαδῆ, καὶ τονεοπόν χαρεστίσασι, καὶ μέσον τοτε μέρον ὅφιν ιεροκόμοροφον, ηγέρθη τὸ στᾶσις χῆμα, ὃς τὸ παρόν ήμερον Θῆτα; τὸν μὲν κύκλον κόμμου μετανόοντες; τὸν δὲ μέσον ὅφιν σωστικὸν τέτοιον αἴσθον δάμονα σπαράνοντες. Pherecydes quoque de Phænicibus efformationes accipiens edocetus diuinatus de Deo, quem Ophionea dicebant, & de Ophionidibus mirum in modum differuit; de quo alio loco dicemus. Verum Aegyptij uniuersum depingentes Mundum, hanc ipsam inducit sententia, in circulum astralem, igneumque in superficie circumfusum serpentem forma Accipitris extendunt, ut sit Θ Thitæ Græcae litteræ figura consimilis, magnitudinem Mandi, ac formam per circulum significantes; per serpentem verò qui in circulo positus est, bonum dæmona conseruato[rem] omnium, cuius virtute Mundus continetur, significantes.

Decimequa-
ta littera

Φελδι

Porrò ex huiusmodi symbolo siue litera, aliam efformabant, quam φελδι & hoc est, amorem vocabant; respondebatque Græcorum φ. Verum cum huius literæ maxima mysteria alijs locis exposuerimus, hic ea tantum indicasse sufficiat; Lector interim Prodromum consulere poterit, ubi huius characteris arcana fuse descripsimus, quod & fusiūs in præcedentibus præstitimus.

Præterea multos characteres non ex animalibus, sed ex similitudine rerum,




serum, quas referebant, desumptos reperio; ut litera M, quam *εεωις* & id est, aquam vocant; refert enim hic character fluxum aquæ κυριολικως. Talis est & character *Σ*, quem *ζαντφ* vocant, id est, catenam, hanc enim formâ & similitudine sua refert, ac sëpe, ut & præcedens, inter hieroglyphica Schemata occurrit. Sed hæc suo loco. Non secus literam N & P, illam ex similitudine Pyramidis geminæ, hanc ex Harpagonis similitudine discebant. O verò & C non ex Ibide tantum & Boue, ut pau-
lò antè dictum est, discebant, sed Clemente teste, literæ erant κυριολογικæ ex similitudine Solis & Lunæ desumptæ. Verba eius ex lib. 5. Stromatum allego. Οι βέλον γεράπεν την ἡλιον, ποιεσον την κύκλον. Καὶ τὸ σχῆμα σπουδώντες χῆμα κερατίδες, μὲν τὸ χῆμα κύκλον γεράπενται. Qui Solem scribere volunt, circulum pingunt; qui Lunam, figuram cornigeram, iuxta propriam formam referunt.


Decima
quinta litera
εεωις
d.c.t.s.
Decimasexta
litera
ζαντφ
Littera 17. &
18, uti & lite
ra 19 & 20
quales.





Sequitur tandem litera Tautica omnium mysteriosissima, quæ τ Græcorum correspondet; cuius structuram & mysteria, cùm in Prodromo Copto, uti & proprio Hierogrammatismo in IV. Libro Obelisci Pamphilij fusè descripsimus, eò Lectorem remittimus, ne in tanta serum dicendatur mole temporis iacturam faciamus.

Atque hæ sunt primæ Aegyptiorum literæ & clementa, quibus non solum vulgò conscribebant epistolas, sed & sub ijs magna mysteria solis Sacerdotibus nota innuebant mysticis symbolis referta. Verum ut vnicâ Synopsi, quæ huc usque dicta sunt, intuearis, tabulam apponendam duximus, singula exactè exhibentem.

Prima literarum Aegyptiarum fabrica, & institutio facta, à Tauto sive Mercurio Triumegisto.

Character Zoographus.	Figura literarum vulgaris.	Græcorum ad eas affinitas.
I. 	<p>Δ <i>ΙΓΑΒΩΣ ΣΕΛΩΝ</i> dicitur, id est, Bonus Daemon.</p>	A
II. 	<p>Γ <i>ΓΕΩΜΑΤ</i> dicitur, id est, Norma.</p>	Γ
III. 	<p>Δ <i>ΔΙΔΥΤΙΣ</i> dicitur, id est, Bonus ager.</p>	Δ

I V.		<p>Γ Processus inferiorum ad superiora symbolum est.</p>	Y
V.		<p>Ο ΩΦΩ dicitur, id est, Mundi Dominus.</p>	O
VI.		<p>Λ λαβδως dicitur, Processus superiorum ad inferiora.</p>	Λ
VII.		<p>Χ Processus animæ mundi ανω κατω.</p>	X
VIII. IX.		<p>C Lunæ symbolum. □ ☿ O magnum.</p>	Σ Ω
X.		<p>Ω οὐρα dicitur, id est, Visio.</p>	Ω Σ
XI.		<p>B βαετη dicitur, id est, Fœcunditas.</p>	B βατη
XII.		<p>Ζ ζεστη dicitur, id est, Vita.</p>	Z


XIII.		Θ θετή dicitur, id est, Litera Thoth.	 Thita.
XIV.		Φ φελό dicitur, id est, Amor.	Φ Φ
X V.		M μετα Aqua, Litera est κυειολογική τε ύδατος.	M μ
X VI.		Σ σαντάς dicitur, id est, Catena.	Σ σ
X VII.	N	N Litera, idē est, ac processus terum elementarium, αἴων καθώ, siue vegetabilium processus.	N ν
X VIII.	P	P κυειολογική ἀρπαγή. Figura desumpta ex harpa- gone, quo Osiris corpus ex vndis extractum.	P ἄρ.
XIX.		O Sol.	O
XX.		C Luna. Signa κυειολογικά.	Σ
XXI.	T T T	Tαῦ Litera Thoth siue Tauti Dei, Thau Hebraeorum.	T

Primus itaque character seu litera, ex diuariatione pedūm Ibidis,
& rostro eiusdem transuersim inserto, inuenta, Αἰαθὸς Δαιρῶν dicibatur,
G 2 id

A


id est, *Bonus Daemon* initialibus literis sub una comprehensis; - hic enim præter dictarum vocum capitales, ut dixi, literas, eius quoque portionis figuram, quam Δ passim siue $\alpha\alpha\lambda\alpha\tau\tau$ Copticè, hoc est, *Bonum agrum* vocant, exprimit; atque huius generis literarum ut plurimum ex tribus vel perseæ, vel papyri ramusculis seu thyrsis, in figuram primæ literæ Alphabeticæ, quam sic exhibebant, adaptatis compositam in solemnitatibus Comasarum Deorum statutis, ac potissimum Mercurio Ιθυόροφ, ex cuius auis figura inuenta erat, præferebant, quam & Hieralpham vocabant. Sed iam singulas Alphabeti hieroglyphici literas subiungamus.

I




Hic character idem significat, quod *A'sadōs Δαρμων*, id est, *Bonus genius*; & componitur ex initialibus literis Δ & A . Si enim producitur Δ litera, fiet A , quod in se monogrammaticè continet Δ & A ; inuenit autem hæc litera hieroglyphica in omnibus ferè Aegyptiacis inscriptionibus, potissimum in Obelisco Barberino, Lateranensi, Flaminio, Mahutæo, Mediceo, ut infrà sui loci dicetur, quam & Hieralpham imposterum vocabimus.

I I



Hic character Aegyptiacè $\tau\alpha\epsilon\epsilon\tau\tau$ & id est, *Norma* dicitur, & propriè gamma Græcorum literam exprimit; quo quidem hieroglyphicè nihil aliud indicatur, quam Symmetria rerum huius Vniuersi; vnde Mundi sensibilis moderatoris Horimanibus passim insertus spectatur: quemadmodum enim normâ, siue gnomone, omnia iusta mensurâ & proportione disponuntur in Architectonicis operationibus, ita Vniuersi Genius in Mundi sensibilis fabrica, omnibus iustam dat proportionem, mensuram, pondus.

I I I



Character hic $\alpha\alpha\lambda\alpha\tau\tau$ dicitur, id est, *Bonus ager*, & eam Aegypti partem, quam $\Delta\lambda\tau\tau$ vocant, indicat; quia ea regio præ omnibus alijs Aegypti Prouincijs, tūm maximè salubris, tūm rerum omnium humano generi necessariarū ferax est; ex Ibis ibidem passim stabulantis incessu inuentus; quia verò bonorum omnium vertas à supremis Potentijs influitur in hæc inferiora, aptè eam per pyramidalem, elementum ex diuariatione Ibis pedū inuentum, exprimebant.

Ibis

THEATRVM HIEROGLYPHICV M.

51

I V



Ibis aperturâ rostri, quam instrumentum circini dixerunt, occasionem ipsis præbuit inuenienti literam Y, quo charaktere processum inferiorum ad superiora rectè indicabant, à centro nimirum ad circumferentiam; Ibis enim dum vna rostri parte in arena infixa, alterius circumductione nescio quid circulare in arena relinquere, ut in animalium obseruandis actionibus studiosissimi, ita & circini instrumentum, & centri ad circumferentiam motus occasionem inde ipsos reperisse, mirum non est.

V



Character hic ΟΦΤ dicitur, quod Aegyptiacè idem est, ac Dominus Orbis; æquiualet Græcorum O micron; ex Ibide pariter emanauit; Ibis siquidem subinde collum ita torquet, ut circulum imitari videatur; quod cùm notarent Aegyptij, à Mercurio in Ibin transformato, de insigni quopiā mysterio se moneri, superstitionis perluadebant, ac proinde ipsi ΟΦΤ nomen imposuerunt, quod idem est, ac Mundi Dominus: alludit ad hoc Plutarchus lib: de Osiride & Iside, dum nomen Omphis (verius dices Ophta) explicat.


Plutarchus.

V I



Hæc litera Aegyptijs λεγεται dicitur, & præcedenti opposita est; sicut enim præcedens processum inferiorū ad superiora, ita hæc superiorum ad inferiora processum indicat Constat tuitur autem ex diuariatione pedūm Ibidis, ex qua Aegyptij primūm Aegyptiaci cubiti, ut in Mechanica diximus, mensuram in arena progressu Ibidis impressam, inuenierunt; quæ suo loco pulchre ex Abenephio probauimus. Inuenitur autem passim hoc signum inter hieroglyphica, ut suo loco dicetur; respondetque hæc litera τῷ λέμβῳ Græcorum & Coptarum.

V I I



Ex binis præcedentibus literis nascitur composita litera decadica, sive verius decussis, quâ Aegyptij processum animæ Mundi ἡγεμονίας expresserunt; ex Ibidis gestibus pariter inuenta; Ibis enim diuaticatis pedibus consistens, & aperto rostro, & collo dorso innitente, dum aperto ore crepitat, hanc

OEDIPI AEGYPTIACI

hanc figuram exprimit. Vide quæ de hoc numerico hieroglyphico fusiùs differimus in Arithmeticâ hieroglyphica. Respondet autem hæc litera τὸς Σ Græcorum, aut Latinorum X.

V I I I



Bous caput exprimit hic character, & Aegyptijs idem significat ac litera τὸς ; quamquam nonnulli quoque hanc literam pro ω vel ε accipiant; Aegyptiorum tamen sententiæ verius standum existimo, cùm ad caput Bous cornutum litera τὸς propriùs accedat. Notat autem coniunctionem Solis & Lunæ, ita quidem, ut caput Bous Solem, cornua verò Lunam significant. Verùm cùm de his passim toto hoc Opere dictum sit, ad loca propria Lectorem remittimus.

I X



Hic character στελλα dicitur, id est, *Visio*, & respondet literæ Coptitarum Ο, & τὸς Σ Græcorum: ex capite Accipitris fuit inuentus; qui cùm acutissimi visus sit, rectè literam hanc isti Numinis, quod visu omnia Mundi receptacula penetraret, id est, Soli consecrarunt: Sol enim diffusione radiorum omnia fouet, animat, conseruat, iuxta illud: Ἡλιος δ' πάντας ἐφορᾷ, καὶ πάντας ἐπακτείνει.

X



Character hic Aegyptiacè Λαέων dicitur, id est, *Fecunditas*; est enim ex Arietis capite, quod Amun vocabant, deductus, qui cùm fecunditatis symbolū sit, rectè is capite Arietis cornibus in Λ litteram tortis exhibetur. Vnde & colligo, hoc nomen Λαέων compositum esse, ex Λ videlicet & αέων & quasi diceres, B litera Ammonis. Verùm de hisce vide, quæ in proprio Hierogrammatismo Obelisci Pamphilij fusiùs egimus.


X I



Hic character Aegyptiacè γενετα, id est, *Vita* dicitur; nam ut in Hierogrammatismo Serpentis docuimus, fuit Aegyptijs Serpens symbolum vitæ; vnde mirum non est, ex Serpentis tortuoso corpore


re hanc originem suam traxisse. Sed de hoc vide, citatum locum.

X I I



Hic character Aegyptijs id est, litera Tauti dicitur; & hieroglyphicè nihil aliud significat, quam vitam Mundi, quam Serpens circulo inclusus notat; spectatur autem huiusmodi hieroglyphicum passim in Obeliscis, cœterisque monumen-
tis Aegyptiacis, vti suo tempore ostendemus.

X I I I




Ex præcedenti charactere natus est præsens cha-
racter; quem Aegyptij id est, Amorem
vocant, ostendit enim, omnia Mundi membra, per
vitam vniuersalem, amore connecti; vnde & Sphæ-
ra amoris indigitatur; de qua pluribus tūm in Obe-
lisco Pamphilio, tūm in Prodromo, alijsque huius
Operis locis egimus.

X I V



Hic character Aegyptijs id est, Aqua,
dicitur, quia fluxum aquæ exprimit, atque adeo
κνειολογίκὸν τὸ ὕδατος σύμβολον est, respondetque M Cop-
titarum, Græcorum, Latinorumque; quo inter
hieroglyphica nihil occurrit frequenter.

X V




Hic character Aegyptijs id est, Ca-
tena dicitur, eò quod catenam circulis connexam
exprimat, & est κνειολογίκὸν στεῖρος θεῶν σύμβολον, vti
Psellus in Zoroastreæ Philosophiæ expositione do-
cet, & respondet Græcorum .

X V I



Hæc litera idem est ac re-
rum elementarium processus
 $\alpha\beta\gamma\kappa\lambda\omega$, quam figuram, cùm
folio 387 Obel. Pamph. am-
plè exposuerimus, superuacea-
neum esse ratus sum, ijs hīc diu-
tiūs immorari.



X V I I

P

Kυειολογικὸν ἄρταν οὐμβολον est, ideo & harpago-
nis figura descripta fuit, quo Osiris corpus à Ty-
phone in fluenta Nili coniectum, ab Isi extractum
fuit, frequentissimumque est inter hieroglyphica,
& p Coptum, Græcumque exprimit. Quare hæc
de eo pauca sufficiant,

X V I I I




Hæ duæ literæ κυειολογικαὶ, τῷ Ηλίῳ, καὶ τῷ σελήνῃ σύμβολα, quid repræsentent, ex ipsorum figuris cognoscitur, nimirum Solem & Lunam, & eadem sunt, ac δ & ε Copticæ literæ. Videntur hæ literæ in per-
uetusto fragmento ab immortalis memorię Viro Ni-
colao Perciscio transmisso, quod h̄ic apponam; ubi
vides quatuor statuas Serpente in circulum con-
torto inclusas, cum characteribus ☐, & figura

I

in medio ☐, quæ tametsi in Supplemento Pro-
dromi, & Obelisco Pamphilio exposuerimus, ea ta-
men hoc loco veluti proprio vberius exponenda
duximus.


Figura hieros-
glyphica à Pe-
rciscio missa.



Constat Ægyptios sua Deorum no-
mina passim duobus descripsisse nomi-
nibus Copticis, ϕ̄ δc π̄ōc& quo-
rum illud Deum hoc Dominum expli-
camus. Prius ϕ̄ monogrammaticè
⊕ sic expressum habetur in Schemate,
I
quatuor Mundi plagis oppositum. In-
scriptiones verò seu nomina dicto cha-
racteri monogrammatico apposita, exhib-
ent quatuor Mundi plagarum Numi-
na, Λεμ̄π̄τ̄ Nem̄p̄ta, Φρ̄ι-
ϕ̄ Ph̄i p̄hta, Νεφ̄τ̄ Niep̄ta,
& Νεμενϕ̄ Nemenp̄ta, id est, Genius Septen-
trionis, Genius Austri, Genius Orientis, Genius
Occidentis. Media verò figura ☐ id est, Domi-
nus; symbolice verò per την domum hanc mundanam,
per δ Solem, per c Lunam, teste Clemente
Alexandrino l. 6. Stromatum indicant; Serpente
verò annum cyclum, teste Horo signant; quibus
argutè quidem innuunt, Dominos huius mundanæ
do-

domus esse Solem & Lunam in medio constitutos, ut omnes Mundi partes ab hisce benignè influentibus participarent; vnde & **n** inferius apertum est, ad significandum, influxum & emanationem à superioribus in inferiora fieri, non contrà. Quòd itaque Mundi anima, & Vniuersi Spiritus in hac mundana domo influit, id per aseclas eius Genios quatuor Mundi plagarum Præsides, aptè disponitur, ac singulis pro recta proportione distribuitur; quod denique dispositum aptèque distributum est, id Mundi Domini Sol & Luna ad omnigenam rerum generationem perducunt.

X I X.



Litera **θωθ** & id est, Thoth seu Mercurij dicitur, & T Hebraorum, Græcorumque T exactè respondet, de quo integro tractatu vide Obeliscum Pamphilium; ut proinde superfluum sit de eodem fusiùs hìc agere.

Arque hæ sunt 22 literæ, quarum in conscribendis, consignandisque rebus ad commune hominum commercium pertinentibus usus erat, quæ & simul hieroglyphicis inscriptionibus seruiebant. Ex quibus manifestè patet, literas has, utpote quæ mysteriosa quâdam structurâ constabant, hieroglyphicorum quoque usum habuisse, atque ijsdem nomina integræ concinnata hieroglyphicis inscriptionibus inseruisse, quæ uti in Obelisco Pamphilio sol. 147 vberitim probata sunt, & in sequentibus interpretationibus suo loco & tempore demonstraturi sumus, sic eadem hoc loco iterare superuacaneum duximus.

Literæ Aegyptiorum interseruiebant etiam hieroglyphicis inscriptionibus.

DIATRIBE III. PRAELVSORIA.

Quòd literæ Aegyptiacæ à Cadmo primùm in Græciam traductæ, & de linguae Coptæ antiquitate.

Magna sanè inter Authores de literis Græcis, vnde originem suam habuerint, controversia est; alij enim Cecropi, quidam Inacho, nonnulli Palomedi etiundem inuentionem adscribunt. Nos, vt paucis eam expediamus, asserimus, omnem tūm literarum, tūm scientiarum notitiam, primùm ex Aegypte in Græciam introductam. Et literas quidem alias esse non potuisse aio, quam mysticas illas, quas paulò antè adduximus;

Græcarum literarum & scientiarum origo ex Aegypto.

Herodotus.
Cadmus ex
Agypto lite-
ras traduxit
in Græciam.

Cadmus Græ-
carum litera-
rum inuentor

Clemens.

Herodotus:
Cadmus &
Phœnix Ac-
gyptij.

Philo.

Cecrops
Aegyptius.

Pausanias.

mus; quæ quidem ad quemlibet animi conceptum scripto exprimendum sufficiunt; tametsi Græci temporum successu semper alias & alias, ut ex Alphabeto illorum patet, adiecerint. Atque has literas usui communis accommodatas, neglectis animalium figuris, per Cadmum ad Græcos primum translatas, ex Herodoto in Terpsichore & alibi patet; quæ & ideo Cadmæa grammata, vel ut Herodoti verbis utar, Φοινὶς τὸ Κάδμος λεγίματα dicuntur. Vnde & consensus ille vetustissimus totius Græciæ satiis conuincit, literas à Cadmo Græcos accepisse; neque causa est, cur rem tam manifestam aut negemus, aut Zetzæ neganti assentiamur; qui dupli argumento probare nititur, Græcos ante Cadmum literas habuisse. Prius est, quod Oraculum redditum fuerit Cadmo: Φερέται δὴ μῆδον ἀλισσοφόρον κακούργον. Alterum argumentum; quod Bellerophon antiquior Cadmo scriptas tabellas de sua cæde attulit. Vtrumque argumentum futile est, & à Poëtis vtrumque fictum. Quare Cadmeæ literæ vocatæ, si Cadmo Authori acceptæ non referuntur? Et si Cadmus Author est, aut saltem primus doctor & index earum in Græcia, quomodo ante Cadmum literas habuere Græci, cum vetustiores nusquam, quam Kādμον λεγίματα vocentur? Quibus omnibus subscrabit Clemens Alexandrinus lib. I. Stromatum: Κάδμος οὐ Φοίνιξ έστιν, ὁ τὸν λεγμάτων Εἴλλων δέρτης, ως φοίνιξ οὐδέποτε. Vnde etiam Herodotus scribit, literas fuisse vocatas Phœnicias: fuisse autem Cadmum & Phœnicem Aegyptios, S. Hieronymus testatur, eos temporibus Iosue floruisse, & Cadmum unum cum fratre Phœnico Thebis Aegyptiorum, vnde oriundi erant, in Syriam profectum fuisse; vt verisimile sit, tempore Othonielis è Phœnicia in Græciam venisse, atque ibi in memoriam Thebarum Aegyptiarum, Thebas Bæotias condidisse, relicta fratri Phœnici Phœnicia, à quo & nomen obtinuit. Aegypti autem Viri literas alias, quam quas à puerō in Aegypto didicerant, tradere non potuere. Cadmum igitur fuisse primum illum, qui Græcos literis Aegyptijs perfectè imbuīt, nulli dubium esse debet. Fuisse autem in Græcia ante Cadmum semen quoddam seu rudimentum aliquod harum literarum, fuisseque iam tunc in Græcia doctissimos Viros, ex Philone patet, qui refert in vita Moysis, ex Græcia ad eius instructionem doctissimos quosvis magnis promissis vocatos fuisse. Vel itaque proprias tunc temporis habuere literas, siue à Cecrope primo Atheniensium Rege ex Aegypto illatas, siue ante eum ab Inacho introductas, vnde fabulam postea emersisse (literas Græcos habuisse ante Cadmum) verisimile est; siquidem Cecrops & ipse Aegyptius, Cadmo ferè uno seculo antiquior, & Moysi, teste Eusebio, synchronus, ideo, Tetza teste, Διονύσιος dicitus fuit, quod Græcam & Aegyptiacam linguam ex æquo calleret. Hunc etiam βελαζείας ex Aegypto in Græciam unum cum alijs cœremonijs transluisse, Author est Pausanias; de quo & Tetzes ita canit.

Περὶ τοῦ απαύτων Απίκην, ὃ Κεκρόψις Βασιλεὺς
Οὐ πρῶτος, ὃ καλέσθητος οὐδὲ δισπους Τεικός εί
Η' ὅτι μέτεθετο αὐτὸν δύο τερψις μῆνες εἰχει
Η' ως Εἴλλας οὐ μπειρός, καὶ Αίμυντος Γλώσσης =

Prj.

Primus omnium Atticæ Cecrops Rex, & primus, qui vocatur Διονύσος, eò quod magnitudinem virorum duorum in longum haberet, & quod Graecæ & Aegyptiacæ linguae peritus esset.

Literas igitur Graecas ab Aegyptiis primùm profectas, ex dictis patet. Vtrum autem lingua Graeca quoque ab Aegyptiaca processerit, meritò quispiam dubitare posset. Affirmatiuam in Prodromo Copto capite quarto asseruimus; Verum quotidianâ experientiâ instructior tandem comperi, linguam Aegyptiacam ex matribus vnam ἀπότελει cum nulla alia affinitatem, quantum quidem ex idiotismo, coniugatione, & inclinatione nominum colligere licuit, habere: neque nos mouere debent vocabula Ἑλληνικὰ redolentia, vocesque Graecanicae passim in Lexico occurrentes. Siquidem huiusmodi vocum cum Copticis vocabulis commissionem, primùm Alexandri Magni & reliquorum ex Ptolomaica stirpe prodeuntium Regum, Aegypto potiuntum temporibus, ex frequenti, quod ipsis cum Græcis vltro citròque commentibus, trecentorum & amplius annorum spacio intercedebat, commercio contigisse, alibi fuse docemus, & Coptæ circa id à me consulti id ipsum affirmant. Non itaque verba mea in Prodromo Copto hoc sensu intelligi velim, quasi asseuerem, Græcam linguam ad Aegyptiacam eā se ratione habere, ut Chaldaea v.g. lingua ad Hebream, aut Italica ad Latinam, sicuti quidam opinati sunt; quarum hanc Latinæ, illam Hebraicæ linguæ filiam esse, nemo nisi dictarum linguarum imperitus inficiabitur: non enim sentio Græcam ab Aegyptia origine suam immediatè traxisse; multò minus Græcam linguam Aegyptiam corruptam dicendam arbitror. Sed totam similitudinem utriusque ad inuicem ex vocum commissione, vt dixi, contigisse is nouerit, qui vnam cum altera ἀνεξέργεια contulerit: Possunt enim aliquæ linguæ ijsdem vocibus alteri linguae visitatis vti, etiam si ipsæ quoad substantiam toto, vt aiunt, cœlo discrepent: ita Germanica multas voces Latinas, Italicas, Gallicas interserit; Latina quoque Græca vocabula libens suscipit, cùm tamen vtraque diuersissima sit ab ijs linguis, à quibus mutuatur; quæ suis alibi tractata reperies. Quin & lingua Copta non Græcis tantum vocabulis, sed & Latinis, Arabicis, Hebraicis, Samaritanisque, ex vicinorum, vt reor, nationum consortio vtitur. Verum cùm hoc linguae Coptæ Argumentum peculiari Opere, quod Linguam Coptam restitutam vocamus, pertractauerimus, ad illud Lectorem remittimus, ex quibus facile sagax Lector cognoscet, quæ vocabula Græcae, quæ originis Aegyptiacæ sint.

Verum hoc loco omittere non possum, quin ea interseram, quæ summus Vir Petrus à Valle, & amicus, dum viueret, singularis in 11. Epist. Itinerarij sui de lingua Coptica asserit; congrua sanè ijs quæ iam in præcedentibus docuimus. Verba eius Italica sunt sequentia. Poiche siamo in questo proposito di lingue, voglio dire a V. S. un'altra curiosità delle mie Mummie, che l'accennai di sopra, quando promisi di parlare delle lettere Egittie. Hanno dunque da sapere, che qui in Egitto, fra quei Christiani, che hò nominati altre volte Cofti, bò trouato una lingua particolare, con una scrittura, i caratteri della

Vtrum lingua
Aegyptiaca è
Graeca pro-
cesserit, num
contraria.

quale, tanto di forma, quanto di nome, sono tutti Greci (benche alterati vn poco nella pronuntia) eccetto di otto, che ne hanno di più de' Greci, di pronuntia, e figura differenti : frà i quali ancora, volendo io per curiosità hauerne vn poco di cognizione, ci hò trouato qualche corrispondenza con le cose Greche, e di tali particolari, de' quali ne anche da' Greci poteua saper la ragione. Verbi gratia: Scrive questa lingua Cofta i suoi numeri arithmeticci con le lettere dell' Alfabeto, come fà a punto la Greca : ma i Greci, non hanendo tante lettere, che bastino ad esprimere tutti i numeri, V. S. sà, che suppliscono con altre figure, e particolarmente il 6. lo segnano con vn ε. Sigmatau. Però io dico, se le lettere non bastano, che si trouino da i Greci altre figure, vā bene : ma perchè mettere così presto il ε al numero di sei, e non siguitare l'ordine delle lettere, fin che ce ne sono, essendoci tempo di supplire a quelle, che mancano, nel fine ? Di questo, non trouo Greco, che mi sappia dar la ragione : ma sì ben l'hò trouata nella scrittura de' Cofti : perchè l'Alfabeto loro hā una lettera al sesto luogo, che i Greci non l'hanno ; la figura della quale è a punto vn ε, però essi la chiamano So, e la pronuntiano come S, ma dal Sigma in qualche cosa differente : e così giustamente questa figura viene ad occupare il sesto luogo fra i numeri dell'aritmetica. De hilce fusè tractatum vide in Prodromo Copto. Di più la figura che li Greci mettono per 90. non è molto dissimile dalla lettera, che vi mettono i Cofti. In somma, da questi, e da altri indity, raccolgo, che senza dubbio, ò la scrittura Cofta dalla Greca, ò la Greca dalla Cofta hā origine, benché le lingue siano frà di loro affatto diversissime. Che i Greci habbiano dato la scrittura a i Cofti, nè dà indio il loro nome moderno, che è Greco, e secondo alcuni non vuol dire altro che Tagliato ; edicono che fossero così chiamati, perchè questi Christiani che sequitorno già l'heresie d'Eutiche e di Dioscoro, prima del battezzimo usauano di circoncidersi ; dache p'gliarono anche nome di Christiani della Cintura, cioè dalla cintura in su, perchè da quella in giù, per la circumcisione, pareuano più tosto Ebrei. Di più sappiamo, che Alessandro edificò Alessandria, e lasciò colonie in Egitto, che poterono insegnare a i popoli la scrittura loro, & anche in parte la lingua ; già che nella Cofta si troua par ben spesso alcun vocabolo Greco, ma pronuntiato all'antica, co' i diftonghi stessi, con la H persona di E, e con simili circonstanze, che da i Greci moderni, per mille indity, conosciamo essere state mutate. Ma in contrario poi vedo, che i Cofti ne i loro libri si chiamano Egittij, come accennai nel principio ; e che forse il nome di Cofta, ò per ingoranza è corrotto, ouero per burlargli come Circoncisi, è stato dato loro da i Greci moderni, cauato dalla somiglianza delle voci ; perchè la parola Cofta, che in Greco può significar Tagliato, si assomigla vn poco al nome ΑΓΓΙΤΙΟϹ Guptias, cioè Egittio, co'l quale essi in lingua loro si chiamano ; e più anche a Cubti, che è la voce significatrice pur di Egittio, con cui son chiamati dagli Arabi. La qual parola Cubti, potrebbe anche essere, che dagli Arabi per auuentura fosse stata dedotta dal nome della Città Coptos, che in Egitto, cioè nella Thebaide, era vn tempo principale, e commune di Egittij, e di Arabi, secondo Strabone. Che, se ben mi par duio, che a tutti li Egittij quella Città, la quale non si sà che fossemal la reggia de tutto'l paese, hauesse potuto dare il nome, quantunque lo desse ad una sola Prouincia, di cui era capo, che a detto di Tolomeo da essaprendesi il nome di Coptites nomos ; tuttavia non sarebbe impossibile,

Strabo.

Ptolomeus.

che

che gli Arabi, che tanto l'haueuana in pratica, applicando idioscamente, come spesso si suol fare, il nome di vna parte al tutto, con quello, che era proprio de i soli cittadini de Coptos, città nell'Egitto a loro più delle altre nota, hauessero in lor lingua tutti li Egittij usato di chiamare: e che questo uso poi anche dentro all'Egitto si sia fatto familiare, dopo che di quello gli Arabi s'impatronirono; la lingua de' quali boggi comunemente da tutti vi si parla; perche questa Cofca, ò Egittia, fra di loro stessi è perduta; e solo hanno in essa alcuni libri sacri, dicendo ancora la Messa in quella lingua: ma perche poco, ò nulla l'intendono, sono tutti i libri tradotti in Arabo, e l'Euangilio, con l'Epistola, che è necessario d'intendersi, lo leggono due volte, in Cofto, & in Arabo, come il Papa, che nelle Messe solenni lo fa leggere in Greco, & in Latino. E questa perdita della lingua Cofca è auuenuta, perche li Arabi, quando si fecero padroni dell'Egitto, la prohibirono affatto, che nè anche si parlasse, per introdur la loro, come a punto è seguito; Vide Prodromum Copticum verbis Petri à Valle in omnibus sublribentem. Essendo dunque i Cofti Egittij, dobbiamo creder, che siano molto antichi; e si sa, che i popoli dell'Egitto sono assai più antichi di quelli della Grecia; la quale antichità di ragione douerebbe seguitare, anche la scrittura: e non è inuerisimile, che i Greci dagli Egittij l'habbiano hauuta; poiche Cadmo, che ne fu a i Greci primo inuentore, la portò dlla Fenicia, che non è dall'Egitto molto lontana, doue allhora per auuentura i medesimi caratteri, che in Egitto, poteuano usarsi: anzi senza dubbio è da creder, che si usassero, già che Diodoro Siculo chiaramente afferma, che Cadmo hauua origine da Thebe di Egitto; e si vede, che per questo alla città che in Grecia ei fabricò, pur Thebe mise nome. E che gli Egittij in quei tempi hauessero lettere, dobbiamo crederlo, poiche si sa che furono sempre huomini dotti. Mi conferma in questa opinione dell'antichità della scrittura Cofca la ragione, che hò detta del s incognita ai Greci, e la pronuntia de' diftonghi, e della lettera H, e dell'Y, che tutte mostrano antichità grande, e maggiore almeno di quella del nome Cofto, che senza dubbio è moderno. In somma, c'è da dire; e la questione è curiosa. Quod verò antiquitatem huius linguae maximè comprobat, sunt nonnullæ voces Aegyptiæ, quæ subinde inter hieroglyphica occurrunt; de quibus vide Prodromum & Supplementum eius, Obeliscum quoque Pamphilium. Et confirmat nostram sententiam Petrus à Valle in citata epistola his verbis. Ma soprattutto le mie Mumie danno una gran botta, alla seconda opinione fauoreuole; cioè, che la scrittura de' Cofti si è antichissima, e forse più della Greca; perche in vna delle due Mumie, che presi intere, trà gli altri ornamenti e pitture, come già raccontai, ci hò trouato anche lettere Coftie & & & & & che io le conobbi subito; e son quelle lettere Egittie, che dissi, del nome proprio, conforme io stimo; e questo me la fece tanto più piacere. E la mia Mumia è antichissima senza dubbio, e fin di quei tempi che in Egitto si usavano i bieroglifici: il che si proua, non solo dagl'idoletti dipinti, e dalla memoria, che c'è nelle historie di questo modo di sepellire; ma dall'hauer' io stesso nel pozzo medesimo, donde è stata cauata la Mumia, trouato e preso con le mie mani quella testa di tela incollata, soura la cui fronte vi sono molti caratteri bieroglifici, e quel cassone di legno di un'altro corpo, che, come dissi di sopra, di bieroglifici è pur tutto intagliato; e se stauano tutte queste cose in un pozzo, senza dubbio erano del medesimo tempo. Cosa, che proua non solo l'antichità della scrittura Cofca; ma


Diodorus
Siculus.
Herodotus.

Herodotus.

vn'altro particolare ancora, non men bello : cioè, che i bieroglifici in quei tempi non fossero altrimenti lettere comuni degli Egittij, come forse alcuni hanno pensato ; ma che fosse vn'altro modo recondito da esprimere i concetti occultamente , quasi come le nostre Imprese ; ouero, se pur'erano lettere (come io credo) che fussero caratteri sacri, non adoperati comunemente in tutte le cose ; conforme Diodoro Siculo, e molto prima di lui Herodoto ci ha lasciato scritto, che gli Egittij hanno due sorti di lettere, sacre, e profane ; e che la popolare, e comune lettera, Egittia di quel tempo fosse questa Cofta, della quale io parlo . Che se ben Herodoto nell'istesso luogo dice, che gli Egittij al contrario de' Greci scriueuano dalla destra alla sinistra, il che nella scrittura de' Cofti non avviene ; può esser nondimeno , che egli ciò intenda della scrittura sacra de' hieroglifici, non ispecificando d'intenderle amendue : e l'ordine de' bieroglifici nello scriuersi, come senza dubbio dee cominciar dall'alto in giù, così forse, dove sono più linee di essi, o una linea sola per transverso , dee proceder dalla destra alla sinistra, come Herodoto dice, e come intendo, che avviene ancora de' caratteri de' Cinesi . Però, sia come si voglia , di questa scrittura Egittia de' Cofti , io ne tengo già appreso di me alcuni pochi libri, cioè il Salterio intero di Davud, l'Evangelio intero di San Giuanni, & alcuni altri, che tornando in Italia con la gratia di Dio, potrò mostri argli, e leggerli a chi ne fosse curioso, e tenergli almeno per ornamento della mia libreria . Ma trā gli altri uno, che ne ho, e che stimai gran fortuna di trouarlo , il quale contiene di quattro Autori, che scriuono in Arabico (breuemente in vero, ma forse a sufficienza, trā tutti insieme) la Grammatica di questa lingua Egittia ; e di più due Vocabolarij con circa a sei mila voci Egittie, le più importanti, interpretati pur fedelmente da tempo antico in Arabico . se in Roma, o altroue, doue della lingua Arabica comincia pur ad esser rui qualche intelligenza, vi trouasse mai chico'l mezo di essa potesse questo mio libro in Latino interpretarce ; e, come io non manche. o di usarne diligenzia, potessimo per mezo delle stampe propagarlo, e comunicarlo in tutto'l Mondo ai Letterati ; spererei che in tal modo anche questa perduta e morea lingua Egittia de' Cofti si potesse al Mondo risuscitare, con notabil beneficio e delle belle lettere per la sua antickità, & anco della Chiesa, per esser le poche reliquie, che di questi Egittij oggi restano, Christiani antichissimi , e di tempo molto antico dalla Chiesa Romana separati . Quicquid hoc loco desiderat Petrus à Valle, id in Thesauro linguae Aegyptiacæ, quam & linguam Aegyptiacam restitutam vocamus, ex ipsius dicti Petri Archetypo, quod in hunc finem mihi concesserat, ut in Præfatione dicti Thesauri patet, præstitimus . E, come hanno tutta la Sacra Scrittura in questa lor lingua, e molte altre cose ancora, che alla religione appartengono ; tutto quello, che fra di loro si trouerà conformarsi con noi, farà di grande argomento contro gli Heretici moderni dell'Europa, che in tante cose da noi discordano, nelle quali tuttavia i Christiani oltremarini, e separati da noi per tanti secoli, si vedono ad ogni modo con noi conuenire . Ha inteso V. S. in diuersi propositi lunghissime digressioni, che con altri, che con lei, non le haurei fatte giammai ; perche discorsi simili alli orecchie di certi poco intendenti, paiono, & io lo so, mere pedanterie ; & al gusto degli altri bisogna in questo Mondo accomodarsi, almeno in apparenza . Hæc Petrus à Valle . Restat tantum hoc loco enodandum .

Virum hieroglyphica lectionem quandam ut in alijs scripturis confiant, & quomodo lectio instituenda.

CVM hieroglyphica symbolicos & mysticos conceptus per signa quædam summâ ingenij felicitate inuenta explicit, illa certè nequaquam syllabis, vocibus, periodis constare possunt, vti iam sæpe sæpius probauimus contra eos, qui nescio quibus argumentis persuasi, sub hieroglyphicis historias & laudes Regum contineri simplicius credunt. Nam vt rectè Iamblichus, cùm Ægyptij mysteria occulta symbolis inferant manifestis, in ijs interpretandis dimitte voces, accipe sensus. Sed hoc ita se habere, iam aliquot exemplis enodandum duxi. Sequens figura



tutulus est, & partim Deorum capitibus imponitur, partim seorsim occultam suam significationem habet. Nam hâc figurâ Isiaci templi Romæ coronidem insignitam fuisse reperio, ex innumeris saxis, quibus hæc figura insculpta cernitur, & duo adhuc in meo spectantur Museo; separati quoque sæpe sæpius huiusmodi tutuli spectantur in minutiorum characterum limbo Tabulæ Isiacæ, vt suo tempore videbitur. Figura constat ex flamma, binis aspidibus sphœras in capite gestantibus, & fasciculo gramineo cum flore & fructu, quibus globus imponitur. Hic character hieroglyphicus est, non literâ, non syllabam, aut vocem, sed integrum idealem sensum animo oggerens; & ille est, qui sequitur. [Deorum natura æterna & immortalis vitam, ignem, calorem, motum, rerum vbertatem, omnibus ritè eos colentibus tribuens.] Erat autem non tantum dictarum rerum significatiuum, sed & insuper adiunctam habebat efficaciam, quo posito

posito mox per occultam symbolorum rationem Dijs mirificè acceptam; id sc, quod significabant symbola, obtenuros credebant; significabat præterea non operationes tantum, quas in Mundo Archetypo, sed & quas in Sidereo & Elementari efficiebat. Tatulas enim se solo Mundi Archetypi rationes indicat; Accipitti impositus, Siderei Mundi virtutes; Isi verò impositus, aut Nephti, aut Elementaribus Genijs, Elementares indicabat operationes; & sic sentiendum est de omnibus alijs hieroglyphicis, vt in serie huius Operis exponetur. Hinc ea hieroglyphicorum natura est, vt deorsum, sursum, dextrorsum, sinistrorsum, & quo-cunque tandem situ ponantur, sensum suum integrum & perfectum sor-tiantur, pro diuersorum subiectorum quibus incidebantur conditione, quemadmodum de simplicibus characteribus supra retulimus. Nam in Obeliscis ut plurimum perpendiculari situ in columnis suis exhibebantur; in tabulis verò marmoreis, planum situm & Horizonti parallelum obtinebant; in statuis verò mixtum ex omnibus, perpendiculari, horizontalem, decluem, sparsum interruptu[m]que ordinem seruabant literæ; quod & in Tabula, quoque Bembina videre est, vti suo loco dicetur.

Quod cùm dico, nemo sibi persuadeat velim, characteres ideo temerè & sine ratione positos: minime; erat enim summam symbolicorum huiusmodi characterum connexio, & mirifica dispositio, quâ semper unus conceptus alterum excipiebat. Verùm cùm ea sufficienter, nisi ipsâ praxi, explicat, non possint, Lector curiosus hæc omnia luculentius in secura mox hieroglyphicorum monumentorum interpretatione intuebitur, & quæ dixi, vera esse ipso experimento doctus competet.

DIA TRIBE IV.

Hierogrammatismorum reliquorum quæ in Obelisco Pamphilio expositi non fuerunt, Interpretatio.

Hierogramma
matismi in
Obel. Pamph.
omissi expli-
carur.

CVM in Obelisco Pamphilio plerosque Hierogrammatismos hieroglyphicos amplè & copiosè exposuerimus, nonnullos tamen omisserimus; hic opportunè inferendos existimau, nè quicquam, quod ad hieroglyphicum negotium pertinet, omisisse videremur. Et quod quidem ad sacrorum animalium quadrupedum hierogrammata spectat, omnia exhibita esse ibidem nouerit Lector; quare ad avium quarundam, insectorum, plantarum, instrumentorum describendos Schematismos, calamus conuertamus.

C A P V T I.

Meleagridis, & Anseris Hierogrammatismus:

QVid propriè Meleagris sit, varij variè exposuerunt; alij Meleagris quid.
Pauonem dixerunt; nonnulli Gallum Indicum; alij Pharaonicam Gallinā; alij Stymphalides aues; Penelopes alij dixerunt. Certè quid Meleagris propriè sit, figura hieroglyphica huius auis, inter hieroglyphica frequentissima, satis ostendit: Est enim nihil aliud, quam volucris illa, quam vulgò gallinam Pharaonis appellant; cuius totum corpus coloris cerulei innumeris, ijsq; nigris conspersum maculis veluti quibusdam figuræ elegantissimæ & pulcherrimæ componitur, capite osleo, nescio quid triangulare mentiente, dorso in gibbum aliquantulum protuberante, collo longiusculo, & cauda exili; cuiusmodi hic Romæ in viridarijs Principum spectantur, & non infrequenter in tabula Bembina, ut suo tempore videbitur. Has Isidi sacras testatur Pausanias in Phocicis. Nam Isidi Tithoreæ binæ quotannis nundinæ celerabantur, Vere nempe, & Autumno; tertio verò ante vtrasque die, quibus eius penetralia introire fas erat, incolæ Tithorenses se arcano quodam ritu lustrabant, & eorum quæ proiecta erant superioribus nundinis extorum reliquias, in eundem semper locum deportatas defodiebant, atq; iste eis solennis diei ritus erat; postero verò die institores tabernas sibi ex arundine & fortuita quapiam materia erigebant; tertio postremùm die, qui ad eas nundinas venerant, supellestilem, & quoduis pecudum genus, vestem quoque, & argentum vendebant; pomeridianis verò horis ad sacra animum adjiebant, lautioresque, hoc est, ditiores, boues & capras, quorum tenuior res familiaris esset, Anseres & Meleagrides aues Dex immolabant. Dicuntur Meleagrides, ob Meleagrum interfectum, ad cuius sepulchrum, sorores eius plangebant; aiuntque Dianam eas in Meleagrides conuertisse; de quibus vide Mythologos, & Quid. I. 8. met. Atque hæc quidem Græcorum de Meleagridis aibus sententia est; Ægyptij verò multò aliâ ratione de Meleagridide Gallina philosophabantur. Cùm enim viderent, totum huius volucris corpus ineffabili quâdam symmetriâ constitutum, stellulisque toto corpore veluti in firmamento quodam distributis concinnatum; in eam venêre opinione, Animam Mundi, quam ipsi Pantamorphum naturæ Genium appellabant, in huius sibi volucris corpore, sedem constituisse, perque idipsum hominibus sagacibus auem se aperire circa eas res, quas tantâ maiestate, ordine, dispositione, & varietate fulgere intuerentur, putabât. Hinc Pantamorphæ naturæ Genio, seu fundo paterno hanc auem veluti aptissimum symbolum attribuebant. Triquetrum caput habet, ad indicandum tres triades, quibus fundum paternum constituebatur; corpus ceruleum habet gibbosum, seu in formam arcus effectum, quo firmamenti arcuatam & ceruleam superficiem notabant, non secùs ac huius volucris corpus ceruleum, innumeris stellis exornatam. In Tabula Bembina capiti Pantamorphæ naturæ imponitur, cuius significatio

Pausanias.
Meleagris Isi-
di sacra.

Meleagrides
vnde dictæ.

Ouidius.

Meleagrides
ex Ægyptio-
rum senten-
tia quales.

Meleagridis
caput trique-
trum.

Abenephium.

suo tempore exponetur. Sæpe quoque contracto collo veluti dormire videtur. Sed audiamus Abenephium :

الرجاجة فرعون هي علامه الفلكي الفلوكى

Gallina Pharaun illud est signum firmamenti siue stellarum fixarum. Vti enim firmamentum varijs stellis ornatum est, sic Gallina Pharaonis maculis veluti stellulis quibusdam variegata est ; vnde Ægyptij per eam rectè firmamentum, & præsidem eius significabant. Atque hæc de Meleagride siue Gallina Pharaonis sufficient.

*Anseris hie- rogrammati- mus.**Lucianus.*
*Anseris figu- ra nauium puppes orna- bantur.**Herodotus.*
Pausanias.

Anseris figura subinde quoque inter hieroglyphica conspicitur ; quibus quidem Ægyptij nihil aliud indicabant, quam Gubernatorem cautum & vigilem ; est enim Anser animal vigil, & ad minimos strepitus vocem tollendo gratitat, ad natandum apprimè à natura instructum ; hinc Chœniscos appellabant illam nauis partem, quam puppim vocant, Anseris effigie ornatam, teste Bayfio. Fuisse autem inauratam effigiem Anserinam, Lucianus in Dialogo, qui πάνη ή δέκα inscribitur, testatur ; Ως δέ ή τρύπην μηδ' επιτείνεσθαι ή γέμα καμπάλη χειρού χρίσιον δημιεύματος. Ut ipsa verò puppis sensim insurgit inflexa, aureo anserculo ornata. Erat enim boni ominis nauis Anser in nauigationis negotio, & quemadmodum Anser facile natando ad littus peruenit, ita & nauim felici progressu portum, quem peteret, obtenturam felici huius auspicio credebant. Hinc Anseres Isidi immolatas testantur Aristides, Herodotus, & Pausanias. Petrus Marsus apud Herodotum inquit, Inueni Ægyptios Sacerdotes olim solitos bubulinis & anserinis carnibus vesci, a quibus Isis colitur, quam quidem Lunam esse volunt, cui insunt Lunaria fronti cornua. Anser enim eius temporis, quod est Lunæ proprium, id est, noctis silentium turbat. & paucis interiectis verbis, Sanè, inquit, Io Inachi Archiuorum Regis filia, a quo fluvius nomen accepit, a Phœnicibus rapta est, ut Herodoto placet, atq; in Ægyptum deducti ; post mortem verò Isis est appellata, atque Ægypti Genius, teste Seruio, est habita ; vbi eius simulachrum filtrum manu tenens dextrâ, sinistrâ situlam bubulis præditam cornibus fuit ; hæc in Busiri templum habuit, vbi ei rem diuinam aqua & igni Sacerdotes faciebant, in monumentum nauigationis, quā Io in Aegyptum delata est ; quam ob causam factum est, ut Anser Isidi consecraretur, quæ aquis gaudere consuevit ; sicuti Isis Nilo, cuius Genius est & Gubernatrix. Verùm cùm de Anseris hieroglyphico suo loco fusiūs dicturi simus, hoc loco dicta de Ausere sufficient. Restabat de piscis hierogrammate dicendum ; verùm cùm proprijs locis & occasionibus hoc argumentum fusè tractauerimus, hic ei diutiùs immorari noluimus. Vide Obeliscum Pamphil. fol. 526. & in sequentibus, Obeliscos.

C A P V T II.

De Herbis & Plantis hieroglyphicis.

Agyptij mortalium curiosissimi, quemadmodum diuersos numeros diuersis Dijs, vt in Arithmeticis docuimus, dicare consueuerunt, ita mirâ quâdam ratione numeros huiusmodi mysticos rebus naturalibus ad prodigiose effectus producendos applicabant; quod in vegetabilium argumento maximè patuit. Unitatem siquidem supremo Numini & causæ causarum, ex quo, vti ex perenni quodam fonte, omnia profluunt, dicabant; Palladi dyadem; Mineruæ triadem; tetradem Apollini; pentadem Isi; hectadem Osiri; heptadem Mercurio; octadem Ammoni; & sic de cœteris numeris totidem Dijs dicatis idem iudicium esto. Post hæc herbarum folia quem numerum obtinerent, inquirebant; & quæ herba numerum aliquem certo Numini dedicatum folijs adæquaret, illam eidem quoque consecrabant, tanquam ad œconomiam dicti Numinis pertinentem. Flores denique secundùm numerum foliorum, quibus ornabantur, vñà cum figura & colore examinabant; & si quem florem Numini alicui quoad numerum, figuram, colorem correspondentem nacti essent, illum eidem Numini tanquam maximè appropriatum consecrabant; hoc eidem sacrificia peragebant, tanquam ad sollicitandum Numen efficacissimo; quos tandem longâ experientiâ docti tanquam ad dictorum Numinum catenas pertinentes, sacro hieroglyphicorum albo adnumerabant. Simili ratione numerum internodiorum in thyrsis plantarum, thyrsorumque figuram, num rotundus, num trigonus, aut tetragonus esset, ritè disquirebant; quibus quidem cœremonijs iuxta analogiam dictarum rerum adhibitis, mirandos tūm in Medicina, tūm in somnijs per diuinationem, effectus se exhibere posse credebant. Siquidem de cura alicuius morbi consultaturi, ante quam lecto se committerent, complures huiusmodi plantarum florumque characterismos ante se ponebant, Numinia sollicitantes, vt quæ ex dictis herbis ad morbi medelam conducederent, per somnia monstrarent; & quæ in somnio occurisset, illam ad curam morbi diuinitùs demonstratam arbitrabantur. Non secùs in alijs consultationibus procedebant, de quibus vide quæ ex varijs Authoribus in Magia, & Theologia hieroglyphica adduximus.

Numeros
Dijs suis dicta-
bant Agyptij

Folia & flores
numeros
Dijs congru-
entes haben-
tes, dicabant
ijsdem Agyptij.

Plantarum &
Herbaru m.
vires per
somnia inqui-
rebant Agyptij.


Præterea summè quoque characterismos singularum plantarum, cui nam is videlicet humani corporis membris responderet, idque melius exprimeret, vti in Medicina hieroglyphica fusè tradidimus, obseruabant. Hanc enim eidem membro maximè consentaneam esse existimabant, quæ figura sua extrinseca, & analogâ quâdam signaturâ id expressisset. Verum ut huius aliquid tibi specimen præbeamus, hic nonnulla herbarum schemata apponere voluimus, vt mens Agyptiorum luculentius in Botanica doctrina innotesceret. Si quam itaque herbam cordi quoad figuram similem deprehendissent, eam cordis affectionibus mederi certò certius sibi persuadebant; siquidem occulta sua signatura Numen illud quod cordi

præcesset, aduocari credebant. Cuiusmodi erant Antoræ radices, vti ex præsenti figura patet. Iterum herba quæ figurâ suâ pulmones exprimeret, illam eandem remedium maximè appropriatum ad pulmonis morbos propulsandos esse arbitrabantur, cuiusmodi erat à pulmonibus dicta Pulmonaria, vt sequitur.

Antoræ radices Cardiacæ sunt, quia Cor exprimunt.



Herba Pulmonaria quia pulmonem exprimit, pulmonibus confert.



Hoc pacto dentibus, oculis, vesicæ mederi dicebantur sequentes herbæ : Dentaria, Anthemis, Colutea, seu Staphyloidendrum Ægyptium , quia radicibus, floribus, folliculis, dentes , oculos , & vesicam exprimebant . Geneticis verò membris omnes orchidum species mederi credebant, quia membra genitalia radicibus suis referebant, vti sequens Cynosorchis docet. Hoc pacto Hermodactylum, quia radice suâ manus exprimit, vti figura docet, articulibus morbis, siue chiragræ prodesse dicebant . Profluvio capillorum siue Alopeciæ medebantur Adianto seu Polytricho, quia capillos exprimebat, vti ex figura sequenti patet. Si quem verò Scorpius momordisset, eum radice Scorpionis, quam herbam nos Doronicum seu Aconitum pardalianches vocamus, curabant, quia radix huius herbæ figurâ suâ perfectam Scorpionis figuram & similitudinem exprimit, vt figura

ra

ra apposita luculenter docet. Non secūs de alijs plantarum signaturis & characterismis ratiocinabantur. Verūm cūm hæc omnia vberrimè in Medicina hieroglyphica tradidcrimus, hīc longiores esse nolumus; sed ad Plantarum Aegyptiorum, quarum in hieroglyphicis, & sacrificijs ingens usus erat, descriptionem calatum admouemus.

Dentaria den-
tibus, quos re-
fert, prodest.




Anthemis herba ocu-
los, quibus medetur,
floribus refert.



Colutea vesicæ, quam
refert, prodest.



Adiantum seu $\pi\alpha\lambda\pi\chi\sigma$,
quos refert,




profluui capillorum,
medetur.


Cynosorchis generatio-
ni confert, quia eius or-
gana exprimit.



Palma Christi, si-
ue Hermodactylus, articularibus
morbis prodest.



Aconitum pardelian-
ches Scorpionis mor-
sui, quem radice re-
fert, prodest.



De herbarum
& plantarum
viribus libri
conscripti ab
Ægyptijs.

De viribus herbarum, plantarumque Ægyptios Veteres plurimos conscriptos habuisse libros, cum Synopsis Codicum in primo Supplemen- ti capite producta, cum Author Scalæ magnæ satis demonstrat, qui in de- nominationibus maioris momenti passim allegat Codices, siue Exemplaria antiqua his verbis :

¶ *

وَهُنَّ فِي ذَلِكَ عَظِيمٌ

Libri Ægyptij
de herbis &
plantis.

Hoc autem vide in Exemplari antiquo. Quin & Chironis Ægyptij, quem alij Asclepium appellant, vetustissimus de herbarum viribus Co- dex, quem in suo de plantarum proprietatibus libello passim allegat Apuleius, id satis demonstrat ; siquidem denominations plantarum om- nes Ægyptiacas siue Coptas esse, non aliâ probatione indiget, nisi mutuâ singularum ad inuicem factâ collatione. Hisce alias Arabicus Codex Va- ticanus subscribit, quem olim videre lieuit beneficio Clarissimi Viri Do- mini Rainaldi I. V. D. & Bibliothecæ Custodis, in quo, cum de occultis plantarum proprietatibus tractat, denominations Ægyptiacas earum adducit ita similes ijs, quæ adducuntur ab Apuleio, ut ex eodem Chironis fonte vtriusque doctrinam Codicis haustam clare pateat. Ve- rum

rūm nē Rēpublicam literariam hac nouā supellec̄tilis accessione defraudemus, hīc earundem genuinam significationem subiungendam duximus.

Certè Aegyptios ex plantarum œconomia magnam hieroglyphicorum supellec̄tilem concessisse, ex Obeliscis, tabulis, statuis sat superque demonstratur; quæ, quantum fieri potest, hoc loco exponenda du-ximus, nē in actuali hieroglyphicorum interpretatione Lectori confusio-nem potius, quam claritatem adferant. Et de vegetabilium hieroglyphicis, ferula, iunco, papyro, eorumque thyrsis, ramis, baculis; item de loto, persea, scirpis; item de baculis, coronis, & alijs ex ijs fieri solitis, cùm amplissimè in Obelisco tractauerimus, ijs omissis, ad alias plantas hie-rolyphicas ibidem omissas, describendas calamum conuertamus. Sed ad Rhombum.

§ I. **اَكَاكِس** *planta Aegyptia est, quam Arabes سنت Sant appellant;*
in Aegypti locis à mari remotis nascitur, crescuntque huiusmodi arbores
ad mori magnitudinem, ramosque sursum latius expandunt. Caudex
magnitudinis pruni, corticem habet nigrum, asperum, acutissimisque spi-
nis munitum; folia habet longiuscula, minutissimè incisa; flores paruos,
at aureos producit, globulis lanuginosis præstantissimi odoris, platani glo-
bulis, si colorem demas, simillimos; semen siliquis, minoribus tamen
charubijs, inclusum gestat. Hanc herbam Aegyptijs sacram fuisse, & in-
ter hieroglyphica receptam constat, eò quod occulto quodam naturæ lu-
su Solem appetat; surgente siquidem Sole, non secus ac lotus & helio-
tropium, folia sua pandere soler, ad occasum verò ita ea arctè claudere, vt
spinis quam folijs verisimiliores sint; flos præterea lanuginoso capite suo
radiosum Solis fulgorem proximè mentitur, vti in horto nostro domesti-
co, vbi hæ arbores optimè proueniunt, obseruare summâ admiratione
licuit; vnde Aegyptij inter Solares herbas annumeratam in sacrificijs,
Solaribus Numinibus exhibitis, summâ diligentia usurparunt, vt suo loco
dicitur; siquidem Numina solaria huiusmodi herbis fidei suæ commissis,
vti summopere delectantur, ita eadem illis ritu legitimo adhibitis efficaci-
ter ob occultam naturæ similitudinem & analogiam, trahi existimabant.
Vide quæ de hac planta vberius egimus in tabula Bembina.

Herba & pli-
te Aegyptia.
ca varie.

§ II. **اَنْتَرْجَلْ** *planta Aegyptia est, quam nos eandem esse dici-* Centauria.
mus cum ea, quam Arabes & Syri قنطور جوس Græci quoque κενταύριον dicunt.
Estque herba, quam vulgo nos Centauream minorem vocamus, de qua
vide Matthiolum, Fuchsium, ceterosque Botanicos. Serapion Medi-
cus Arabs his verbis eam describit:

Serapion
Arabs.

قسطور جون هي حشيشة جشبعة هيوفاريفيون وهو الفودخ الجبلى قسطور جون
Centaureum herba est similis Hypericoni, et est certa quedam Menthæ montana.
Cui Aben Sina subscribit iisdem penè verbis. Vaticanus Codex ita Aben Sina
habet:

قسطور جون هي حشيشة ولها شاق طوله اكثير من شبر وزهر أحمر الى اسود
 الفرفير

الغر فير فيرج شبيه بزهر النبات الذي يقال له للمس يسموها المصريون
أذطيمون

*Centaurea herba crus habet, cuius longitudo maior palmo, et flos rubescens in-
far purpuræ, et in flore similis appetet ei flori, qui appellatur Lachemdas;
vocant eam Aegyptij Antims. Prophetas vero seu Hierophantas Aegy-
ptios εἶπαν ἀγριλῆς, hoc est, sanguinem Herculis appellasse, auctor est Chi-
ron apud Apuleium citato libello c. 75.*

Apuleius.

Plantago;

Seraphion
Arabs.

Satyrion.

Apuleius.

Aben Sina.

§ III. οὐδεὶς planta est, quam teste Apuleio, Prophetæ Copti voce
υρπάνη γεῖαν, id est, Gloriam Cœli appellabant; nos eandem esse dicimus,
quam Arabes لسان الحمل lingua agni seu arietis, Græci ἀρόγλωσσον πολύπλευτον,
Latini plantaginem multineruiam appellant. Cui rei astipulantur Arabes
citati Aegyptiorum Interpretates fidissimi. Serapion.

لسان الحمل هي جسمي كثير الأضلام وهو سبعه اضلاع وورقا الكبير
وجوهرة مركب من ماءيه وارضيه وجسمه معد الماء

*Lingua agni vocatur multarum costarum πολύπλευτον, habet enim septem latera
seu costas, et folio magno constat; natura composite est ex aquo et terreo, et
vocatur Gloria Cœli. Codex Vaticanus eam vocat آسوت Asuth eodem nomi-
ne, quo supra Apuleius Aegyptios eam nominasse afferit; hanc eandem
vocem refert Interpres Auicennæ Hebræus, quem habeo manufri-
ptum.*

אשיות שם העשב בלאו פלנטנוֹ:

*Asuth nomen herbe, Latinis Plantago. Vocatur autem ab Aegyptijs glo-
ria Cœli, quia septem nervos habet veluti septem planetarum radios
quosdam in se deriuatos, omnem planetarum vim obtinens; magnique
in medicis rebus usus erat, nec non in sacris, quæ septem Mundi Genijs
peragere solebant. Videbis hanc herbam passim in Obeliscis, ceterisque
monumentis hieroglyphicis, uti suo loco exponemus.*

§ IV. σεκηνη & teste Apuleio, idem est ac Satyrion herba, eius ge-
neris, quam Arabes حمي الكلب، Græci κυνὸς ὄχιδα, hoc est, Testicu-
lum Canis, à bulbo vocant: Panion, teste Apuleio, vocatur ab Hierophan-
tis, eo quod vel manu tentum vehementer ad salaciam & libidinem ex-
citet, unde non male quoque Satyrion à Satyris salacibus, & Panion à
Pane, fœcunditatis Genio, etymon suum traxit. Vaticanus Codex:

حمي الكلب يسموها حكما مصر فنيون لا لها تهيج الباء

*Testiculus Canis herba est, quam Aegyptij Sapientes vocant Panium, quia potenter
excitat ad coitum. Cui Aben Sina suffragatur.*

حمي الكلب تهيج الباء هي لا يسكن الا بحصو مرق للحس والعدس

*Testiculus Canis herba ita coitum excitat, ut non sedetur, nisi iuscule à Testiculis et
lentibus assumpto. Vocatur autem ab Aegyptijs σεκηνη à Luna, eo quod si-
cuti Luna influxu humoris sui fœcundi rerum sublunarium vegetabi-
liumque causa est, ita & inter plantas σεκηن humorem genitalem censea-
tur mouere. Hanc herbam pariter inter hieroglyphica reperio Hircino
capiti*

capiti adiunctam; Mendesiorum Deo dicatam; quo aptè significabant, non aliam herbam meliori iure dicari Panis hircino, seu Deo fœcunditatis, quàm eam herbam, quæ & fœcunditatem præstat, & potenter geneticam vim in corporibus excitat. Hinc nihil eâ herbâ sacratiùs, nihil salubriùs habebatur, uti suo loco interpretabimur.

§ V. ορτεδιοκη & vel, vt corruptè Apuleius, Ophitebioca, idem est, ac Pentaphyllum in lingua Aegyptia, quam & Hierophantæ nunc πέντεψήρ, id est alam Ibidis, nunc Εγύπτιος ποταλίω, id est, herbam Mercurij vocant. Erat huius herbæ usus maximus in sacris Mercurij, quam Hermannibim vocabant, id est, Ibin Hermeticam. Cùm enim Ibis ales esset, ob rerum maximarum inuentionem Mercurio dicata, in quam se transformatum humano generi varia reuelabat tūm ad literas, tūm ad Medicinam spectantia, vti in Alphabeto mystico docuimus; rectè eidem hanc consecrabant. Cur verò πέντεψήρ, alam Ibidis dicerent, hanc causam do, quia Mercurius Numen αἰτία τεχνῶν Typhonis est, quem per Crocodilum signabant, quemque Ibidis ala siderabat. Hanc herbam in sacris usurpatam volunt, quòdsicut Ibidis ala, teste Horo, Crocodilum siderat, & immotum reddit, ita omnem malignam, noxiam, & exitialem vim Typhonis virtute & assistentiâ propulsabat, & inefficacem reddebat Hermanibis. Sed de hisce passim toto hoc Opere.

§ VI. καμαινεκτφη nomen herbæ, quam corruptè Nemestosphē, Canæphytys, Apuleius vocat, alij Nephē, in Aegyptiaca lingua appellatur Pulchritudo, seu decor Cæli; Hieromantæ eam, teste Apuleio, vocabant ἄμα φαθεῖσα, Sanguinem Mineruæ; nihilque aliud est, quàm nostra Camæphytys. Author Vaticanus.

كمافيطوس فهو قصبان و زهر حمر الى الاسود و خضر دقيق و زهرة الطعام مع
قيض جنبيز و حرارفة نون المراة وورقة عنبية جدب الى الارض نعم جون ذصفا
Camæphytys thyrſi flores rubei declinantes ad nigrum & subuirides, flosque
amaris saporis cum stipititate pauca, eiusque acumen saporis est sub amari, & eius
folia herbida, subtilia, repentina super terram, Aegyptijs dicitur Nespha. Cui
consentit Hebræus quoque Aben Sinæ Interpres;

במאפייטום הוא ענפים יציז אדום נוטה אל הטעורה
או אל ירקות רקים וציאו מר והטבעתו חם בשנית ויבש
בשלישית:

Camæphytys rami & flores rubri, declinantes ad nigredinem, & flos eius amarus,
natura quoque calida est in secundo, & sicca in tertio. Huius herbæ usus erat
in sacris Mineruæ siue Isidis Saiticæ, ob occultas naturæ proprietates,
quas dictam herbam cum hac Deastra habere putabant.

§ VII. ονεκεν interpretamur ex Aegyptiaco Bonum, nihilque aliud est, quàm herba Artemisia, quam à bonitate ita vocant; Hierophantæ, teste Apuleio cap. 10. eam vocabant, nunc Bubasteoscordium ορτεδιοκαπασανη id est, Cor Bubasti, nunc ονεκεν, erat autem Bubastus Urbs Aegypti, in qua Diana & Canum cultus mirifice florebat, cui ideo non inconuenienter respondet Græcorum άρτεμισια, id est, Diana:

*Antonius
Musa.*

*Apuleius:
Aben Sina.*

sue igitur à Canibus, qui hanc herbam amant, & sibi ex ea medicinas, teste Antonio Musa, contra naturales morbos parant, siue à Diana sit primùm inuenta virtus huius herbæ, nihil interest; sufficit nobis demonstrare **απέκεντρον καρπαλην** Aegyptiorum, & Artemisiam Græcorum prorsus eandem herbam esse. Hierophantæ hanc herbam quoque **μαργαρίταν**, id est, *Sanguinem Saturni* vocabant. ita Apuleius loco citato; & confirmat id Aben Sina, qui eam Saturninæ naturæ, & contra lassitudinem mirificā vim obtinere asserit. Hæc herba Arabibus dicitur **المربيطة**. Coptè quoque **سپتها** & magno in sacris Isidis Bubasticæ in precio sicut habita; hac enim Isin, dum ad corpus Osiridis inquirendum Aegyptum peruagaretur, contra lassitudinem usam, testatur Philadœmon l. de fuga Isidis; de quo & alibi in hoc Opere actum est.

§ VIII. **سپتها** Sapta, hanc vocem ex Copto interpretor, contra *Hyoscyamus*. Deum, dicoque esse herbam, quam Græci & Latini Hyoscyatum vocant, Zoroaster, teste Apuleio, Τυφωνιον, eò quod Typhoniacæ naturæ sit, id est, ad insaniam excitans, & maximè diuinam in homine particulam, intellectricem videlicet facultatem sumpta corrumpens; unde ad Typhonem placandum in sacris Aegyptiorum maximus huius herbæ usus fuit; hac enim in sacris adytorum ritibus ter Crocodilum flagellare solebant, & concepta verborum forma malignam Typhonis vim profligare, vti Author est Serapion Nicæus. Arabibus dicitur **النرجس**, Coptitis **دکنه**.

§ IX. **ساففه** corruptè apud Apuleium c. 19. *Sophoræ*, eadem herba est, quam Arabes **زراند**, Latini, Græcique **άριστολοχία** appellant. Codex Vaticanus.

زراند حشيشة مصريون صحف طولها ذكرى من شبر ولون زهرة فرفيري
منتن الريح

Zarund herba Aegyptijs Saphseph, longitudo eius palmus, **عن** color floris purpureus, gravis odoris. Aben Sina vero:

زراند حل ملطف مفتح مرفق جناب يخزب الشوك
Zarund virtutis est abst. rgentis, aperientis, attenuantis, **عن** attrahentis, trahit enim spinas **عن** suculis. Hebræus Interpres Aben Sinæ ita dicit:
זראנט ביזנטית אריסטולוניא במצרים ספס עליון לעליון,
הצמח שנקרא הביום והוא מין הלבלב:

Zarund, Græcè Aristolochia, Aegyptiacè Saphseph, florem alit similem flori, qui dicitur Habium, (sorte Apium putat) **عن** est species Lablib. Prophetas Aegyptios eam Ligeam appellasse, Author est citatus Apuleius.

Chamaelea. § X. **ساقوس** in Aegyptiaca lingua denotat eam herbam, quam nos Chamaeleam aut Mezerium vocamus; ita Codex Vaticanus:

المزجين أسود فهي حماليون مصريون سامور
Metzerin nigrum herba est eadem cum Chamaelea, Aegyptijs dicitur Samur. Hebræus etiam cum Marrubio confundit:

במאלין הוא מין מהרוין והוא שחור :

Ch. 2.

Chamæleon ex genere Marrubij, & est nigro colore herba. De hac, & præcedente herba, nullum inter hieroglyphica vestigium reperi.

§ XI. *ελεύθερον* Aegyptijs idem est ac herba Dracontæa; ita *Dracontæa*. Apuleius cap. 14. *A Græcis, inquit, dicitur Dracontæa, alijs Asclepias, alijs Pitbonion, alijs Anchomanes, alijs Sancromaton, quibusdam Ancryssa, aliquibus Chereon, nonnullis Sceon: item Dorcadion, Prophetæ Typhonion vocant, alijs Crocodilion, alijs Ostanes: Zoroaster Theriophonon, Aegyptij Eminion; Draconis sanguine fertur nata.* Dicitur autem Pythonion, eò quòd ex Pythonis serpentis sanguine nata feratur; Typhonion, quòd Typhonis, hoc est, igneæ naturæ sit; Crocodilion, quia amica Crocodilis; Θηρόπον, quia causticâ quâdam vi occidit animalia eam sumentia. Sunt qui hanc Dracontæam cum Culcasia confundant; perperam; siquidem Culcasia, quam & natuam Brassicam appellant, gratissimum sese præbet Aegyptijs edulium. Dracontæa autem, siue *ελεύθερον* idem ijs videtur esse, quod nobis Arum; quam herbam è genere Dracontææ esse Mathiolus docet & Clusius, quæ & mordacitate quâdam igneâ seu causticâ vi maximè pollet; ita ut in insaniam eam sumentes ferè redigat, vnde & nomen Aegyptiacum videtur traxisse, quasi mente moueat: etsi quidam Arum quoque cum Colocasia confundant. Dicimus itaque Eminion, neque Colcasiam, neque Arum, esse, sed Dracontæam maiorem, quæ & thyrso pellem maculatam, & flore, folijsque linguam serpentum refert, & eo ipso tempore è terra pullulat, quo serpentes; & eodem, quo serpentes, conditur. Aegyptiorum traditio est, sanguine ex vulnere ab Horo Typhoni inficto, teste Apollo-doro, natam esse; vnde non sine ratione Pythonion, Dracontæa, Typhonion dicitur; vsus eius erat in sacris, quibus Typhonem placare contendebant.

§ XII. *πεμπτελεφτής* id est, *Donum Dei*; ita vocant Aegyptij Verbenacam, herbam satis notam, & Magicâ quâdam vi præditam, corruptè ab Apuleio *Pemsempte* dictâ. Prophetas eam Iunonis lachrymam vocat Chiron Author est apud Apuleium: Græcè inquit, ἵεστι βοτάνη, alijs θειατέρεων ὄξον, alijs διόδατη, alijs πεντεγράνη, alijs παιχνωμον, alijs Colletis: Demetrius & Aesculapius Cyparisson, Pythagoras Erisceptron, alijs Aristeron, Aegyptij Pemsempte, Prophetæ ἱερος δάκειον. Dicitur etiam πεμπτέμφεται *Donum Dei*, & ἵεστι βοτάνη, ab vsu, quia ea in sacrificijs vtuntur Aegyptij; θειατέρεων, eò quòd Columbis sit amica & sympathica; παιχνωμον, quòd vsus eius omnibus conueniat; Erisceptrum, vel melius, Τῆς ἐφτάρης συνπέρειν; *Sceptrum amoris*, quòd in philtoris vsus eius adhiberetur; Lachrymæ Iunonis denique à Mythologis nomen inuenit.

§ XIII. *αντοντερπεζεβον* Apuleius corruptè Antuermbesus, id est, *Lingua Bouis*, siue Græcè βέγλων; hanc cum Hierophantis Chiron appellat γόνον τε αἰλάχη, *Semen Felis*; Arabes لسان الثور *Linguam Bouis*; eius vires vide apud Apuleium c. 41. De hac herba cùm nihil inter hieroglyphica repererim, de ea quoque amplius dicere superuacaneum esse ratus sum.

*Mathiolus:**Verbenaca:**Apuleius.**Buglossa.*

Marrubium.

§ XIV. Ἀστερόπη & Aegyptiacè, idem est ac *Oculus Sideris*; eamque herbam dicimus, quam Latini Marrubium, περσιον̄ Græci, Hierophantæ nunc ἄμμα τῆς Ταύρου, *Sanguinem Tauri*, nunc γόρον τῆς Ω̄λεων̄ id est, *Semen Hori*, appellant. ita Author Vaticanus.

فراسيون حشيشة مرء الطعم لمصريون استرب جاره في القاذفيا ياجش في الشلة ف
Phrasium herba amari saporis, Aegyptijs Asterop, calida in secundo, sicca in tertio gradu. Cui adstipulatur Hebræus Aben Sina Interpres.

פרק אסיזן הוא עשב בלווען מרוביום מריה מטעם מפרחה ומפרק ומתריך וממס ומחתרך:

Id est, *Phrasium herba* est *Marrubium lingua extera, amari saporis, aperit, abstergit, liquefacit, resoluit, وع incidit*. Dicitur *Oculus Sideris*, id est, *Solis*, eò quod in sacris *Hori magnus* eius herbae vsus. Vnde & *Mystæ* eam vocabant γόρον τῆς Ω̄λεων̄, *Semen Hori*, quem nos Solem interpretamur alibi. Vtibantur hâc herbâ Sacerdotes in sacrificijs *Hori* & *Serapidis*, vti suo loco dicetur; pollet enim multum Horæâ seu Phœbæâ virtute, id est, Solari, maximusque eius in Medicis vsus erat.

Scilla Herba
seu Cæpa
muris.

§ XV. Ἀσκיל & nos eam herbam, quam *Scillam* vulgo vocant, interpretamur: Arabes eam vocant اسقیل Eskil, siue, *Cæpa muris*, Hieromanthæ Aegyptij Τυφωνία μέρη τούφωνος, id est, *Oculum Typhonis* appellant. ita Apul. c. 42. & Hali eam *Scillam* quoque putat.

اسقیل هو جصل الفارسي بذلكى لذته يقتل الفار وهو دريف قوي فقار قوم
لذته العذاب لمصريون سليمان

Eskil est cæpa muris, ita dicta, quod mures interficiat, وع est acuta vehementer, وع voluerunt aliqui eam esse Scillam, Aegyptijs dicitur Slitha. Vocatur autem Typhonia herba, ob summam nocendi vim, & facultatem prorsus igneam, cuiusmodi Typhonem fuisse Plutarchus docet, lib. de Osir. & Iside. Ideo Aegyptijs non malè hanc Typhonis oculum, cum à colore igneo subfluescente, tûm à figura & qualitate adustiuia, appellarunt. Nam vt recte Aben Sina ait:

اسقیل لذته اصفر الى البهاض ومنه خنزى سمى قتل وطن بغضهم لذته
البلبوس من اجل علامه الذي وجد لها

Eskil coloris flavi subalbescentis, وع ex ea genus quoddam veneni prorsus lethiferi, وع putauerunt aliqui, quod sit ipse bulbus Napelli, propter signum quod inuenierunt in eo. Interpres Hebræus dicta confirmat:

אשקל והוא בצל עבר חם בשלישית יבש בשנית ימתיך ומרקיק מאור:

Askil cæpa muris, calida in tertio gradu est, وع sicca in secundo, estque resolutius, وع attrahens sanguinis, adustiuia, ulceratiua, subtiliatiua, وع incisua, cum virtute ultra virtutem suæ calefactionis. Quos omnes effectus Typhonios esse, quis non videt? Hanc herbam Aegyptijs Sacerdotes, teste Plutarcho, tanquam Typhonium quid & prorsus exitiale, summopere detestabantur, tûm ob virulentiam huius plantæ, tûm ob contrarietatem, quam cum Luna

Luna habet: crescente siquidem Luna, decrescit, & decrescente Luna crescit. Quæ itaque de cæpis narrat Plutarchus abominationi habitis apud Aegyptios, id nequaquam de cæpis ordinarijs, quo edulio nil in Aegypto tritiūs, sed de cæpa scillitica intelligendum esse scias; quam & non sine causa oculum Typhonis appellabant.

Cæpas quas
abhorrebant
Aegyptij.

§ XVI. ~~ctæmēt~~ * idem est ac Nasturtium nostrum, de qua herba *Nasturium*: vide Apuleium cap. 20. & Aben Sina, voce حرف aliosque Latinos Botanicos.

§ XVII. ~~ταξιδοπίν~~ * vox Aegyptia est, significans eam herbam, Chamæmillæ quam Arabes جابوذج Babungs, Latini Chamæmillam, Græc. παρθένον ἀργυρόλαβον, χρυσόκαλον vocant, cuius virtutes & proprietates vide apud Aben Sina voce citata, & Chironem apud Apuleium.

§ XVIII. ~~ctæsæph~~ * *Cura Dei*, corruptè Apuleio Thephin vel *sanguinaria herba*. Themphin, eam herbam esse dicimus, quam Arabes *Bafelraghi*, Græci τολύχον, πολύκαρπον, χυλόφυλλον, Myſtæ γόνον τε νεφροῦ, semen Herois vocant, Latini denique Sanguinariam, Proserpinacam, à serpendo per terram ita dictam; quidam etiam Miserdiuinum vocant, de quibus vide Botanicos, voce Polygonon.

§ XIX. ~~πλάνη~~ * vel vt Hierophantæ eam nominant, ~~κεφ~~ * Cyclaminus teste Chirone apud Apuleium, est idem ac Cyclaminus, de quibus suo tempore copiosior dabitur dicendi locus.

§ XX. ~~εψωτι~~ * corruptè Apuleio *Etui*, interpretamur capillum Veneris, siue πολυχον, quam & Græci αὔρην, Arabes بارشان Bar-schian vocant: nascitur in locis humidis, & fontium parietibus familiaris est.

Capillus
Veneris.

§ XXI. ~~ποντίν~~ * vel ~~πλήρης τεπηρι~~ * herba est, quæ *Prolem Solis*, interpretamur, estque Heliotropium, teste Chirone apud Apuleium, qui & id ήλιοτρόπιον, quod ad Solem se continuo vertat, appellat; alij ήλιοερ, id est, *Caudam Solis*, eo quod vt animal Caudam, ita Sol hanc herbam sequi faciat. Vocatur & Sideritis, quod sicut magnes ferrum, ita Sol hanc herbam trahat. Aegyptiæ hanc herbam in summo honore & æstimatione habebant, cum absolutissimam flore suo Solis imaginem exhiberet. Hanc inter hieroglyphica optimo sanè iure Accipitri appictam reperio; est enim Accipiter Sol: herbæ vero flos Solis exhibet sponsam, quæ Solis amore rapta eum motu sollicitudinis pleno sequitur, tantâ constantiâ, vt in mensuræ temporis hieroglyphicum ideo eum assumperint Aegyptiæ.

Heliotropium

§ XXII. ~~εεπιφ~~ * idem est, ac *Genius Lunæ*, corruptè Apuleio *Emenipse*, estque ea herba, quam *Dictamnum* Latini, ἀρτεμίδιον, videlicet à Diana, quæ Lunæ Genius est, appellant Græci; vocatur & eadem de causa à Theophrasto σύλωογόν, *Sperma Lunæ*.

Dictamnum.

§ XXIII. ~~λοτομετρ~~ * corruptè Apuleio *Lotonietra*, herba est, quam *Nymphæam* Aegyptiam vocamus, Lotusque dicitur, de cuius mira vi vide Theophrastum. Dicitur autem Lotometra, quod Cœli cursum

Theophrastus

Nymphæa,
seu Lotus.

sum, seu Solis suo flore quasi metiatur, eiusdem prorsus virtutis, quā præcedentem plantam præditam docuimus. Arabes vocant نيلوفر Nilufar; et si Nilufar distincta sit à Lotometra; hæc enim præbet edulium suauissimum Ægyptijs, ob vim tamen extinctuam caloris noxia est. Est igitur Nilufar propriè idem cum nostra Nymphæa, quam Algam siue Papauer palustre vulgò vocant, à virtute extinctuam Veneris; quidam etiam clavum Veneris dixeré, vocaturque ab Ægyptijs بيكار.

*Nufar seu
Nilufar herba*

§ XXIV. τράχανα id est, *Vinculum religionis*, eò quòd ab illici tis desiderijs carnis hominem usus huius herbæ vindicet: ita Author Vaticanus.

نيلوفر هو كرنب الماء ويسمى حب العروس وحراس النسك جزو ورطبه في
النهاية شرابة ملطف جداً

Nilufar Caulis aquaticus est, vocatur Granum sponsi, custodia continetia; frigidus humidus in secundo gradu, & potus vehementis extinctionis est. Cui consentit Interpres Aben Sina Hebræus his verbis:

נילופר או ננופר עשב יצמץ במי האגמים ויעיל לחסר
הסרח ויחסר תאורה ומפיה טפת הזרע בסגולת שבוי:

Nilufar seu Nenufar herba est germinans in aquis palustribus, minuit luxuriam, frangit vehementer desiderium coitus, congelat sperma, ecculat quādam proprietate, quæ in ipsa lateat. Quibus consonant verba Dioscoridis. *Nuphar* ἡλιας καὶ μέλισσος σασίων. Φύλλα δὲ ἔχει ὄμοια καθαύει φυκούτερα δὲ τῷ θηρικέστερῳ, πολὺς
χορχός τε ἀδετός, πίνει δὲ τὸ ρύζινον τεῦχον ὀνταργάμπες φέρειται γένετος. ἀτονίας δὲ
εὔρεται αὐτῷ τεῦχος ὀλίγας οὐ μέρες εἰ τὸ ἐργάζεται τόνος. *Nymphæa*, inquit, in paludibus,
stagnantibusque aqua nascitur, folia habet Fabæ siue Loto Ægyptiæ similia, at minora, oblongioraque, plura ab una eademque radice prodeuntia: bibitur contra Veneris insomnia, eadem enim omnino adimit, quin & aliquot continenter diebus epora, instrumenta generationis ita debilitat, ut omni tentagine sublatâ, frigidi ac impotentes reddantur, qui biberint. De hac herba ita loquitur Prosper Alpinus in libro de plantis Ægyptijs c. 34. Hanc, inquit, herbam eandem prorsus cum *Nymphæa*, quam Arabes *Nuphar* appellant, existimo, in toto quidem flumine Nilo Ægyptia loca lambente, nulla alia planta est inuenta, quæ notas Loti præferat, quam *Nymphæa* ipsa, quæ profecto planta similis est, ut de *Loto* affirmat Dioscorides, *Colocasia* seu *Fabæ Aegyptiæ*; floremque fert album (loquor de maiori *Nymphæa*) lilio valde similem, quem his verbis expressit Theophrastus: flos candidus liliis foliorum angustia proximus; verè enim hic maioris *Nymphæa* flos est, qui Sole occidente clauditur, atque sub aqua occultatur, atque oriente supra aquas affurgit, & foras exit, aperiturque; quod non modò in Ægypto, verùm in multis Italiae locis in hac planta obseruatur, maximèque in locis circa Venetiis, lacunosis & palustribus; valles siquidem Morgheræ & Mestri plurimas has plantas ferunt, in quibus quisque, quod à Theophrasto, Dioscoride, atque alijs multis de *Loto* dicitur, planè obseruari potest. Hanc herbam quoque Theophrastus dicit in Euphrate crecere, caulem ipsum & florem vespere mergi usque ad medias noctes, totumque abire in altum, ut nè dimissa quidem manu possit inueniri, verti deinde, paulatimque suberigi, & ad exortum Solis emer-

*Prosper Alpi-
nus.*

emergere extra aquam, ac florem patefacere, atque etiamnum exurgere, ut planè altè ab aqua absit. Quid porrò Ægyptij per hanc herbam hieroglyphicè indigitauerint, fusè in Tabulæ Bembinæ expositione declarabitur, & in Obelisco Pamphilio passim de ea agitur.

§ XXV. ΚΩΣΕΩΝΑΣ & Mentastrum interpretamur, ab Hierophantis dictum *απέγμα τῆς Απόλλωνος*, in sacris Ægyptiorum usus eius perfre-
quens; Arabibus dicitur Naanaa, de quo Aben Sina.

دَعْنَاعُ حَارِ جَادِسٌ فِي النَّافِيَةِ وَفِيَةٌ رَطْوَةٌ فَضْلَلَةٌ فَجَةٌ قَوْةٌ مَسْكَنَةٌ قَادِصَةٌ
جَمْعُ وَادِي اَنْرَكَةٍ ظَافَاتٌ مَنْهُ فِي الْمَبْنِ لَمْ يَتَجَبَنْ
Naanah calida ḥaṣṣa in secundo, ḥaṣṣa in ea humiditas superflua, usque in ea ca-
lefactiva, siptica, prohibens; ḥaṣṣa cùm fructa ipsius in lacte ponuntur, id nunquam in
caseum condensabitur. Vocatur & Semen Solis ab Arabe Ali, voce iam citata.
Lego quoq; Menthā ab Hierophantis αἴρει τὸν Σέρον τῆς Αὔρης appellari.
Vide Apul. c. 94.. Usus Mentastrī ob odoris suavitatem, & phœbæam,
quā pollet, virtutem maximus erat in sacrificijs Osridis Solaris, & Eu-
bulus Ægyptius testatur lib. de odoribus.

§ XXVI. ΚΩΣΕΩΣ & idem est ac Seriphium, siue Absynthium marinum: Ali id describit his verbis:

أَجْسَدِينَتِينْ جَيْدَتْ فِي الْمَصْرِ كَثِيرًا وَجِهَمْوَهَا سَوْهَى وَحَشِيشَةً كَسْبَدَةً لَوْرَقَ الْمَعْبُرِ

Absynthium marinum.

Ali Arabs.

وفيه مرارة وقبض وحرافة
Absynthium germinat multum in Aegypto, & vocatur Sumi, herba similis folio Origani, & in ea amaritudo, & sipticitas, & acuitas summa. Hæc herba pulchre expressa in tabula Bembina in manu Iidis, cui sacra erat, conspicitur; eius mystica significatio erat, quod sicuti Isis Luna temperat siccitatem Solis, aquas vero quibus influit, naturali quâdam acrimoniam radiorum dissoluit, subtiliatque; ita Seriphium, aquis malignâ qualitate imbutis impositum, eas corrigit, & à malignitate vindicat. Sed de hoc vide, quæ copiosius scripsimus in Obel. Pamph. & tabulæ Bembinæ expositione.

§ XXVII. ΣΦΛΟΦΑΙΣ & hæc voce, teste Chitone apud Apuleium, vocant Ægyptij herbam, quam nos vulgo Mercuriale vocamus, solutiū vi præditam; Mystæ αἴρει βασιλæον, id est, *Sanguinem regium* vocant.

§ XXVIII. ΒΑΙΩΝΑΣ & idem est ac Bryonia, Officinis vitis alba, Arabibus فَاسِيرَا Phasira, cuius vires vide apud Botanicos.

Mercurialis herba.

Bryonia.

§ XXIX. ΦΕΠΡΕ & nihil aliud est, quam Scolopendria, quam quidam cum Aspero confundunt, eò quod potu sumpta splenem minuat, spleneticisque proſit. Arabibus اسْقُوْلُوفَنْدَرْ جَوْن

Scolopendria

§ XXX. ΚΥΚΛΑΙΝΑΣ idem, quod Cyclaminus est; ita ex Chitone Apuleius, Græcis κυκλαίνας, Arabibus جَوْيَادَسْ Baians, de quo vide Aben Sina, Serapionem, aliosque Botanicos Arabes.

Cyclaminus.

§ XXXI. ΠΛΗΝΤΖΑΓΩΝ est idem, quod *Omne bonum*, vel ad omnia bonum, estque herba, quam alij Origanum, alij Pulegium appellant. Vide Apuleium c. 93. Antonium Musam, Colium Aurelianum, aliosque veteres Medicos.

Origanum
seu Pulegium
Apuleius.
Anton: Musa

Rufus.

§ XXXII. ~~αστερίως~~ & corruptè Apuleio Stemeeos, dicimus esse fruticem, quem Ruscum vulgò vocant. Græci μυρτίνιον αἰεῖαν, Myrtum sylvestrenz, Arabes حارم, Aegyptij, teste Chirone apud Apuleium, ἄμυντα Τιτανών, Sanguinem Titanum, vel Myrtum Alexandrinam, ماء الكهنة والأسكندرية, vel etiam ἄμυντα Ρηθίου, sanguinem Ibidis, appellant. Hanc herbam in conflietu Deorum ex sanguine Titanum ortam, Author est Eubulus I. de Deorum in Aegypto metamorphosi. Ibidis verò sanguis vocatur, quia hic Crocodilos siderat, qui Titanes seu Typhoniā turbam exprimunt; quam virtutem cum hæc præsens possideat, mirum non est, hanc ab Ibidis sanguine etymologiam natam esse.

Cuscusa:

§ XXXIII. ~~απότοποδόν~~ & nos Cuscutam interpretamur, quasi dices, ὁρούσην δένδρον, id est, Orobum arborum, siue ὁροφάλκην τὴν δένδρον, herbam arbores strangulanteam, siue in arbores tyrannidem exercentem, cuiusmodi Cuscutam esse, nemo nisi ἀρνεῖται ignorat. Sunt tamen, qui Smirnum, siue Olusatrum Aegyptios hoc nomine appellasse velint, sed perperam: est enim insignis inter has herbas differentia, ut peritis constat.

Portulaca:

§ XXXIV. ~~αποτελάτην~~ & idem significat, quod liberans à morte: ita Portulacam Aegyptij vocabant: Hierophantes verò ἄμυντα Αγετον, sanguinem Martis. Author Vaticanus.

دفلة الحمق. حشيشة اخر معرفة لمصريون متموت باردة في الثالثة رطب في

النهاية

Portulaca herba nota, Aegyptijs Motmut: frigida in tertio, & humida in fine secundi. Vocatur autem Motmut in Aegyptiaca lingua, eò quòd febribus malignis, & omnibus inflammationibus Aegypto proprijs, mirificè & unice conferat. Sanguinem Martis vocabant Mystæ μῆτραν αὐτοεατίν, eò quòd adustam & torridam seu Martiam bilem frigiditate atque humiditate suâ temperet, malignitatēq; eius expellat, teste Abē Sina فینفع من الهمیان لحارة وقاره & quòd febribus calidis mirum in modum proficit. Hanc herbam in Tabulæ Bembinæ expositione cum mysticis suis rationibus illustratam vide.

Botanical.

§ XXXV. ~~ιπάτιον~~ & quam corruptè Antonius Musa Hierathiorine vocat, Betonicam dicimus esse herbam, innumeris, ut cum Theophrasto loquar, virtutibus præditam; vnde non sine causa sacra Horo dicebatur Veteribus; quam & φυχής θεον, id est, animi nutricem haud incongruè dicta lego, quia capiti, quod intellecticis animæ sedes, & habitaculum est, mirificè consert. Verum qui plura de viribus huius herbæ desiderat, consulat citatum Antonium Musam in particulari de ea conscripto libello, Apuleium, Theophrastum, Dioscoridem, aliosque veteres Botanicos.

*Anton: Musa.
Dioscorides.
Apuleius.
Theophrastus.
Coriandrum.*

§ XXXVI. ~~οξειν~~ & Coriandum est: ita Arabes Botanici sæpe citati in voce كزبرة Kazbare, quod Coriandum significat.

Atque hæc sunt, quæ de Aegyptijs plantis dicenda existimauit; quorum quidem in sequentibus hieroglyphicorum interpretationibus amplior fiet mentio.

SYNTAGMA I. MENSA ISIACA,
SIVE TABVLA BEMBINA.

SERENISSIMO PRINCIPI

LEOPOLDO GVILIELMO
Archiduci Austriæ, Supremo Belgij & Burgundiaæ Gu-
bernatori, nec non Magno Teutonici Ordinis
Magistro.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

 *N*aureis illis beatisque Ägyptiacæ felicitatis seculis ad regium dignitatis culmen evectis, post peractam inaugurationem, mox opulentum coniuivium parari solitum fuisse refert Atbenæus; in quo quot fercula, tot symbolica virtutum regiarum, & ad regnum benè beatèque administrandum necessariarum schemata, stupenda hieroglyphicorum metamorphosi adornata ponebantur; ut Rex regium thronum subiens, insolenti hæc symbolorum parastisi, veluti tacito quidam documento sollicitatus, quod ex commissi sibi officij administratione potissimum competeteret, id ex subtili hoc & pleno ingenij apparatu addisceret. Mensam hoc loco Augustæ Serenitati Tuæ, non ciborii corruptibilium, non eduliorum hominibus & quæ ac brutis communium varietate stratam, apponendam duxi, sed ut cum priscis loquar, nectare & ambrosia refertam Deorum immortalium; ex qua quotquot gustassent, eos filiorum Dei consortio beatos, æternas in Elysys campus chreas acturos sibi persuadebant Ägyptij. Quicquid enim in totius Ägyptiacæ Sapientiae ambitu m'rum arcanumque existit, id mirificâ quadam Sacramentorum maiestate obuelatum in hac Mensa ve- luti in epitoma quadam spectandum exhibetur; unicum proinde Sacerdotum speculum, cuius contemplatione, quid in humanarum actionum administratione, amplexandum, quid fugiendum, veluti ex uberrimo quidam diuini Numinis Ora- culo se exploraturos confidebant. Quamvis verò hæc Christiano peclori, utpote suis inuoluta superstitionibus, non admodum curanda sint; quia tamen in densissimis etiam tenebris, & luctuantis meandrorum ductibus subinde pretiosi nitent Carbunculi, id est, sub quadam typorum analogia, Christianæ fidei ac veræ religioni haud absimilia sacramenta eluescunt, quæ quo erga religionis cultum animo, quo erga Deum Cælestesque pietate & veneratione esse debeamus, haud obscurè nos instruunt; non omnino adpernandi duxerim. Cum itaque, Auguste Princeps, magna menti Tuæ, quâ Orbem penè uniuersum virtutum Tuarum admiratione defixum trabis, ita comparatum sit, ut symbolicis ingenij lusibus data opportunitate obnoxie indulgeas; certè cui maiori iure, quam Tibi hanc presentem Isiace Sapientiae Mensam instruerem, inueni nemiuem. Quam quidem gloriose & heroi- co nominis Tui titulo tantò libentius consecro, quancò maiori gratitudinis obliga- tione me Tibi, ob innumerâ nullo non tempore collata beneficia, devinctum esse sentio. Vale Belgij delicium, & seculi nostri Heroicum decus; & una me sub Serenissime protectionis Tuæ scuto, ut cœpisti, foueto.

SYNTAGMA I.

Mensæ Isiacæ, siue Tabulæ Bembinæ Interpretatio.

PROOIMATION.



XHIBEO tibi tandem, Lector curiose, iam dudum promissam veram & genuinam celeberrime illius Isiacæ Tabulæ, quam à Bembæ Cardinale eius olim possessore, Bembinam vocant, interpretationem; cuius lectioni antequam te committas, hec à te paucis contendō: Primo ut Tabulæ in multiplices suas areas distinctâ, nec non diligentissimè suis signatâ literis ante te positâ, verba cum figuris exactè conferas; deinde rationes ad mentem Veterum Aegyptiorum adduicias, non perfundetoriè aut superficie tenus, sed alta meritis trutina sedulò ponderes & expendas; ordinem derique & rerum expositarum contextum, ea qua in rerum abstrusarum notitia diligentia fieri & potest & debet, obserues. Quæsi præstiteris, reatum quoque, sincerum, & ingenuum, nullis cauillis obnoxium de vera & genuina eiusdem à me peractâ interpretatione iudicium te daturum confido. Vale, eaque fruere.

C A P V T I.

De nomine & origine huius Tabulae Isiacæ.



Tabula Isiacæ
seu Bembina,
cur ita appellatur.

Bembus
Cardinalis
Isiacam tabu-
lam conserua-
uit.

Bembina ta-
bula in direc-
tione Man-
tuanæ pergit.

Bembina ta-
bula magni-
tudo, materia
& ornamen-
ta.

TM EΘΩΔΕΡΩΣ in hoc libro processuti, ab ea Tabula interpretationis nostræ exordium ducere statuimus, à qua cœterarum ordine secutarum rerum argumenta, veluti à fonte riui dependent. Tabula dicitur Isiacæ, quia Isiacæ, hoc est, Aegyptiacæ Theologiæ summam continet; Bembina dicitur, eò quòd Bembus Cardinalis summo Reipublicæ literariæ bono eam primus ab interitu vindicatam Orbi protulerit. Nam à fabro quodam ferrario, qui illam in Borboniana Vrbis direptione comparauerat, pretio non contemnendo redemptam, veluti admirandum quoddam veteris Sapientiæ monumentum in Museo suo rebus omnibus ad literatum, antiquitatumque notitiam spectantibus instructissimo usque ad mortem conseruauit: quo fatis functo tandem Duci Mantuæ cessit, in cuius Gazophylacio inter illustrium antiquitatum monumenta asseruata fuit, usque ad annum 1630, quo in miseranda Mantuanæ Vrbis direptione ita euanuit, ut tametsi summo studio institutum sit, vt sciretur, quid tandem de ea factum sit, in hunc usque diem nemini explorare licuerit. Tabula longitudinem habuit quinque palmorum, latitudinem quatuor. Tota ærea fuisse perhibetur, & figuris partim encausto, quod Smaltum vocant, partim argenteis lamellis, quibus

figu-

figurarum ornamenta & habitus mirè condecorabantur , affabré insertis, constitisse ; quam & primus omnium cælator eximus Æneas Vicus Parmensis, curâ Torquati Bembi , ad prototypi magnitudinem summo studio ac diligentia æri incisam, Ferdinando I. Cæsari dedicauit. Hanc eandem deinde deficientibus exemplaribus denuò incidentam dedit Herwartius Ducis Bauatiæ Cancellarius, quam & Theatro hieroglyphicorum insertam euulgauit ; ex quo nos omni, quâ fieri potuit , diligentia eam, in minorem proportionem traductam hîc curioso Lectori exhibemus . Quod dum facimus, non parua difficultas exortitur , an à Veteribus Romanis, an ab Ægyptijs monumentum hoc, inter cœtera sanè celeberrimum, confectum fuerit ? Non désunt, qui Tabulam hanc à Romanis concinnatam sentiant ; alij ex Aegypto vnâ cum alijs rerum Aegyptiarum monumentis, quibus vnicè Romani inhiabant, allatam, & in Isidis templo positam afferunt . Atque hi verius mihi conjecturare videntur . Certè Tabulam in Aegypto à veteribus Hieromantis concinnatam , ipsarum figurarum ratio, & mystica compositio, quin & artificium stylusque pingendi, quæ Aegyptiacum ingenium prorsùs sapiunt, sàt superque demonstrant, minimè verò à Romanis, quorum proprium erat, nunquam Aegyptiacum simulachrum adeo purum effingere, quin semper nonnihil illi ex Latia Theosophia depromptum affingerent ; quemadmodum passim toto hoc Opere demonstratum fuit . Cùm itaque Tabula hæc præsens purè hieroglyphica sit, nec quicquam ex cœterarum Gentium literatura, aut sculptura, picturae admistum habeat ; irrefragabiliter concluditur , illam ab Aegyptijs, & in Aegypto, & quod amplius est, ante Cambysis in Aegyptum factâ irruptione, eo videlicet tempore, quo maximè hieroglyphicæ literæ in Aegypto florebant, confectam esse . Accedit quòd ea confici non potuerit, nisi ab ipsis Hierogrammatistis, quorum officium erat, hieroglyphicas inscriptiones disponere , dispositas Obeliscis, saxis, valuis, mensis Temporum incidendas tradere ; quæ quidem characterum notitia, cùm iam veteranum Romanorum temporibus defecerit , certum est , hanc à Romanis perfici nullâ ratione potuisse ; à priscis itaque Aegyptijs confecta fuit .

Bembina ta-
bula ex Aegy-
pto fuit Ro-
manam trans-
lata .

C A P V T II.

Quæritur quem hæc tabula usum habuerit apud Aegyptios .

A Dyta Ægyptiorum, in quibus Sacerdotes sacra operari, ritusque, & cœremonias suas exercere solebant, subterranea loca erant, singulare quodam artificio ita constructa, vt nihil non mysteriosi in ijs occurreret . Muri ex omni parte pleni tûm hieroglyphicis picturis, tûm sculpturis, in quorum medio ara erat posita, cuius planum seu abacus erat hiatricis literis insignitus ; iuxta mensam fauissa seu cisterna erat sacra, Nilotica aquâ, quæ per occultos meatus illuc deriuabatur, referta : in men-

Adyta Aegy-
ptiorum Sa-
cerdotum
qualia, & qui-
bus rebus in-
struuntur .

Theologia
Aegyptiacæ
docebatur in
adytis iporū.
Arnobius.

Clemens
Alex:

Iustinus
Martyr.

Libri Magici
Aegyptiorum
Sacerdotum.

Adyta He-
breorum ad
similitudinē
Aegyptiacorū
extructa.
Ezechiel 8,

sa verò maximorum Numinum simulachra, & tota Geniorum concatenata series adeo reconditis symbolis exhibebantur, vt non tantum, quemadmodum stultè sibi imaginabantur, summorum mysteriorum abditos recessus notarent, sed & ad quemcunque voluissent Geniorum, per horridas & execrandas adiurationes, analogosque ritus & cœremonias sistendum, efficaciam haberent infallibilem. In his itaque adytis seu remotis ab omnium hominum consortio recessibus docebatur Theologia illa mystica Aegyptiorum arcanior, hieroglyphicisque descripta symbolis, Sacerdotalis ordinis hominibus tradebatur. Quæ omnia testatur Arnobius cum de Aegyptio Mago loquitur; *Magus*, inquit, *suis clandestinis artibus omnia illa perfecit, Aegyptiorum ex adytis potentium Angelorum nomina & remotas furatus est disciplinas*. Clemens Alexandrinus de Pythagora disserens: Οἱ Πυθαγόρεις τελετέουσι, ἵνα δὲ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατήθωσιν τὸ μυστικὸν πάρεντον σκηματικὴ φιλοσοφίαν. *Pythagoras circumcisus est, ut in adyta intromissus mysticam ab Aegyptiis traditam disceret Philosophiam*. Iustinus Martyr quæst: ad Orthodoxos 25. Τίμια δὲ λαύρωτε πάρεντον αἴσιον μαθήματα τελεγράψατε καλέμδυτα τελεγράψατε τοῖς αδύτοις & τοῖς τυχαῖσι, ἀλλὰ τέ τοῖς εἰκείτοις τελεγράψατε μαθήματα, αὐτογράψατε καὶ αὐτογράψατε πάρεντον τοῖς χριστιανοῖς τέ, καὶ τοῖς τοῖς αἰσιοῖς μαθήματα λαζαλίσο. Id temporis hieroglyphicæ discipline in pretio erant apud Aegyptios, quæ in adytis tradebantur lectissimis quibusvis, non hominibus de triuio; Astrologia vero abiecta, circumforanea, & vulgaris erat apud eos. S. Clemens ad Iacobum de Hæretico Mago, quodam dicebat; Εἰς αἴσιον προσέφερε, καὶ τοῖς τοῖς αδύτοις Ιεροφάνταις καὶ Πρεσβύταις φιλοθεοῖς. Ibo in Aegyptum, & Adytorum Mysticis, Sacerdotibus & Prophetis amicitia sociabor. Neque tantum adyta Aegyptiorum summè celerabantur ab omnibus, sed & libri Magici, quibus coniurabant Dæmones, & sui eos iuris facere nitebantur Sacerdotes, vti memorat Lucianus in Philopseude: Εἶώ τέ οὖν βίβλος λαβὼν, εἰσὶ διὰ μοι Αἴσιοι μαλακῶσι τολλαῖ τῷ τοιετῶν, οὐδὲ εἰσακίας, καὶ τεργητείας μηδὲ τὸ φευκωδεῖστά τους θηρέρησιν Αἴσιον ταῖσιν τῇ φωνῇ. *Domus infestabatur à Dæmoni, ego autem accepi libros, quos plures huiusmodi apud se habebant, veni domum, & quam maximè horrendo carmine Dæmonem exegi, vocem imitatus Agyptiam*. Quinam alij sunt libri huiusmodi, nisi quos diximus, tabulæ varijs hieroglyphicis, id est, Magicis signis instructæ? Quæ adeo vera sunt, vt vel ipsa Sacra Scriptura Hebræis huiusmodi abominationes, quas in adytis ad morem Aegyptiorum in subterraneis locis exstructis peragegere solebant, exprobare videatur. Tale adytum fuit, quod Deus Ezechieli monstrabat c. 8. v. 7. *Et introduxit me ad ostium atrij, & ecce, foramen unum in pariete, & dixit ad me; fili hominis, scinde parietem; & cum scidisse parietem, apparuit ostium unum, & dixit ad me; ingredere, & vide, abominationes pessimas, quas isti faciunt, & ingressus vidi*.

**וְהִנֵּה כָל תְּבִנַת רֶמֶשׁ וּבְחַמָּה שָׁקֵץ וּכָל גָּלוֹלִי בֵּית
יִשְׂרָאֵל מְחֻקָּה עַל חֲקִיר סְבִיב סְבִיב :**

Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, & uniuersa idola domus Israël depicta erant in circuitu per totum. Quid hic aliud nobis exhibetur, nisi absolutissima similitudo adytorum Aegyptiorum? quorum proprium erat, omnes muros, valvas, tabulas, mensas, & altaria Deorum suorum imaginibus

nibus insignire, vt habet sacer text: *Et septuaginta Viri de Senioribus domus Israël; Et Sezonias filius Zaphan stabat in medio eorum stantium ante picturas, & unusquisque babebat thuribulum in manu sua, & vapor nebulae de thure consergebat.* Vel vt Thargum habet: *Et columnna nubis incensi ascendebat.* Quid aliud nobis exhibetur, nisi ritus & cœremonia Sacerdotum Aegyptijs Dijs in adytis suis sacrificantium? Atque ex his omnibus satis luculenter patet, suisse adyta instructa omni hieroglyphicæ doctrinæ suppellectile, quā quicunque ordinis Sacerdotalis gradibus apti censebantur, imbuebantur. Inter cœteras verò adyti partes aræ & mensæ hieroglyphicis potissimum insigniebantur schematismis; nè id, in quo summa mysteria conficiebantur, mysterijs carere videretur. Atque talis fuit mensa nostra Isiaca, seu tabula, quam nobis exponendam assumpsimus; quæ uti totius adyti pars fuit præstantissima, ita præ cœteris summâ curâ ac diligentiâ appabatur, vti h̄c factum videmus. Mensam verò hanc aræ loco seruisse, inde constat, quod Aegyptios secuti Hebræi, Græci, & Latini, aras & mensas passim confundunt. Hebræos fortunæ mensam posuisse, Isaiae cap. 65. v. 11. habetur: *חַוּרְכִּים לֹא־שָׁלֹחַ* Ponentes fortunæ mensam: vti Thargom' Vzielidis:

Thargum
Vzielidis.Adyta Aegyptiorum hieroglyphicis
instructa.Mensa adytorum Aegyptiorum
instructæ hieroglyphicis.
Tabula Beim
bina erat
Mensa seu Ara in adytis
Aegyptiorum
Isiaca.Thargum
Vzielidis.

זה מסדרין למעוות פתורין ורחלותיהם אגנים:

Idolis suis mensas, & Dijs suis terrificis crateres. Vbi plerique Rabbini mensas cum aris confundunt, vti Tomo I. fol. 354. fusè ostendimus. Verùm vt hæc enucleentur:

Notandum, mensarum maximam fieri in omni antiquitate mentionem: erant enim Dijs consecratæ, & in locis sacris religiosisque repositæ, sine quibus nihil conficiebatur; in his mactare, immolare, omnis generis vasa reponere solitum erat. Hinc à Græcis Θυωές, ξάριζα Θυωές appellabatur, id est, teste Hesychio, mensa sacris vībus consecrata ἡ τὰ θυηφαλάσσαι. Quæ, in qua ea, quæ Dijs offerebantur, reponebantur. vide Diogenem Laët. in Pherecid. & Pollucem l. 4. de partibus Theatri. Arnob. l. 1. *Sacras, inquit, facitis mensas, salinorum appositu & simulachris eorum.* Mensæ, inquit Festus, in ædibus sacrī ararum vicem obtinebant. Ut proinde Ciceron non sine ratione aras, focos, & mensas in Oratione de Aruspicio, responsis appellare voluerit. Deorum, inquit, ignes, solennes mensæ, abditi & penetrates foci. Porro mensam diuinis mysterijs aptam, Festus tradit Anclabrin suisse dictam, vti & vasa quoque ænea, quibus Sacerdotes in sacrificijs vtebantur, Anclabria, nimirum ab antiquo Plautino verbo Anclare seu Antlare, siue id à Græco verbo αὐτλῷ, id est, baurio, siue à prisca voce, anculari, quod idem ac ministrare significabat, deductum fuerit. Certè Deos Deasque olim Anculos & Anculas, siue ministras suisse vocatas, Festus suprà citatus sat superque demonstrat. Fuerunt autem diuersis Dijs diuersæ mensæ dedicatæ. Hinc mensas curiales Iunoni, quæ κῆες dicebatur; mensas Mythriæ apud Pollucem Mythræ; mensas Aphrodisiæ Veneri; mensas denique Isiacas, Isidi consecratas, & vti diuersis Dijs consecratas, sic ex diuersis materijs Dijs analogis consecratas suisse

Mensarum
Sacrarum
frequens
apud Anti-
quos usus.Hesychius.
Diogenes.

Arnobius.

Festus.
Ciceron.Mensa sacrae
appellaban-
tur apud An-
tiquos An-
clabriæ.Mensa diuer-
sa diuersis
Dijs dedica-
ta apud An-
tiquos.Pollux.
Mensarum
Dijs dedica-
tarum diuer-
sa materiæ.

fuisse legimus. Hinc Ioui & Apollini mensæ aureæ ; Dianæ, Veneri, Juno-
ni, argenteæ ; reliquæ Deorum turbæ, marmoreæ ; ligneæ denique
Deorum pedissequis Numinibus destinabantur. Valerius Maximus non
alia de causa Dionysium Syracusanum tanto habitum odio fuisse tradit ,
nisi quod neglectâ religione mensas aureas & argenteas ex Apollinis tem-
plo sustulerit. Et Cicero de natura Deorum ; *Iam mensas, inquit, argen-
teas de omnibus delubris iussit auferri, in quibus quod more veteris Græcis in-
scriptum esset, Bonorum Deorum, uti se illorum bonitate dicebat.* Idem Verrem
mensas Delphicas è marmore, crateras ex ære pulcherrimos, vim maxi-
mam vasorum Corinthiacorum ex omnibus ædibus sacris abstulisse dixit.
Erant itaque, ut multa paucis complectar, mensæ sacræ nihil aliud quam
arae ; quæ apud Veteres tanta semper in veneratione fuerunt, ut inde
proverbia prouerbia promanarent, pro aris & focis decertare, id est , nullam rem
tanti æstimandam, quam eam , quæ Deorum immortalium Numinibus
consecrata fuerit ; & Aristophanis illud, Εἰ διχαρεύστην οἵτινες βωμοί, ὅτε τί-
σκε, εἴδεντο μάρτια, Quibus nec ara, nec fides, nec vlla durant fædera , de summe
perfidis, quales Spartanos fuisse dicit, prolatum. Iurantes quoque manu
aram tetigisse Virgilius docet :

Tango aras, medios ignes, ac Numinis testor.

*Cicero.
Menſe ſacræ
ad yta ſacro-
gunt.*

Et Cicero pro Flacco ; *Is ſi aram tenens iuraret, nemo crederet.* Erant præterea aræ, ſiue ſacræ Menſe afyla & perfugia hominum ſacrosancta. Cicero post reditum ; *Qui niſi in aram tribunatus confugiffet, vim Prætoris effugere non potuiffet.* Idem pro Roscio ; *Sicut in aram, ſic confugit in eius domum.* Et in Tuscul. quæſtionibus : *Tantâ progenie orbatum, cùm in aram confugiffet, belligis manus interemit.* Ab ara itaque non licebat supplices abſtrahere, cuiusmodi erat ara Concordiæ, cuius meminit S. Hieronymus, ad quam ſi quis confugiffet, tanquam ad Cæſaris ſtatuam, auelli inde eum nefas habebatur.

*S. Hierony-
mus.*

Menſarum
ſeu Ararum
origo ab Aegy-
ptijs profinxit

Ex his fusiūs forſan, quām par erat, expoſitīs, patet, ararum, menſa-
rumque originem non aliunde quām ab Ægyptijs profluxiſſe; quibus
vti dixi, ſolenne erat, menſas in adytis ponere, non qualeſcunque, ſed
hieroglyphicis affabré adornatis, tūm ad reverentiam ritibus & cœremo-
nijs conciliandam, tūm ad potentiūs efficaciūſque Numina, quæ adiura-
tionibūs ſuis ſollicieabant, quorumque imagines ſymbolicis habitibus
ibidem exhibebantur, trahenda, institutas. Has in medio templi ſeu
adyti ponebant, teſte Aben Vaſchia in lib. de ſeruitute Ægypti:

والغيلمهوفين مصوّر اقيموا في الهيكل المادي منقوشة في حروف الطيور

*Mensa sacra
in adytis
Aegyptiorum
ponebantur.* *Et in templo erat mensa, in qua omnis generis literæ & figuræ animalium incisæ spectabantur. Atque talis haud dubiè mensa fuit hæc præsens tabula hieroglyphica ære fulgida, splendore diuinitatis, quæ in ea coli putabatur, prorsus æmula. Arque hæc de vsu tabulæ sufficiant,*

C A P V T III.

Argumentum huius Tabulæ, seu Mensæ Isiaca.

IMITANTES AEGYPTIJ IPSAM VNIUERSI NATURAM, FABRICAMQUE DEORUM, teste Jamblichio, ipsi quoque mysticarum reconditarumque notionum imagines quasdam in symbolis conficiendis ostendebant, ut quemadmodum & natura rationes occultas in apparentibus formis quasi symbolis exprimit, & Dij idearum veritatem per manifestas imagines explicant, ita & ipsi operarentur. Cùm ergo cognoscerent, quòd superiora omnia inferiorū similitudine delectentur, atq; insuper optarent à superioribus bonitate repleri; vt pro viribus ea imitarentur, meritò & ipsi conuenientē superis agendi modum pro viribus offerebant, dum occulta mysteria symbolis inferebant manifestis, in quibus interpretandis *dimitte voces, accipe sensus*. Hoc itaque cùm in more positum esset Aegyptijs, mensam hanc sacram construxerunt, cuius vti maximus in sacrificijs, Deorumque cultus fuit, ita symbolis quoque summo ingenio excogitatis, vniuersam suam Theosophiam in ea exhibere visum fuit. Quemadmodum itaque in mensa opipara, omni ciborum exquisitissimorum apparatu instructa, nutritiua hominis facultas cibos in substantiam aliti conuertit; ita in hac sacra & mystica mensa Deorum immortalium conuiuio excepti Sacerdotes, dum æternarum incorruptibiliumque substantiarum naturam mirificis, summèque appropriatis symbolis expressam subtili intellectus indagine contémplarentur, per actionum ibidem expressarum similitudinem perfectâ ijs vniōne coniungi putabantur; qui finis huius tabulæ fuit.

Docet itaque mensa hæc primò, omnem triplicis Mundi, Archetypi, Intellectualis, & Sensibilis constitutionem; quomodo videlicet Paterna Mens, seu suprema diuinitas, veluti ex centro quodam in vniuersam Mundorum, tam sensibilium, quam insensibilium circumferentiam agitata, omnia moueat, omnia animet, ac omnia triadis suæ charactere insigniat. Deinde quomodo per fundum paternum ex tribus triadibus constitutum (quod fundum nonnulli Iyngi, quidam ἐσιαχλῶ παντόμορφον; alij, vti Platonici, Mundi animam, Philo τοφίαν καὶ μοτεχνήτιν appellant) vniuersa moderetur: & quomodo unaquæque trias Patre, Potentia, & Mente, triade perfectissima, fontanæ triadi fidei, veritatis, & amoris complicata existat. Videbis quoque in hac mensa diuinorum Potestatum (quæ sunt diuinæ ac supremæ Mentis, Iyngisque Paternæ assecræ & administræ, quæque ex Paterno fundo veluti ex uberrimo quodam Oceano in omnes Mundi semitas disperguntur) ordinem, dispositionem, administrationem, & præsidia. Hic spectantur Mundorum Rectores singuli suis notati insignibus, ignei, ætherei, & materiales. Hic fontium Patres, quorum cura est, principia rerum omnium disponere, & conseruare, inviolabiles naturæ leges fundare. Spectabis, Lector curiose, eorum Numinum, quæ Antiqui Zonia & Azonia, id est, quæ nulli certæ sphæræ alligantur, concatenatas series, singula suis insignibus adornata, & in triadas quasdam,

Lamblichus.
Aegyptijs in hieroglyphicis institueris Deos imitabantur.

Aegyptijs manifestis symbolis occulta mysteria significabant.

Mensa Isiaca vniuersam Theosophiam Aegyptiorū continet.

Tabulæ Isiæ. ce finis, vt per eius do- triam Deo vniarentur Sacerdotes Aegyptijs. Tabulæ Bem bina argumē tum. Paterna Mens centro euolu- ta in circum- ferentiam.

Fundum pa- ternum ex tribus triadi- bus constitu- tum. Trias quæli- bet constat Potentia, Pa- tre, & Men- te. Potestatum diuinorum ordo.

Rectores Mundorum, Fontium patres.

Numina Zon- ia & Azonia.

Ceremonia
quibus Dij
attraheban-
tur.
Amilicti &
Hypozoci.

Psello.

Iamblichus.
Tempus non
quodlibet op-
portunitate re-
bantur Aegy-
ptij ad Nu-
men attrahen-
da.
Sacerdotes
Aegyptij
quid perve-
rint in Deorum
inuocatione,
nempe
illuminatione
mentis.
Futurorum
prænotionem

Medetam in-
firmitatum.

Defensionem
contra Dæmo-
nes.

Authoris
protestatio
in Tabula
Bembinae in-
terpretatione

sub fœminino & masculino sexu, ad Paternæ Mentis exemplar, disposita, & ad supremi Numinis vultum conuersa. Hanc Deorum Dearumq; fabricam Sacerdotes in adytis operantes sedulò & intentâ mente contemplabantur, vt catenas seu Syras singulorum dispositorum agminum addiscerent, compertas appropriatis analogisque rebus ibidem præscriptis attractas sui iuris facerent. Nam in hac veluti in typo quodam monstrabatur, quibus ritibus & cœremonijs, quibus rebus quoduis Numen ad id quod intendebant, impetrandum sollicitarent. Hic Amilicti, hoc est, implacabiles quæ dā Potentiaz; hic Hypozoci, id est, succinatores sive sustentatores; quarum illæ, teste Psello, nunquam ad hæc inferiora flectuntur, & in causa sunt, vt animæ ab affectuum illecebris neutquam demulceantur; hæ verò Mundum sustinent; quarum immobilitate vis declaratur firma & stabilis, sustentatione verò, custodiæ atque conseruationis cura; quas quidem facultates designant per solas Mundorum causas & immobilitatem. Quorum quidem Numinum Choros in dictas classes idealibus quibusdam hierogrammatismis digestas, certis anni, mensium, dierumque temporibus Abaco interseruerunt, vt quo quisq; tempore ritè coli, inuocari, & aduocari posset, constaret, vt Iamblichus docet. Non enim tempus quodlibet cuilibet aduocando Dæmoni opportunum rebantur; sed id, cui Dæmon, aut Numen præesse, & aliquam proprietatis analogiam habere credebatur. Horum enim inuocationes ritè peracta, primò ante omnia Sacerdotes sapientiam & mentis petebant illuminationem; quam adepti, ab omni fatorum necessitate se absolui, & dæmoniæ effici putabant, perpetuo Numinum consortio beatos. Secundò, hisce cœremonijs, ritibus, cultuque iuxta leges præscriptas religiosè peracto, futurorum prænotionem euentuum per varias diuinationum species se consecuturos sperabant, Numinibus hoc pacto cultis & inuocatis, vt credebant, iam per somnia, modò per, visibiles verasque rerum formæ, modò per alia & alia signa, & occulta symbola, mentes eorum ad futurorum ἔγγυων illustratingibus; ex hac infirmitatibus suis paratas reprire se putabant Medicinas; in hac amuleta contra omnium malignorum Dæmonum assultus efficacissima se reposita habere iactabant. Ut vel ex hac fusiori forsan quam par erat periocha, sat pateat, hanc mensam nihil aliud fuisse, nisi totius Ægyptiacæ Theologiæ, tūm practicæ, tūm theoreticæ, epitomen quandam & anacephalæosin, vt ex sequenti interpretatione patebit. Quam antequam aggrediar, protestor, nihil me ex propria opinione aut sententia hic allaturum, sed omnes fidelis Oedipi partes tantum adimpleturum in rerum hucusque incognitarum expositione. Et licet pleraque Magicis, Diabolicisque superstitionibus inuoluta sint; ea tamen hac cautela & circumspectione adducentur, vt nemini eas offendiculo futuras sperem; imò Christianum Lectorem ex hisce mille Diaboli technas in animarum exitium structas, nescio sub qua religionis cultusque diuini larua abditas, clarè cognitrum, cognitas remis velisque cum summo animæ fructu & emolumento deuitaturum, confido.

C A P V T IV.

Tabulæ seu Mensæ Isiacæ diuisio.

Consideratur primò tota hæc Tabula ABCD, formâ parallelogrammi, iuxta spaciū intrinsecū, & extrinsecū. Intrinsecum spaciū diuidit in tres regiones, iuxta trinūm suprēmæ mentis exemplar; superiorem videlicet, medium, & inferiorem. Suprema Regio continet literis E F, & continet duodecim figurās andromorphas, seu hierogrammatismos in quatuor triades diuisos, & varijs multiformibusq; symbolis adornatos. Secunda regio seu media, quæ continet literis GH, iterum in tria spacia subdiuidit: medium literis Γ Δ Θ φ insignitum, continet 7 figurās principales O, Q, R, S, X, Y, Z, multiplici symbolorum apparatu adornatas; duō verò, quorum dextrum extremum literis GAEH, sinistrum verò extremū PHMN literis notatur, vario figurarum, ornāmentorumq; apparatu concinnantur. Infima regio literis IK intercepta pariter, vt supra, duodecim principalibus hierogrammatismis andropomorphis exhibetur; quorum explicationem paulò post adducemus.

Vidimus intrinsecam figurarum dispositionem; iam extrinsecam paucis quoque declaremus. Extrinsecam dispositionem tabulæ limbus obtinet, quo totius tabulæ seu Mensæ consistentia clauditur. Est autem limbus quadruplex, superior, inferior, dexter, sinister. Superiorum AC, inferiorem BD, dextrum AB, sinistrum CD literis signauimus: quorum singuli varias hieroglyphicas ideas continent, vt postea videbitur. Restat præterea alia subdiuisio minorum limborum, quæ medium regionem GHNA superiori & inferiori discriminat, varijs hieroglyphicis notatorum; quorum superior signatur literis GH, inferior ε N; transuersi verò Λ Γ Δ, & Θ Ρ φ M literis signantur. Σχ̄s verò quæ limbo maiori subiicitur, tantum ornamenti loco seruit. Atque hisce portionibus totius tabulæ Syntagma completur; quorum arcanas significations eo ordine, quo eum subdiuisimus, paulò post exponemus.

C A P V T V.

Anatomia Tabulæ, siue de habitibus, ornamentis, tutulis, baculis, &c tota πολυμόρφωσι, hierogrammatismorum, eorumdemque differentijs.

Differunt figuræ in hac Isiaca tabula octo potissimum rebus, formâ videlicet, situ, gestu, operationibus, vestitu, tutulis, baculis, denique circumpositis sibi hierogrammati, floribus, virgultis, literis minutis, animalibus; quæ omnia exponenda sunt.

Forma differunt; aliæ enim siue puram, siue mixtam humanam si-

M guram

Tabulæ Bembinae divisione in spaciū intrinsecū, & extrinsecū. Intrinsecum Bembinae tabula spaciū diuiditur in tres regiones.

Prima regio tabulæ Bembinae. Secunda regio tabulæ Bembinae.

Tertia regio tabulæ Bembinae.

Extrinsecum tabulæ Bembinae spaciū diuiditur in quatuor limbos.

Limborum minorum tabulæ Bembinae diuisio.

Anatomia tabulæ Bembinae.

Bembina in tabula octo sunt consideranda.

Forma,

guram referunt, vt in superiori regione; media & infima, paucis exceptis, patet; aliæ diuersis animalium larvis transformatæ, vt in limbo quadruplici appetit.

Situs. Situ differunt, dum aliæ stantes, aliæ sedentes, geniculatæ aliæ, aliæ nauibus vectæ, aut abacis variè figuratis insistentes, aliæ denique alio situ spectantur; quæ occultâ significatione, vt postea patefiet, non carent.

Gestus. Gestu differunt; aliæ siquidem brachijs nunc eleuatis, iam pendulis & efficaciter contractis manibus, aliæ ad currendum, ad adorandum aliquid aliæ compositæ videntur.

Operatio. Operationibus differunt; nam videas hic nonnullas veluti imperiosè aliquid iubentes & imperantes, quasdam suppliciter nonnihil pententes, alias sacrificantes, alias denique offerentes, & supplici animo exhibentes.

Vestitus; Vestitu pariter discrepant, omnes tamen Aegyptiaco ritu adornatae; sunt, quæ maxima corporis parte nudæ, & tenui vestitu à pectore aut umbilico ad genua usque velantur verius, quam vestiuntur; & hic habitus ut plurimum in masculis figuris spectatur: foeminæ amictu à mamillis ad pedes usque extenso, & ligaculis quibusdam humeris implicato spectantur: præterea huiusmodi vestimenta iam reticulata, modò pennigerâ texturâ, aut alarum volucrum variè inuoluto velamine, nonnunquam stelligero cruciferoque contextu, alijsque symbolis per totum elaborata, spectantur; quæ omnia plena mysterijs esse postea patebit.

Tutuli. Venio ad ornamenta capitis, vbi summa quoque varietas & diuersitas rerum consideratarum occurrit: quædam enim statuæ iam vittis planis, modò in conum turbinatis, quarum aliquæ albo, aliæ nigro colore imbutæ sunt, capiti impositis cernuntur; nonnullæ velo teguntur simplici, quædam bilimbari fascia in vertice fixa effinguntur: supra vela, verò recensita tutuli exurgunt, non minori rerum varietate adornati; plerique pennigeri, aut herbacei, floreique φλοβο-κυπελο-οφιόμορφοι, id est, plerique diffusione flamarum, viperarumque exurgentium, vti & sphærico corpore insigniti. Baculi seu sceptra quoque, quæ in manibus portant, multum differunt; sunt nonnulla capite pupæ, quædam flore Loti insignita, alia in sagittæ formam adaptata; non desunt, qui plantas aut pennas loco sceptri portent, plerisque Tautico charactere, id est, Cruce ansata instructis, vti ex tabula patet. Habent singuli Hierogrammatismi varia symbolorum syntagma apposita, quæ nos ad tria capita reducimus. Sunt primò animalia tum quadrupedia, volatilia, reptiliaque, tum ex his mixta. Secundò sunt minuti characteres hieroglyphici, quorum alij simpliciter apponuntur hierogrammatismis, alij intra oualem figuram conclusi spectantur, quas sacras tabellas in Obelisco Pamphilio denominauimus, indicantque nescio quæ amuleta ac phylacteria, vt suo loco dicetur. Tertiò sunt aræ, columnæ, & mensæ sacræ, vasis, ampullis, vrnis, crateribus, floribus, plantis resertæ; quæ omnia vti maximis mysterijs turgent, ita meritò singularem interpretationem merentur.

Baculi: Atque hæc est anatonia, quam primò, ante quam interpretationem ordi-

Hierogrammata circumposita.

ordiremus, ob oculos curiosi Lectoris exponendam duximus, nè tabulæ omnium mysteriosissimæ expositionem confusè, temerè, & sine digestione, illotis, vt aiunt, manibus aggressi videremur. Nihil porrò restat, nisi vt iam manum operi admoueamus, & datam iam tot annis fidem, tandem debito soluti, præstemos.

Vera & genuina Mensæ Isiacæ, siue Tabulæ Bembinæ Interpretatio.

Ordirimur tandem diuini Numinis auspicio Isiacæ tabulæ interpretationem, iuxta eum ordinem, sub quo eam in præcedentibus partiti sumus; & nè in tanta rerum explicandarum varietate & multitudine confusionem incurramus, singulas tabulæ partes per octo paragraphos enucleandas duximus, authoritates rerum expositarum non semper appositi, sed Lectorem ad eas alibi, tūm in Obelisco Pamphilio, tūm in præcedentibus Tomis adductas per marginales numeros inquirendas remittimus, nè in tanta rerum autoritatumque coaceruatione filum interpretationis, cum fastidio & confusione Lectoris, impediatur; authoritates tamen rerum nunquam alibi comprobatarum integras semper apponemus. De hoc primò Lectorem monere voluimus, nè eum consilij nostris ratio lateret. Ad rem igitur. DEVS Optimus Maximus votis nostris aspiret.

Methotus seruanda in tabulæ Bembinæ interpretatione.

DIVISIO I.

Figurarum mediæ regionis Tabulæ expositio.

Bembinæ tabulæ regio media explicatur.

Agyptij diuinitatem per omnia diffusam contemplantes dupliciter sumebant, vel prout in solitaria æternæ Mentis unitate constituta, & ab omni materiali rerum consortio longè remotissima, sempiterno sui ipsius felicitatis bono in ineffabili diuinitatis recessu gaudebat; vel prout ad rerum creatarum ordines respectum quendam dicebat; in quantum videlicet veluti ex centro quodam in vniuersas Mundorum series per ministros asseclasque sibi Genios & Secundeos euolutus omnia moderatur, omnia animat, omnia fœcundat, omnia denique ad Vniuersi sustentationem sollicitat. Cùm verò trinam quandam in Deo potentiam ponerent, atque adeo diuinitatem supremam triformi quâdam, vt ipsi loquuntur, potestate in una substantia constitutā, & ab Hermete Trismegisto posteris sub magna silentij occultatione sibi traditam, à qua omnia dependerent, quâue veluti signaculo quodam ideali omnes Mundanarum classium, tam sensibilium, quam insensibilium ordines notaren-

Ægyptij diuinitatem per omnia diffusā duplīciter considerabat.

Trinam in Deo potentia ponebant Ægyptijs.

tur, apprimè nōssent; hinc aptè singularum triadum' in Vniuerso elucescentium Systemata pulchrè singulas suis sibi appropriatis symbolis adorandas in hac Tabula expresserunt, vt iam exponemus.

Magna
Deorum
porta in me-
dio Bembinae
tabulae expli-
catur.

Figura Bro-
no medio
Bembinae ta-
bulæ insidens
explicatur.

Affecit ethro-
no medio
Bembinae ta-
bulæ adstan-
tes.

Thronus
Bembinae ta-
bulæ medius
seu magna
Deorum por-
ta, quid signi-
ficit hiero-
glyphicè.
Plutarchus,
Plato.

Zoroastri.

In medio itaque Tabulæ veluti centro Thronum *a b c d l m*, siue magnam, vt vocant, Deorum portam, magna symbolorum architectura fabricatam conspicis; cuius suprema coronis seu stans *a b* flamas in serpentum surrectarum formam diffusas exprimit. Secunda coronis *c d* globo aligero; Tertia *e f*, & calx *l m* throni eodem insigniuntur. Stolones throni octopartitis circulis, qui quadratis circumscribuntur, insigniuntur. Coronis tota binis columnis *e l*, & *f m*; albo-nigris gradibus distincta, & Isidis capite instructa ianititur. Huic throno inscritur figura sub foemineo habitu, ab umbilico ad pedes penniger femoralium habitu, ab umbilico sursum, versus pectus, innumeris densatur vberibus (tametsi in schemate non benè exprimantur). Caput eius vittâ Aegyptiæ velatum, velo supraexpanditur meleagris, quæ volatum affectat; huius dorso calathus, ex quo emergunt duo perseæ folia, & bina cornua, quæ circum Scarabæi figurâ notatum intercludunt: vnâ manu sceptrum Loti flore insignitum tenet, alterâ eum gestum exprimit, quo imperiosè aliquid iuberi solet: sed i insidet rassæ, & canis sedentis figurâ insignitæ. Sub throno Abacus spectatur, cuius limbis circulis octopartitis, vt dictum, notatur; intra Abacum figura ponitur accubans, ex Leone & Accipitre composita, pedibus anterioribus Canopum continens; à tergore verò globus οφι-πτερόφρον; supra caput figuræ ιερωλέων. Luna sexilis; cui stella insistit, iungitur. Throno astant utrumque binæ columnæ floridæ *V W*, quibus duo aspides surrecto pectore tumentes sacris vittis ornati, veluti throni excubitores assistunt.

Vidimus Thronum seu portam magnam supremæ Mentis; iam affecias eidem circumstantes, & ad thronum supremum veluti conuersos contemblemur: quorum utrumque tres, O, Q, R à dextris, a sinistris X, Y, Z, apponuntur; ex quibus O & Z stantes eodem habitu auctiisque circundati spectantur: medij verò Q ιβίμορφος, & Y αιδεέμορφος, sedentium habitu pinguntur. Symbola quæ portant, & tutuli, quos capite gestant, & thronus cui insident, postea exponentur. Bina verò simulachra utrumque throno summo vicina sunt R & X, eo situ, habituque symbolorum, quibus vides, insignita. Sed his ita ritè propositis, iam quid hoc hieroglyphico symbolorum apparatu Aegyptij notariint, exponamus. Thronus paulò antè descriptus nihil aliud indicat, quam supremæ Mentis triforis in vniuersas trium Mundorum semitas diffusionem, ex cuius evolutione nascitur Mundus hic, siue Vniuersum hoc sensibile, quam Plutarchus domum Hori, magnam Deorum portam Aegyptij appellant; quem quidem ex trigono archetypo proflueret alibi ex Platone probatum fuit. Coronis suprema throni seu portæ in medio flamarum οφιμόρφων diffusarum, indicat, Mentem supremam luce & vita plenam, æternam, incorruptibilem, ab omni materiei contagione segregatam, iuxta illud Zoroastris: Ηνίκα μὴ βλέψῃς μορφῆς ἀτεράνθερην πῦρ λαμπόμενον συνεπιδόντες θλειν καὶ βίγμα κόσμου,

κλῆθι τονεῖς τὸν φωνὴν. Cùm videris absque forma sacrum ignem micantem, saltando per profundata cotius Mundi, tunc aduertas ignis vocem. Atque hic est ignis ille abstractissimus, & in sublimitate diuinæ essentiæ absconditus, iuxta illum Zoroastris : Εἰσὶ γέ τοι πατέρες ἡγεμόνες, καὶ δέ τοι ἐν σωμάταις νοεῖται κλείσας ἡδύνη τῶν. Se ipsum enim summus Parens Deus rapuit, neque in sua Potentia intelligibili Ignem suum conclusit, sed ipsum reliquis communicauit Mundis. πάτερ γὰρ εἰς τονεῖς τὸν φωνὴν, omnia siquidem ex uno igne producta sunt. Sed quomodo id factum fuerit, videamus. Ex centro in Mundos euolutus primò illum communicauit Mundo Intellectuali Angelico per Spiritum; secundò Mundo Sensibili; tertio Elementari: quæ omnia pulchre ex throni symbolis patent. Diximus, coronidem *b* a supremam ὄφι-φλογόμορφον, indicare Mundum illum Empyreum seu Archetypum luce & vita infinita refertum; ex quo euoluta triformis Dei natura, uti Ägyptij loquuntur, ignem vitamque suam Intellectuali Angelico Mundo communicauit; quæ per *c d*, coronideū secundam, & per globum κυκλο-πτερομορφον, aptè indicantur; hic enim Mundus ab omni materiali scœce repurgatus non nisi mente & intellectu concipi potest. Ex hoc deinde triformis diuinæ essentiæ natura euoluta, se sensibili Mundo communicauit; & primò quidem diuinæ & paternæ Mentis fundo, lyngi pantomorphæ, quam Platonici nunc primam Mentem, iam Verbum, modè animam Mundi, Philo etiam σοφίαν καὶ μορφὴν τὴν vocat; quam congruā sanè symbolorum congerie in medio throni Ägyptij, tanquam in centro vniuersæ naturæ, quam moderatur, posuerunt. Sedet primò, ut innuatur potestas & dominium: sedes cane fulget, quia Lynx hæc Isiaca, seu paternum fundum in astro Sothios refalget, teste Diodoro: femoralibus variâ alarum texturâ expressis velocitatem sublimitatemque operationum, quibus in vniuersas Mundi semitas se diffundit, indicat: ab umbilico ad pectus usque innumeris densatur vberibus, quibus vniuersam Mundi machinam, necessiarum rerum, vbertate continuò alit nutritque: Zonæ collo circundatæ Orbæ denotant cœlestes, quos continuo motu agitat: velo tegitur caput, ad abdita & inacessa naturæ, quæ operatur, mysteria indicanda: Meleagridem volantem capite gestat, ad varietatem entium vniuersæ naturæ, quæ aptè per Meleagridis diuersicoloris pennas indicantur, significandam: Canistrum dorso Meleagridis insistens, abundantiam, quam profert; folia perseæ sapientiam, quâ omnia administrat; cornua Lunam, & Scarabæus circulo inclusus Solem exprimit; quibus ostenditur Solis & Lunæ subsidio eam omnium dictarum rerum varietatem efficere; dextrâ manu sceptrum tenet lotiferum, quo ad exemplar Paternæ Mentis omnia se moderari ostendit; Loti enim flos indefesso motu Solem noctu diuque, teste Theophrasto, sequitur: imperioso verò sinistræ manus gestu, omnia eius mandatis iussisque substare innuitur; nam ut rectè Zoroaster: πάτερ γὰρ εἴλιτε πατέρες, καὶ νῷ παρέδωκε δύτερων, οὐ πρῶτων κλήσει ἔθνα αἰδεῖσιν. Nam omnia, Pater perfecit, εὑρητι tradidit secundæ, quam primam vocant nationes hominum.

Atque hæc est vniuersæ naturæ mater Isis πανδεχής, παμμασός, κεφαλό-

Mens supre-
ma triformis
quomodo tri-
no Mondo se
communicauit.

Angelici
Mundi sym-
bola.

Sensibilis
Mundi sym-
bola.

Lyngis panta-
morphæ, seu
Animæ Mun-
di symbola.
Philo.

Diodorus.

Authoritates
congruas hæc
omissas vide
in Obelisco
Pampb. l. 4.
&c.
Tomo I. Oedi-
pi fol. 150.

Vide Obeliscus
Pampb. l. 5.

Theophrastus.

Zoroaster.



Isis marer
vniuersæ
Natureæ.

Idearum
Mundialium
penuarium
lynx panta-
morphæ.

Rerum Mundanarum vi-
cissitudines
columnis
throni Pan-
tamorphæ
Iyngis expro-
muntur.

Serpentes
thronum si-
pantes Ben-
binæ tabule
quid ligant
eant.

Obel. Pamph.
l. 4. & 5.

Abaci thro-
no subiecti
schemata
explicata.

εργον μηχανόσθολον, σωθις καὶ ἀπερκύων; Omnia Dea Isis, iuxta illam suprà in Politica Ægyptiorum prolatam inscriptionem: Εγώ αἰμι πατέρα γενοῦσα, καὶ εἰ, καὶ τὸ ζῷον, καὶ τὸ πάπλον εἴμαστε δεῖς τῷ θυτῷ ἀπεκάλυψε. Ego Isis omnis sum id quod est, & fuit, & erit, & meum peplum nemo mortalium vnuquam retexit; quæ quidem nulli alteri, nisi fundo Paterno, hoc est, Iyngi intelligibili seu Verbo Paterno competere possunt. De quibus vide primum Tomum fol. 185, vbi omnia hucusque dicta fusis authoritatibus comprobantur. Hoc est idearum Mundialium penuarium, quod aptè insinuat per throni seu portæ stolones g b i k & per quadrata, quibus circuli octupartiti inscribuntur, continuato ordine circumcirca depicta: nam per quadratum, quaternarium, per circulos octopartitos, octonarium numerum indicari, in Geometria hieroglyphica ostendimus, quæ simul iuncta dant 12, mundanæ perfectionis symbolum, exprimuntque singulorum partialium Mundorum ideas, quas vide citato loco in tractatu de Geometria hieroglyphica expositas.

Quoniam verò in Mundo elementari omnia, dierum noctiumque, tenebrarum, lucisque, consensuum dissensuumque vicissitudine; in æthereo, motuum contrarietate; in intellectuali verò Numinum antitechnia, consono-dissonis, ad Vniuersi conseruationem subiiciuntur; aptè sanè hanc per thronum indicatam mundanæ domus constitutionem binis columnis gradibus albo nigris distinctis fulcitam expresserunt; quâ vicissitudines rerum, consensuum dissensuumque leges, sine quibus Mundus consistere minimè potest, aptè indicarunt. Vide quæ de hisce fusis egimus l. 4. Obel. Pamph. Hisce columnis Ophioniorum Agathodæmonum V & W, thronum stipantium ὄφειμορφα sub Serpentum seu Aspidum forma, schemata apponuntur; quibus indicatur vita rerum, quâ singula huius Vniuersi domus tūm sensibilis, tūm vegetabilis naturæ membra per calorem & humidum animantur, viuunt, conseruantur; Aspis enim animal viuacissimum humido calidi symbolum est; quæ omnia in Obelisco Pamphilio amplissimis authoritatibus exposita sunt. Columnis floreis insistunt, vt ostenderetur, quòd Agathodæmones Ophionei omnibus rebus, per vitam & animationem, consistentiam dent in Mundo inferiori, æthereo, & suo modo in intellectuali. Mundanæ huius domus throno Abacus subiicitur, Mundi Elementaris symbolum, & is superiorum Mundorum ideis influxuā virtute, per globum aligerum suprapositum aptè indicatā, propagatis plenus; quæ aptè per limbum octupartitis circulis refertum indicantur. Intra Abacum ponitur T Leo accubans, capite Accipitrino, & nigro spectabilis velamine, cum reliquis hieroglyphicis, vt vides. Per Leonem, terreum animal, tellus rectè indicatur, per caput Accipitris spiritu igneo pollentis, ignis Elementum; in capite Lunam sextilem tenet stellā insignitam, quæ Lunæ stellarumque subsidio omnia inferiora gubernari indicant; per Canopum verò quem anterioribus pedibus tenet, aquæum Elementum appositè signatur, in cuius capite flamma bipartita conspicitur, & supra flammam duæ pennæ, quævis aëreum Elementum indicatur; quod quidem nihil aliud esse, quām aquæ per igneum calo-

calorem resolutæ effluvium putant; globus verò οφι-χυλο-πλεγματο- totum hunc Elementarem Mundum per supremi triformis Numinis potentiam & animari, & conseruari indicat; huius enim particulari concursu vita & consistentia rebus, quæ per columnas floreas appositæ innuntur, conceditur; quæ omnia cùm diuersis Oedipi locis, vti & in Obelisco Pamphilio autoritatibus omnigenis stabilita sint, eas hoc loco repetere super uacaneum esse existimauit.

Restant characteres hieroglyphici minuti, qui Isidi adscribuntur, explicandi; quorum superiores hunc sensum efficiunt: *Porta quadripartita Mundi*, quâ *Pantamorpha Mundi Anima ingressa*, omnia diuinæ prouidentiæ oculo penetrat, vitam largitur per quadrifidi tūm superioris, tūm inferioris Mundi quinas portas influendo. Inferiores verò hunc sensum præbent: *Vinculum portarum Mundi superioris & inferioris*, quo per Agathodæmonem *Ibimorphum zonarum catena mouetur*. Atque hanc Pantamorpham Naturæ Matrem ita appositiæ in suis hymnis describit Orpheus, ut eam exponere voluisse videatur.

Characteres
minuti Isidi
throno infi-
denti adscri-
pti.

*Natura omnium mater Dea, artificiosa mater,
Suscitatrix, honorabilis, multa creans, Dæmon, Reginæ,
Omnidomans, indomita, gubernatrix, ubiq. splendens,
Omnium rectrix, honorata, præstantissima omnibus,
Incorrupta, primogenita, antiqua, claros viros cohonestans,
Nocturna, multa vastans, lumen ferens, agrè detenta,
Quietum talis pedum vestigium voluens,
Casta Princeps Deorum, fine carens finis,
Communis quidem omnibus, incommunicabilis verò sola,
Ipsa pater sine patre, virtute valde gaudens maximâ,
Beneflorens, nexus, amicitia, multis mixta, sciens,
Dux potens, vitam ferens, omnia nutriendis puella,
Sufficientia, iudicium, gratiarum celebris Suadæ,
Ætherea, terrestris, & marina Reginæ,
Amara quidem perniciofis, dulcis verò obtemperantibus,
Sapiencissima, omnium datrix, nutrix, ubique Reginæ,
Incrementum nutriendis, beata, maturorum verò dissolutrix:
Omnium quidem tu pater, mater, nutrix, & alumna
Statim generans, beata, semine abundans, maturitatis motus.
Omnium artifex, figula, multorum creatrix, Veneranda Dea,
Æterna, metus ferens, multa experta, prudens Dea,
Semper fluente turbine celerem impetum agitans,
Omnium seruatrix, circularis alienæ forme arbiter,
In throno sedens honorabilis, sola iudicatum perficiens,
Supra sceptrigeros grauiter sonans optima.
Intrepidæ, omnia domans, fatalis Parca, ignem spirans.
Æterna vita, & immortalis prouidentia,
Omnia tibi sunt: omnia enim tu illa sola facis.*

Sed

*Sed Dea supplico te cum fortunatis temporibus,
Pacem, sanitatem, ducere, incrementum omnium.*

Habes hic primæ potissimæque partis tabulæ huius interpretationem. Vidimus itaque quomodo supremum triforme Numen ex Archetypo in Mundum Angelicum; & ex hoc in æthereum, & hinc in hylæum seu Elementarem Mundum sese explicet; vidimus quomodo Menti secundæ Pater omnia tradididerit gubernanda; quoque effectus in Mundis recensitis perficiat; iam videndum est, quomodo, & per quos assecias seu ministros Spiritus fundum paternum, seu vniuersalis Mundi forma iam explicata, omnia in Mundo administraret.

Fundum pa-
ternum quid
sit secundum
Ægyptios.

Fundum pa-
ternum ex
tribus triadis
bus compo-
natum.
Psellus.

Tenuerunt Ægyptij, uti tūm suprà, tūm in Theologia hieroglyphica copiosè ostensum fuit, fundum paternum nihil aliud esse, quam Verbum Patris, quemque Mundi Spiritum Platonici vocant, Chaldæi Iyngem, alij alijs nominibus intitulant; atque hoc ex tribus triadibus esse compositum; que quidem triades nihil aliud sunt, quam Geniorum triplici ordine distinctorum cœtus quidam, quorum singuli Patre, Potentiâ, & Mente, constant; ita, inquit Psellus in Zoroastræis Oraculis, πατέρων τίνες θυσίαν ἔχειν τριάδων συμμετέχειν, εκάστη δὲ τριάς ἔχει πατέρα, μαζαριν, οὐ νοῦ. Quam aptè verò hæc Ægyptij expresserint, iam aperiamus.

D I V I S I O II.

*Quomodo fundum paternum, id est, vniuersalis Mundi anima in
bac tabula in tres Triades secundum Aegyptios dividatur,
interpretatio.*

Fundum pa-
ternum Ge-
niorum co-
etus diuisit in
tres triades.
Primæ trias.

Secunda trias.
Tertia trias.

Singulæ tria-
des habent
Patrem, Po-
tentiam, &
Mentem.

Fundum paternum, siue Verbum ex triformis supremi Numinis essentia procedens, ut Ægyptij volunt, eodem triadis charactere insignitum, vniuersales Geniorum siue intellectualium substantiarum cœtus pariter in certas triadum classes, teste Psello, disposuit. Et prima quidem trias elucet in figuris V, S, W, qui sunt Ophionei Agathodæmones, quibus, ut diximus, pantamorphus Mundi spiritus, seu fundum paternum stipatum, omnibus vitam motumque præstat, per eius in triplicem Mundum, intellectualem, æthereum, & hylæum siue elementarem processum, ut paulò antè enodauimus. Secunda Trias quâ stipatur, denotatur à dextris per tres figuræ O, Q, R; tertia verò à sinistris per tres figuræ X, Y, Z; qui sunt veluti choragi quidam sui triadicis ordinis. Et quoniam singuli triadieci ordines Patrem, Potentiam, & Mentem continent, aptè sanè per figuræ Q & Y, ordinis sui Duces Patres intelliguntur; R verò & X Potentiæ sui ordinis, O verò & Z Mentes sui ordinis; qui omnes paterno fundo substantiant, & ad id conuersi mandata in ministerijs suis ritè obeundis postulant; atque adeo natura pantamorpha primò ex hisce tribus triadibus V S W, O Q R, & X Y Z, constituta intelligitur. Verum singulorum officina & ministeria explicemus.

Binæ

Binæ itaque triades O Q R, & X Y Z, thronum Pantamorphi Numinis, seu fundi Paterni, conuersis in eum vultibus, situ, gestu, nutu desiderium, quo fundi paterni iussa in res fidei suæ commissas exequi ambient, ostendunt; quarum duæ mediae Q & Y suis in triadibus Patres vocantur, authoritatem enim & dominium, quod in triadis suæ choros obtinent, sessione satis declarant; O verò & Z figuræ mentes fœcundas, ut postea ex symbolis patebit, notant; R denique & X potentiaz efficaces in triadis suæ choro vocantur. Sed symbola singularum examinationem, à Patribus initium facturi. Patres medium in triade locum obtinent, tanquam Mundi sensibilis, ut Psellus loquitur, ductores, mentiumque, ac potentiarum, quæ eos circumstant, directores. Omnes, ut dixi, in fundi paterni thronum veluti in centrum, à quo profluxerunt, & à quo dominij authoritatem hauserunt, conuersis vultibus, tūm venerationis ergo, tūm iussa fundi paterni executuri.

Primum itaque dextrum triadis schema, Q litera signatum, figuram I^βimorphor, id est, sub Ibidis forma, sedi tessulato opere variè contextæ incidentem, exhibet; cuius caput flammam bisulcam, tutulo, circulo, binis hinc inde emergentibus serpentibus insignitam, & fascem pennis germinibusque compactum sustinet; manu dextrâ Tauticum crucis ansatæ characterem, sinistrâ sceptrum Isidis capite notatum præferente. Sub sede bini Crocodili in oppositas partes obuersi; veluti pressi procumbunt, quorum omnium explicatio hæc est. Per hominem Ibidis capite transformatum Mercuriale Numen, quem Ægyptij Hermanubin vocant, indicatur; nam vt rectè in Obelisco Pamphilio Hierogrammatismo de Ibide ostensum fuit, Ibidis caput humanæ figuræ appositum semper Mercuribin humidæ substantiæ Numen, ut supra quoque in Astrologia Ægyptiorum docuimus, indicat. Sedet, quia summâ potestate pollet: sedem tessulatam ex albo-nigris quadratulis effectam occupat, quo indicatur, tametsi in natura rerum omnia consono-dissona sint, luce & tenebris, calido & frigido, & summâ rerum vicissitudine discrepant; ea tamen Hermanubidis virtute ita aptè disponi, ut summam modò symmetriam & pulchritudinem, sine qua Mundus consistere non potest, concilient. Hinc rectè de Mercurio Orpheus, *Qui Mundi habendas tenet, variegata sede splendidus*. Hinc, arbitror, Græci Mercurio virgam ex albo & nigro variatam attribuunt; quam quidem dispositionem mysticam fuisse descriptam vide in Arithmetica hieroglyphica tractatu de Sigillis Arithmeticis. Abaco verò n*t*, sedi inserto figura Coturnicis spectatur; quæ cùm aduersarum rerum symbolum sit, nihil illâ aliud indicatur, nisi quod Ibimorphâ virtute mala bonis, frigida calidis, & humidis sicca ita concilientur, ut summum Mundo inde emolumentum emergat. Manu dextrâ Tauticum characterem tenet, quo influxuæ virtutis à suprema Mente sibi communicatae potestatem se continere innuat. Sinistrâ sceptrum tenet Isidis capite insignitum, quo potestatem ab Iside seu Pantamorpha natura, seu fundo paterno acceptâ se exercere in res fidei suæ commissas ostenditur. Velamine caput rectum habet, ad mysteriorum arca-

Singularum
Triadum Pa-
tres, Potétiæ,
& Mentes ex-
plicantur.

Patres triadū
explicantur.

Explicatio
figuræ Ibi-
morphæ lite-
ra Q notatæ.

Ibiformis
homo quid
significet.

Obel: Pamph.
fol: 348.

Tessulata se-
des Ibiformis
Numinis
quid.

Coturnix se-
dis Ibimor-
phæ figura.

Crux ansata,
sceptrum,
capitis orna-
menta Pan-
tamorphæ:
natura.

narumque operationum vim, quâ in Mundo pollet, demonstrandam; flamma verò è vertice diffusa igneam caloris vim; serpentes è globo emergentes vitam, quâ Mundum sibi commissum animat; pennæ velocitatem & subtilitatem, quâ omnia penetrat; fascis verò floreus fœcunditatem, quæ inde consequitur, notant. Binos Crocodilos throno suo

Crocodili
throno Pantæ
morphi sub-
iecti.

subiectos, quasi calcare videtur: per Crocodilos Typhoniarum potestatum malitia, quam Ibimorphum Numen cohibet significatur, & virtute suâ *αὐτιτέχνης* prosternit; Ibis enim, teste Horo, solo tactu alæ suæ Crocodilum siderat: quorum omnium authoritates fusè allegatas vide in Obelisco Pamphilio lib. 4. de Hierogrammatismo Ibidis, & l. 5. fol. 449.

Horus.

Est præterea Ibimorphos hic Nilotici incrementi Numen *Διορθωτής*, quod, teste Diodoro, & Plutarcho, in Nilometrio, vbi octodecim gradus attigisset, fœcunditatem maximam pollicebatur, quam & gradus octodecim albo-nigri S V sub pede figuræ Q aptè sanè indicant; omnem verò ab hoc numero excessum vel defectum veluti sterilitatis omen habebant, eumque Typhonis vel exsiccantis adurentisque humorem, vel suffocantis humore nimio terram virtuti adscribebant: quæ pulchrè sanè indicantur gradibus illis octodecim, ut diximus, albo-nigris signatis literis S & V sub Numinis Ibimorphi pede, quo Crocodilos Typhonios, qui humoris fœundi defectum vel excessum, quibusunque possunt modis, procurare student, inhibere ntitur. Verum ad reliquas huius triadis affeculas procedamus. Diximus triades singulas fundi paterni tribus constare, Patre, Potentiâ, & Mente; & Patrem seu Ducem triadis Ibimorphum Numen iam exposuimus; quare ad Mentem triadicam explicandam calatum conuenimus. Mens huius triadis indicatur in tabula per

Ibimorphus
Nilotici incre-
menti Numē.
Diodorus.

literam O, sub fœmineo habitu, quæ ab vberibus ad pedes amictu appro-

Plutarchus.

priato inuolata, mammillam turgentem porrigit, collum eius varijs monilibus exornatur, manu dextrâ penneum sceptrum superius curuatum tenet, sinistrâ gestum imperantis exprimit; velo Ægyptio tegitur, verticique superpositum habet craterem, ex quo emergunt bina cornua, quæ circulum comprehendunt phallo insignitum, cui superstant duæ pennæ;

præterea alam quadruplicem ex lumbo deriuatam versus terram in Crocodilos extendit; apponitur ei columna cum amphora Ægyptia, quam sequitur inscriptio hieroglyphica; quibus denique omnibus superponitur P, androsphynx, bisulcam flammarum è vertice diffundens. Quæ omnia quid significant, explicandum est.

Mentes tria-
dum expli-
cantur.

Figura itaque O Mentem indicat fœcundam hypozocam siue suc-

Mens hypo-
zoca litera O
significata in
tab. Bemb:

cinætricem. Est autem Mens alicuius triadis nihil aliud, nisi conceptus Ibimorphi Numinis à diuina Mente communicatus, quo iuxta ideam à paterno fundo sibi impressam, in naturæ dispositione operatur, ut in Theologia Ægyptiorum docuimus. Fœmineo incedit habitu, mammilla tur-

gente, ad indicandam nutrimenti abundantiam quâ omnia quadruplicis Mundi systemata sustentat, quæ quadruplici illa alarum compage, & infernè demissa aptè sanè indicantur; hâc enim Typhonia vis nocua, & fœcunditati quadantenus contraria, per Crocodilum indicata, sideratur.

Mens singu-
larum triadū
quid sit.

Sce-

Mentis hypo-
zoca habitus
fœmineus,
mammilla, pen-
na, & reli-
qua signa
explicantur.

Figura itaque O Mentem indicat fœcundam hypozocam siue suc-

cinætricem. Est autem Mens alicuius triadis nihil aliud, nisi conceptus Ibimorphi Numinis à diuina Mente communicatus, quo iuxta ideam à paterno fundo sibi impressam, in naturæ dispositione operatur, ut in Theologia Ægyptiorum docuimus. Fœmineo incedit habitu, mammilla tur-

gente, ad indicandam nutrimenti abundantiam quâ omnia quadruplicis Mundi systemata sustentat, quæ quadruplici illa alarum compage, & infernè demissa aptè sanè indicantur; hâc enim Typhonia vis nocua, & fœcunditati quadantenus contraria, per Crocodilum indicata, sideratur.

Mens singu-
larum triadū
quid sit.

Sce-

Mentis hypo-
zoca habitus
fœmineus,
mammilla, pen-
na, & reli-
qua signa
explicantur.

Figura itaque O Mentem indicat fœcundam hypozocam siue suc-

cinætricem. Est autem Mens alicuius triadis nihil aliud, nisi conceptus Ibimorphi Numinis à diuina Mente communicatus, quo iuxta ideam à paterno fundo sibi impressam, in naturæ dispositione operatur, ut in Theologia Ægyptiorum docuimus. Fœmineo incedit habitu, mammilla tur-

Sceptrum penneum manu tenet sinistrâ, quâ dominium in aërem primum, deinde in subiectam sibi humidæ substantiæ œconomiam, per vas Niloticum columnæ insistens significatam, quasi rerum omnium sustentaculum, exprimitur; quæ & suprascripto minuto charactere hieroglyphico signantur, quorum hic sensus est: *Naturæ totius aëreus Agathodæmon, vim suam communicat aquæ substantiæ, eam facundo.* Præterea velato vertice craterem sustinet, craterem supremi Numinis, ex quo bonorum omnium profluit vbertas, vt Hermes in Pimandro docet. Cornua bouina Lunam notant, phallus in circulo interclusus diuinam quandam vim fœcundatiuam Lunæ inexistentem, cuius ope mens hypozoca omnia velocitate per pennas indicatâ penetrat. Inter O verò hypozocam Mensem, & Q Ibimorphon Numen, P androsphynx ponitur, in supremo Numinis idea ignis vtriq; substituto sibi Numini communicata, nihilq; aliud est, quâ diuinæ Mentis supremæ igneus quidam intellectus vigor, quo substituta sibi Numina signata, in operationibus suis exequendis infallibili lege progrediuntur, dum omnia ita attemperare ad diuinæ legis normam archetypam student, vt inde Mundi harmonia & pulchritudo elucescat; quod & minuti characteres hieroglyphici androsphyngi appositi docent, quorum sensus est: *Vitam cælestem diuinus arbiter humidæ substantiæ potenti virtutis suæ sigillo impressit.* Hisce expositis restat enodanda figura R, quæ in hac triade potentiam exhibet, virilemq; habitum mentitur, sinistro brachio demisso, manuq; efficaciter contracta, sinistrâ sceptrum floriferum gestat, velato vertice tutulum gerens floribus & pennis compactū, ex quo vtrinq; dependet globus trigono seu pyramidi annexus, abacoq; insistit, rerum sibi subiectarū symbolis adornato. Sed explicemus singula. Itaque figura R Potentiam exhibet triadis Ibimorphæ, quia potestati eius omnia subduntur, & Ibimorphi Numinis mandata circa Mundi administrationem in executionem dedit; ideo diuaticatis pedibus quasi currere videtur, summam suam promptitudinem hoc veluti symbolo innuendo; nuda pingitur, quia eius essentia ab omni terrena contagionis labe immunis solâ mente apprehenditur; baltheo stelligeroc circumdatur, quâ vis eius, vti Tomo 2 fol. 189. docuimus, in Sidereo Cœlo notatur; brachium dextrum pendulum, & manus efficacitei contracta, summam eius in inferioribus disponendis tutandisque efficaciam notat; sinistrâ floriferum sceptrum tenet, quo in vegetabilem naturam dominium exprimitur, quod idem tutulus florido-pennaceus indicat; cirri bini annexos cum globo trigonos continentis indicant, omnes operationes & ministeria, quæ in Mundo sensibili Potentia hæc exercet, ex archetypo trigono profluxisse, vt ex Platone tom. 1. fol. 151. ostendimus. Abacus cui insit, suis hieroglyphicis hunc sensum exprimit. *Summâ velocitate per cælestem Zonam se humido Momphæ regno, & piscinæ sacræ Ibimorphi insinuat, quâ actione cuncta aluntur, & sustentantur.* Figura denique S intra figuræ Q & R posita, Accipitrem volantem, & reticulato velo insignem exhibet, qui pedibus virgam circulum peruadentem tenet, quâ supremæ Menti archetypæ igneâ quâdam vi pollentis idea notatur, sicut qua trias Ibimor-

Mentis hypo-
zœc hierogly-
phica inscri-
ptio.

Trismegistus.

Androsphynx.
P tabu: Bem:
explicatur.

Androsphyn-
gis P minutis
characteribus
hieroglyphicis
Singularem
triadum po-
tentiaz expli-
cantur.

Potentia figu-
rae R notata
expl. catur.

obet: Paraph:
fol. 1.

vid. & 8
tom: 3.

Plato.
Abacus po-
tentiaz R ex-
pl. catur.
Accipiter vo-
lans, & litera
S in tab: Bem:
notatus ex-
pl. catur.

pha nihil operari posset in commissa sibi humoris disponendi œconomia. Expositâ itaque triade O Q R , iam pari paſtu alteram triadem X Y Z exponamus .

Trias XYZ
tab. Bembina
explicatur

Ægyptij &
Græci veroq;
sexus sua Nu-
mina expri-
mebant.

Numina sub
habitu mas-
culino princi-
pium actiuū,
sub fœminino
passiuū si-
gnificant.

Pſellus.
Nephtha, litera
Y in tabula
Bembina ex-
pli-
catur.

Momphtha in-
midæ naturæ
Præses in A-
baco fig. Y
tab. Bemb.

Plutarchus.

Characteres
minuti hie-
ro-
glyphici ex-
pli-
cantur in
Abaco Ne-
phtha.
Nephtha habi-
tus, & gestus
explicantur.

Notandum itaque, quod vti Trias O Q R principium actiuum habitu masculino refert, ita haec trias X Y Z se habet per modum principij passiu, vti habitus fœminilis refert; & pulchro tunc ordine respiciunt. Ægyptij siquidem, vt in primo Tomo Syntagmate tertio relatum suit, promiscue sexum in Dijs suis confundebant; à quo & Græci discentes, Numina sua utroque passim sexu insignierunt. Qui quidem sexus ita accipiendus est, vt illa Numina, quæ alijs sibi subditis imperarent, se per modum habarent principij actiu, subdita verò per modum principij passiu. Sic Luna, vti principium actiuum geneticarum in Elementari Mundo operationum est, Lunus dicebatur; vti solaribus substet influxibus, Luna vocabatur, vt alibi probatum suit. Respectu itaque superiorum sibi Præsidum, fœmineum sexum mentiebantur; respectu inferiorum sibi subditorum Numinum, masculinum. Quod pari pacto in hisce triadibus vnu venit: tametsienim trias X Y Z fœminea sit respectu triadis O Q R , respectu tamen sibi subditorum, masculam vim obtinet. Hoc pacto figura Y subditur quidem figuræ Q, vti principium passiuum; respectu tamen alterius sibi subditæ triados principij actiu rationem obtinet, & Pater dicitur, vt optimè Pſellus notat. Sed vt explicationis inceptæ filum prosequamur; figura Y Nephta Ægyptijs triadici sui chori Pater, & Rector Mundi dicitur, vti symbola sat superque demonstrant. Velato tutulatoq; vertice sedet in throno, ad summam sibi à Pantamorpha natura auctoritatem in omnia commissam, notandam: cui substet figura Genij ingeniculati, & in supplicantis morem efformati, sed inserta cum flore Loti; quo indicatur, subdita sibi Numina ad exemplar præstituti sibi Patris seu ductoris omnia sua peragere, sicuti Loti flos, vti dictum est, Solem perpetuo motu sequitur. Abacus cui insidet, Leonis figuram continet, quem in Obelisco Pamphilio l. 4. hierogrammatismo Leonis, Memphta diximus, id est, Nilotici incrementi, & humidæ naturæ, à quo nomen habet, Præsidem; quo indicatur, huius Patris & Mundi directoris domino Momphtam substare, & ab illo circa incrementa aquarum disponendi rationes & influxus, vt flos Loti indicat, accipere. Mensula cum binis Niloticis vasis, Nilotica sacrificia; & penna Accipitrina, Solis sive Osiris, cuius Nephta soror & vxor est, teste Plutarcho, motum ostendit, quo incitatus Momphtha, incrementa Nihi promouet, & ad fœcunditatem adaptat; & minuti characteres supra mensulā ita exprimunt: *Catena Naturæ in quadrifilum Mundum, & hinc in aqueæ substantiæ œconomiam derivatur.* Ex altera verò parte minuti characteres hunc sensum faciunt: *Dominium Momphæ in inferiorem Mundum, & Niloticum humorem virtute motus Nephtæ & Osiris.* Sed vt ad figuram Nephta reuertamur; tenet illa dextrâ manu baculum Cucuphomorphum, varietatis in Mundo rerum indicem; sinistrâ crucem continent, influxuæ sibi à fundo Paterno virtutis prophylacticum symbolum, vti fusè in Obelisco Pamphilio de Cruce ansata inte-

gro

gro tractatu ostendimus: è velato vertice flamma bisulca emergit, quâ igneæ mentis vis & abscondita innuitur; huic triplex superponitur frugum tutulus, quam tutulorum compagem Scarabæus Accipitrinis alis expansis conspicuus veluti ligat & connectit: per tres tutulos, terrena in Ægypto messis indicatur, quam Nephta virtute & motu Osiridis siue Solis, per Scarabæum alis Accipitrinis extensem indicati, præstat, vivificando & fœcundando omnia. Figura Z mentem triadis exhibit Nephtæam, & prorsus eadem est cuin figura triadis Ibimorphæ O iam expositæ; quare expositionem eius consultò omnissimum. Figura X potentiam in triade Nephtæa exhibit passiuam; hinc fœmineo habitu, turgente mamilla, baculo florigero, brachio pendulo cum manu efficaciter contrata signatur; quorum significations cùm in figura R opposita explicata sint, non attinet dicere. Tutulus huius figuræ à priori figuræ R differt, & est κυκλοφόρης ερεμοφθῷ, id est, circulo, serpentibus hinc inde emergentibus, & pennigero vertice constat; quo indicatur triformis Numinis vis Nephtææ Potentiae communicata ad rectè operandum; quemadmodum & Numidica aus guttata, & β Accipiter solaris Numinis idea, alarum extensione conspicua, cum sceptro & cruce ansata, satis indicant, ideam videlicet triformis Numinis, & Polymorphi Solis Archetypi, quâ imbuta Nephta, & eius Potentia, varietatem rerum mundanarum per influxus efficaciam, operantur.

Vides igitur quomodo suprema Mens mentium archetypa ex suo diuinitatis recessu veluti centro quodam euoluta in Angelicum seu intellectualium mentium Mundum progrediatur, ideis suis omnes & singulas imbuat, hinc per Verbum seu profundum suum, Πατέριν, Zoroastro teste, ιδέας ωντας ζωγράφῳ, ὁν τηγή μία, *Omnigenis ideis gratiosum, quorum fons inus est*, se in sensibilem Mundum ingerat; per tres triadas, Patrum, Potentiarum, Mentiū, quæ veluti arcanæ intimæque Pantamorphæ naturæ siue profundi Paterni asseclæ sunt, omnia gubernet, animet, fœcundet, & conseruet; vides asseclarum mentium in Pantamorpham Mundi dominam, ceu in fontem suum atque originalem scaturiginem conuersarum, ad iussa eius executioni mandanda, promptitudinem.

Habes hīc itaque mysteria Paterni fundi siue Verbi Paterni, quam, Iyngem Chaldæi, Ægyptij Hemphta, Platonici etiam animam Mundi vniuersalem, alijs nominibus nuncupant: nam vt suprà diximus, & in Theologia Ægyptiorum fusè deduximus, tenebant Zoroastræi Ægyptij vnum rerum omnium principium, & id vnum & bonum concelebrabant; deinde Paternum quoddam profundum venerabantur, ex tribus triadibus constitutum; atque vnamquamque triadem Patrem, Potentiam, & Mentem habere. Quibus tribus nominibus principia quoque prima nominantur. Hanc itaque triadem secundam post supremæ Mensis triformis triadem Proclus & Damascius sàpè adducunt, & duplii nomine appellant, ναπτὸν νοεῖσθαι, intelligibilem & intellectualēm; in qua is qui Pater dicitur, primo Patri respondet; quæ dicitur Potentia, Verbo, hæc enim Patris Potentia appellatur; qui verò Mens seu Intellectus nomina-

Figuralitera
Z expressa.

Figura litera
X expressa in
tab. Bemb.

Anacephalo
sis dictorum.

Zoroaster.

Paterni fundi
varia nominas.

Proclus.
Damascius.
Triadis secun
dæ duo no
mina.

Tritatis sc.
mysterium
ab antiquis
expressum.

minatur, intellectui secundo & principio tertio respondet. Quæ omnia, confirmat Damascius his verbis: Ἡ τριάς χαλδαικῶν ὑπερούσιον θεόν, secundum Chaldaicam trinitatem celebrem; quæ ita intelligenda sunt, ut sit trias quædam in Mundo Intelligibili & supremo, quem Archetypum & Hemphta Ægyptij nominabant, in quo Pater & Potentia & Mens unum essent essentialiter, quemadmodum Orthodoxi de SS. Triade confitentur; in quo Opifex Mens Patri, Potentia Filio, Spiritus Menti responderent, à qua Archetypa Triade deinceps omnium creatarum rerum triades emanarent; in quibus Patrum ordo supremus, Patri supreino, quantum posset, similis esset; Ordo secundus Potentiarum similis esset, quantum liceret, Verbo seu Filio; tertius verò Menti ordo Menti esset persimilis; & sic de cœteris: de qua triade Zoroaster dicit, οὐτις δέ εἰναι λόγος θεος οὐδὲ μονάς αἴρεται. εἰς θεόν γάρ εἶπε πάθος τέμενος ἀπαντά; In toto enim Mundo luxet trias cuius Monas principium; in tria enim Mens dicitur Patris secari omnia. Verum hæc omnia in Effatis Zoroastræis fusè explicata sunt to. II. fol. 132

Genij multi
in singulis tria-
dibus.

Hecate, & Sy-
nochæ quid.

Mythras' Per-
ratum quid?

quem consule. Nèque cogitandum est, in singulis triadibus tres tantum esse Genios, sed innumerabiles sub singulis ordinibus comprehensos; quæ omnia symbolis suis in throno seu porta Pantamorphæ Naturæ expressæ demonstrantur; quam quidem Pantamorpham Naturam Zoroaster Hecaten quoque, sicuti intellectuales mentes Synochas vocat. Est autem Hecate hoc loco nihil aliud quam unitas & idea virium, omniumque viuentium; Synochæ verò sunt intellectus, qui ab Hecate acceptum influum eius ignis, qui vitam donat, empyreo, æthereo, & hylæo Mundo infundunt, eoque Mundos & continent, & continuant, & regunt, motumque vitalem eis largiuntur. Atque hæc quidem secretior Chaldæorum & Ægyptiorum Theosophia.

Hæc prorsus conueniunt ijs, quæ Persæ ab Ægyptiis edicti de Mythra medio inter sex principalia Numina, Hemphta, Amun, Osiris, Isis, Hermanubis, Nephta; Numina æquitatis, benevolentiae, veritatis, voluptatis, sapientiae, & diuitiarum posito tradiderunt, de quibus vide Obeliscum Pamphilium fol. 172. Tomum secundum de Zoroastræis Effatis, & Class. VI. de Systematica Mundi, ut proinde superfluum esse duxerim, hic eadem cum tædio Lectoris repetere.

D I V I S I O III.

Explicatio Triadum Azoniarum.

Azoniarum
triadum ex-
plicatio.

Expliato profundi Paterni mysterio & sacramento, iam quid reliqua figurarum ac hierogrammatismorum systemata separata indicent, videamus. Primum Systema signatur literis ΓΛΞΠ, alterum literis ΦΗΜΝ. Systema prius continet binas triades L, M, N, & GΙΑ. Prior trias simulachra continet bina L, N, circumstantia columnam M, albo-nigris gradibus Loti flore insignitam, cui caput Pantamorphæ Naturæ Isidis, siue profundi Paterni caput insitit, quod portam vniuersitæ naturæ in

ver-

vertice gestat; trias verò G I K Apim continet, quam antè & post stiptant duo simulachra varijs rebus instructa. Sed aperiamus arcanum.

Trias Azonia Hecatina.

Trias Azonia
Hecatina.

Hoc itaque hierogrammatismorum Systema separatum est, & Trias Azonia dicitur. Appellantur autem Genij huius triadis A'ζωνοι, quod expeditè zona sua in zonis vtantur, & supra Deos conspicuos & sensibiles collocati sint, genus contradistinctum zonæ Deorum generi, quòd vti sensibiles Mundi partes inhabitat, ita zonas sibi præscriptas non egreditur. Trias itaque Azonia seu Hecatina continet tres Mentes, quarum nomina sunt ξεκαθότης, κωράς, & ἐκκλυσική. Dij autem A'ζωνοι illi dicuntur, Serapis, Bacchus, & Osiridis catena. ita Psellus in Oracula Chaldaica:

Εἰσὶ δὲ παρὰ ἀνθρώποις τρεῖς αἴζωνοι εἴκαται, οὓς οὐ ξεκαθότης, οὐ καλοδαική, οὐ καρμάς, οὐ Αζονίη Διή.

οὐ ἐκκλυσική· οἱ ζωνικοὶ δέ παρὰ ἀνθρώποις Θεοί, οἱ Σεράπιοι, οἱ οὐ Διόνυσοι, οὐδὲ οἱ Οστείοι Θεοί στείροι.

αἴζωνοι δέ καλοῦνται οἱ Διόνυσοι οὐδὲ Ζώνας, οὐδὲ Χαριδεύμενοι οὐδὲ ἐμφανῶν Θεῶν.

Ζωνάρχοι δέ, οἱ Τερψιχόρας οὐδὲ Ζώνας Διόνυσοι οὐδὲ Ζώνας οὐδὲ Ζώνας.

Hæc tamen Azonia & Zonæ Numina alij aliter referunt. Quomodo Ægyptij ea sumperint, Systema hoc hieroglyphicum sat superque demonstrat, atque adeo à tanta Authorum confusione tandem nos liberat, cùm mens illorum vel ex ipsis figuris patefiat. Triadem itaque L, M, N, Hecaticam dicimus, eò quòd Pater huius Hecate Ægyptia sit, quæ & à Psello ἐκκλυσική dicitur; eò quòd hylæi Mundi veluti receptaculum quoddam sit; vnde & centrum omnium influxuum dicitur, & indicatur per simulachrum M, sc̄mineo vultu, auribus caninis, veloque nigro, quo cooperitur; spectabilis; tres zonas pectori colloque circumductas habet; in vertice portæ siue domus Mundanæ figuram portat; flori Loti; cuius thyrus in modum columnæ albo-nigris gradibus distinctæ, deorsum loco Abaci in cordis candidi figuram terminatur, insistit; ex cuius columnæ medio tæniæ, bina perseæ folia, & totidem flores heliotropi emergunt. quid singula indicent, exponamus. Caput M Hecatem ecclysticæ siue Isin significat, idemque ac profundum Paternum est, in quantum se tripartitis terrestris Mundi finibus ingerit; quod aptè per tres zonas pectori colloque circumdatas indicatur: nigro capitâ velo circundatur, quia vires suas abstrusas in caliginosis terrestris Mundi partibus exerit; aures caninas habet, quia Hecatæ Canis dedicabatur, teste Macrobius, Natali Comite, Phornuto, Apollodoro; cœterisque Mythologis, & apertè docet Zoroastres, εἰς δ' ἀρχαὶ κόλπων γάμος δερποντοι κακες χεροι.

Certè ex finibus terræ prodeunt Canes terrestres. Affinguntur Hecatæ, quia ipsa est thesaurorum terrestrium custos & conseruatrix fidelissima. Verum hæc omnia in Obelisco Pamphilio, Hierogrammatismo canis abundè demonstrata sunt. Portam quadratam continet, vt ostendatur, hanc esse portam, per quam omnium superiorum influxuum vertetas in mundanam dominum deriuatur. Quia verò Mundus sensibilis innumeris rerum vicissitudinibus subiectus est, hinc aptè eidem columnam loti flore insignitam,

Mentes tres
triadis Hecatina
seu Azoniae.
Psellus.

Azonij Dij.

Hecates Ægyptiæ simula-
chrū explicatur.

Hecatis orna-
tus & habitus
explicatur.

Macrobius.
Natalis Comi-
tes.
Phornutus.
Apollodorus.
Zoroaster.

cum

Affec^{ta} Ge-
ni^ū Hecate^s.

Pierius.
Tæniæ quid
significent.

Plutarchus.
Hecate Aegy-
ptia, seu Ihs
ex Plutarcho.

Tutuli Affec-
tum Hecatis
Aegyptia ex-
pliabantur.

Hecatis
triades vi-
partitum re-
gnum.
Psellus.

cum binis hinc inde floribus heliotropicis, quæ Solis motus indicatur, cuius virtute noctes diebus, & noctibus dies, consona dissonis, mala bonis, ita attemperantur, vt inde Mundus quadantenus sustentatus in suo vigore, & absolutissima harmonia, contrariarum perpetua lucta qualitatum, quarum symbolum sunt gradus albo-nigri, vt alibi probatum fuit, composta consistat. Columna abaci loco cordis figuram habet, in medio duo perseæ folia linguam mentientia; vt innuat, naturæ huiusmodi Sacra-menta, quæ sagax & sapiens natura inuenit, alto à profanorum notitia silentio occultanda esse. Columnæ assistunt affecæ Genij L & N, quo- rum prior ξενόδοτος, alter κωρυά a Psello dicitur; utriusque officium est, influxum à suprema Hecate Ecclystice siue Patre triadis participatorum catenæ in triplicem terrestris Mundi œconomiam deriuare, nutrimentumque singulis veluti per subterraneorum meatuum venas & receptacula distributum suppeditare: quæ quidem aptè insinuantur per tres Zonas collares, tripartitum yidelicet sensitivæ, vegetabilis, & in mineralis naturæ regnum. Quid per tæniæ ex columnâ Hecatica deductas, per ybere tu- mentia & deorsum porrectæ significetur, passim in hoc Opere dictum est:

De tænijs ita apud Macrobius Pierius: *Hinc tæniæ illæ variae multiplicesque Isidi dedicatæ, non septem tantum eas Lune facies, & Heliodus nuncupat οὐρανού, γενέας, ἀνατολῶν εἰς. sed etiam vim eius quæ circa materiem versatur; in- dicant, quæ scilicet gignit omnis, & omnia concipit, lucem quippe & tenebras; i diem, noctem, vitam, mortem, principium, finem. His itaque se affecæ ex co-*

lumna Hecatica albo-nigris gradibus distincta, quibus dicta significantur, cingunt. Nam vt Plutarchus asserit. Est Ihs seu Hecate Aegyptia ea naturæ pars, quæ quasi feminea omnes in se recipit ortus, tanquam nutrix quædam εἰς commune omnium receptaculum à Platone dicta, à plerisque alijs μετόποις, innumeris praedita nominibus, quod ratio eam in omnes formas speciesque vertat; cum enim bonum intendat, & malum fugiat, sitque receptaculum subiectumq; viriusque, suā tamen sponte ad melius tantum vergit, seque præbet implendam, conseruandamque influxibus & similitudinibus, quibus fæta, & rebus gignendis apta, gaudet & exultat. Quibus quidem quæ hucusque dicta sunt, apposite respondent.

Tutuli vero utriusque figuræ L & N ex corona varijs lapidibus distincta capite supereminente, ex qua bini flores perseæ, flos loti utrinque inclinatus, & medius rectè sursum propagatus, indicant naturam triplicem cui dominantur. Sensitiva per florem loti indicatur; nam lotus ab Oriente in Meridiem, & hinc in Occidentem Solem immutabili lege sequitur, veluti sideris motum sentiendo; indicatur etiam, dictos hosce Genios ad exemplar Solis archetypi in omnibus ministerijs suis operationes suas instituere. Per folia perseæ indicatur natura vege-tabilis. Corona denique lapidibus distincta mineralis naturæ gradum indicit. Atque hæc est triadis Hecaticæ tripartitum regnum, quod eorum curæ commissum est; cuius Pater siue Princeps Hecate Ecclystice, mens ξενόδοτος, κωρυά potentia dicitur, de qua ita Psellus: τὸ δὲ ξενόδοτον αἴχμην, οὐ μόνον εἰργάνησιν την καλαίτην. οὐδὲ μεσότην, ψυχήν αἴχμην, οὐ δέ τοῦτον, αἴρην αἴχμην: Principiorum autem animalia procreantium summa vocatur Hecate, id est sensi-

tiæ

tiuæ naturæ præses; *Medietas, anima inchoatiua, & est natura vegetabilis*, vbi vita & motus, cui præsunt, primùm incipiunt: *Extremitas, virtus inchoatiua*, id est, mineralis naturæ vigor est, vbi vires & proprietates rerum, quæ proximè vitali gradui accedunt, dominantur: *Kay' Ἀζωνι ἵκανος ἐν τριεδότις, οὐ κωμᾶς, ηγένη σκαλυσικήν*. Et sunt Hecatæ sine zonis primò Triecdotis, quæ tripartito regno sufficientia præbet subsidia; secundò κωμᾶς, quæ viarum seu compitorum subterraneorum dispositrix est; & Ecclystica cum Hecate eadem, in vtero suo veluti centro quodam omnia claudit; & vtroque sexu pollet, vbere enim & velato capite fœminam, vestitus & corporis constitutioñe marem exhibit; quæ & minutis characteribus iuxta literam M. positis indicantur, quorum hic sensus est: *Triecdotis ministerio trinā compage & catenā, caelis crater in inferiorem humidam substantiam funditur*. Altera autem iuxta N. literam inscriptio hunc sensum habet: *Komas vniuersas Mundi quadripartiti semitas proficiens, Genium piscinæ sacra ad vitam inferiori Mundo concedendam, sollicitat*, Atque hæc de Hecatica triade Azonia dicta sufficiant; quare ad alia.

Hecatæ Azoniae, Triecdotois, Komas, Ecclysticas.

Characteres minutæ hieroglyphicæ circa Hecatem in tab: Bemb: explicantur.

Trias Serapæa.

Trias Serapæa

Triadum verò huic oppositarum prior seu inferior est signata literis Græcis ζ, η, θ, superior literis γ, δ, ε. Inferior trias dicitur Serapæa, quia in ea Serapis, per caput monstruosum H indicatus, Patris officium habet, figura verò ζ Mentis, θ Potentiaz; & est fontana trias fidei, veritatis, & amoris, per Serapidis caput ex omni Mundi inferioris materia compositum, quale Beroaldus in Apuleium Alexandriæ suisse tradit. Sed audiamus Beroaldum: *Apud Alexandrium templum fuit Serapidis opere fornacrio constructum, ex mirâ arte visendum, in quo simulachrum Dei ita erat vastum, ut dextrâ parte unum parietem, alterum lœvâ perstringeret, quod ex omnibus metallorum, lignorum, radicumque generibus compositum ferebatur; erat etiam dolo & arte composta fenestella ab ortu Solis ita aptata, ut radius Solaris per eam directus os & labra Serapidis illustraret, ita ut inspectante populo osculo salutatus à Sole videtur. Quæ sanè descriptio non integrum statuam, sed caput suis ostendit, & mirâ industria transformatum, cuiusmodi hoc loco apparet, in quo barba loco pilorum radicibus herbarum coagmentatur; oculi, nasus, aures omni lapidum, metallorumque genere, & musico opere espresso, cernuntur; vertex tripartitâ pennâ superbit, caput verò lotiferæ columnæ pariter in gradus albo-nigros distibutæ innititur. Serapis hoc symbolorum apparatu hoc loco nil aliud indicat nisi Solem subterraneum, qui Græcis Pluto & Dis nominatur, dominium suum in omnem subterraneam Mundi œconomiam exerens, uti capit is ex omnibus inferioris Mundi materiebus, sat superque demonstrat compositio. Lotiferæ columnæ gradibus albo-nigris distinctæ insitit, quo ostenditur, Serapin triforis Numinis, per tres pennas, quas capite gestat, sibi communicatâ potestate insignitū iuxta ideæ rationem in-*

Beroaldus: Serapidis caput osculo à Sole salutatum fuit.

Serapidis caput in tab: Bem. quid hieroglyphicæ significet.

Affec^{ta} Serapidis, eorumq; hieroglyphicis explicatione.

Serapæram
Mentem tu-
tuli.

Rana flori-
per se & insi-
dens quid
significet.

Horus.

Serapæa Po-
tentia littera
Ω significata
in tab. Bem.

Horus.
Cynocephal-
lus manus ad
Lunam ele-
uans.

tripartito regno suo, omnia disponere, consensum dissensuumque leges eâ ratione, quâ suprà ostensum fuit, ordinare, per affecas sibi assistentes ; quorum prior Serapæa mens fœminino habitu, veste ad talos usque innumeris vberibus turgente induitur, thyrsumque superius incuruum manibus tenet, quo influxus Serapis in inferiora per Serapæam mentem transfusus, & nutrimentorum vbertas per multiplicia vbera expressa, indicatur ; ex nutrimento multiplici omnia in tripartito regno, per tres corollas pectori circumdatas indicato, animantur per potentiam Serapæam Θ, cuius operationes cum mente tertia communes sunt. Tunculum gestat vtraque ex spicis & binis pennis compositum, quo indicatur potestas in vegetabilem naturam, præsertim in frumentum sibi commissa potestas & idealis ratio, iuxta quam ad triformis Numinis exemplar, quo imbutæ sunt, operantur ; tertia quidem mens Serapæa nutrimentum copiosum in vegetabilis naturæ incrementum conferendo ; Θ verò potentia Serapæa vnicuique suam assignando proprietatem, vitam, motum, quæ aptè per Serpentem ex fronte emergentem indicantur. Quæ omnia copiose demonstrata sunt primò in Obelisco Pamphilio fol. 224. & Tomo I. fol. 194, alijsque passim locis. Porro mens Serapæa M florem, cum folijs per se appositum habet, cui rana insitit. Per ranam per se flori insistentem significatur, mentem Serapæam Nili dominam imperfectionibus præsidere rebus, easque non statim ad ultimum perfectionis gradum prouehere, sed id officij relinquere potentia Serapeæ. Quod ut intelligatur, sciendum Veteres materialem seu hylæam imperfectionem per ranam Niloticam indigitasse ; videre siquidem est plerumque huius generis animalia in limo ubi procreantur, altera parte ranam, altera verò imperfectum quid, terrestre, aut lutulentum, viuentique portiunculæ applicatum exhibere ; Nili omnibus hisce fidem facit inundatio, eo quippe deturgente mures & varij generis animalia reperiuntur, inchoato opere terræ aquæque in parte corporis viuente, nouissimâ effigie etiamnum terrena ; in ranis verò quilibet maturitate genitis natura semper imperfecta ; vt proinde mirum non sit, imperfectionum rerum promotionem ranâ indigitatam suisce. Ponitur rana supra per se folium sine fructu, qui vti cordis figuram, ita folium quod hic ponitur, linguæ figuram, teste Horo, exhibit, : quo ostenditur, quod sicuti folium sine fructu nihil prodest, nec linguæ sermo quicquam boni parturit, nisi corde alto præmeditatoque prodiērit ; ita nec Serapæa mens, nisi accedat Serapæa potentia & virtus, cuius ope, quæ mens disposuit sapienter, potentia ad perfectionem & complementum perducit. Refert autem Serapæam potentiam figura signata literâ Θ, iisdem prorsus, quibus prior, symbolis imbuta . Habet sibi assistentem Cynocephalum manus eleuantem, Lunæ indicem . ita Horus : Σγλέντιον ειατωλιον γεράνων βελόμηνον, κυνοκέφαλον ζωβεάφυσι χίμαρι ταῦθε εἰσῶτα, καὶ τὰς χεῖρας εἰς θραύσον ἐπαίρετα. Lunam autem orientem indicare volentes, Cynocephalum hoc habitu stantem, manusque in cælum tollentē pingunt. Quo significatur, nutrimentum, quod vetero terrestri mens Serapæa inserit, ad perfectionem non peruenire, nisi Luna Serapæa po-

ten-

tentiae, & menti, quae sunt Serapidis, id est, subterranei Solis virtutes, iuncta, id ad perfectionem & maturitatem perducat. Atque haec est Serapæ trias, quam Græci per Plutonem, Cerberum, & Proserpinam exhibuerunt, de quibus in Obelisco Pamphilio in Mystagogia abundè disceptatum est, quem consule. Vbi vides Hecaticam triadem L, M, N, & triadem Serapæam ei oppositam ζ, η, θ, ita comparatam esse, ut vtraque patres, mentes, & potentias androgynas, id est, ex utroque sexu compositas habeat; per quod nihil aliud innuitur, nisi quod respectu superiorum aut inferiorum Numinum modò præsint, modò subsint; quæ vero androgynæ, id est, utriusque sexus, ut L & N, per ubera fœminas, & per cæterum corporis habitum mares mentiuntur, actu & præesse & subesse censentur, de quibus suse Psellum tractante consule.

Serapei patres
Mentes, Po.
tentiae, cur
androgynæ.

PseHus.

Trias Osiriaca.

Trias Osirica
duplex in
tab: Bem:

Aphelius.

Hecaticæ triadi superstet trias Osiriaca; in qua primo omnipotenter naturæ fœcundum Numen, quo eum nomine appellat Apuleius, Apis occurrit, ijs prorsus symbolis adornatum, quo eum in Obelisco Pamphilio in Hierogrammatismo Bouis descripsimus. Est autem duplex trias, una à dextris G, I, K, altera sinistra ex opposita tabulæ parte γ, δ, ε. Bos signatus litera I albo-niger, varijs signis symbolisque, quæ omnia in Obelisco Pamphilio fol. 239. & 260. descripta reperies, insignitus, Osiridis vim in Lunam influxuam significat; quem bouem albo-nigris maculis variegatum, ζῶντες Οσιεῖς Ζαγαλμα, Viuum Osiridis simulachrum, refert Eusebius, dictum fuisse, quod is per signa & symbola quædam appropriata homines doceret, eosque de rebus necessarijs humano generi instrueret: quid enim aliud 29 signa, quæ Aelianus, Herodotus, Diodorus, Plinius, Eusebius recensent, corpori eius impressa fuisse, nisi diuersos in terra Lunæ solares effectus denotant? Quid aliud per cornua, nisi radij? Quid per Aspides insurgentes cornibus inclusos, nisi radij Lunæ solares vitalibus influxibus pleni, innuuntur? Quid aliud per corollam dorso bouis affixam, phallisque & circulis quadripartitis conflatum, nisi fœcunditatem summam, quam rebus Sol & Luna conserunt, in quadripartitum Mundum diffusam, denotare voluerunt? Quid Crux ansata, amuletum Cruce ansatâ insignitum collo appensum, nisi hunc auuerruncum Dæmonem esse, quo omnes aduersæ potestates hoc periatto veluti potenti fascino fugentur profligenturque, notat? Stella vero quæ supra dorsum Tauri ponitur alarum expansione conspicua, ostendit Nephtæ siue Veneris Ægyptiæ summam in domo suo, id est, in Taurorum omnium tripartiti in Ægypto anni temporis fœcunditatem; quæ per tres phallos filo alato sideri suffixos appositè indicantur; de quibus amplissimè tractatum vide in Tomo I. fol. 357. item de Apide fol. 194. & Phallophorijs fol. 229. & in Obelisco Pamphilio fol 260. & passim alijs in locis, ut indices Lectori curioso suggerent. In hac ita-

Apis, seu Bos
albo niger
quid signif.
cer.

Triadis off.
riaca Pater &
asseclæ.
Psellos.
Diodorus.

Osiris idem
quod Bacchus

Asseclæ Osiri-
aci.
Plato.

Characteres
hieroglyphici
minuti Asse-
clæ Osiriaci.

Quadrans
astronomicus
in tab. Bemb
symbolum
temporis.
Clemens
Alex:

Apis, seu Bos
albus quid.

que Triade Osiris pater est, & asseclæ sunt *εστριπιν* & *τριπολεμος* & ita Ægyptij appellant; Psellus Μωρόν & Τρίτομον, vt alibi dictum est; Diodorus Maronem & Triptolemum, quæ tametsi corruptissima nomina sunt, summam tamen ad inuicem affinitatem habent; Diodorus sanè Maronem Osiridis socios & asseclas vinearum calendarum, Triptolemum verò agrorum calendarum, seminumque terræ mandatorum rationem docuisse ait; quæ aptè respondent Osiridis asseclis; est enim, vt iam alias fusè probatum fuit, Osiris idem quod Bacchus siue Dionysius vini præses; est & agriculturæ institutor, iuxta illud:

Tibullus.

*Primus aratra manus solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Poma que non notis legit ab arboribus.
Hic docuit tenera pâlis adiungere vitæ;
Hic viridem durâ cædere falce comam.
Bacchus ergo agricultæ magno confecta labore
Pectora tristitiae dissoluenda dedit. &c.*

Sed ad asseclas Osiriacos redeamus. Vterque veste ad talos viminibus contextâ inuolutus appetet, quod, teste Platone, agricolarum Ægypti proprium est, & sensibiles ac materiæ immersos Genios indicat; quorum prior G litera signatus bouem manu sinistrâ ad benignè influendum sollicitare, dextrâ mandata ad ministerij suires ritè peragendas exquirere videtur. Hunc autem præsidem esse liquorum hieroglyphica minuta sat docent, quorum sensus hic est: *Liquoris cœlestis in inferiora propagator*. Assecla K Triptolemus sinistrâ poculum, dexterâ phallum bouis exhibit; per vas seu poculum liquor, per phallum fœcunditas notatur; quo rectè indicatur, fœcunditatem terræ sine liquoris accessu confidere nullâ ratione posse, neque ullam rerum vertatem spondere, nisi influxu Osiridis per Maronem & Triptolemum, quæ sunt Triadis Pammeliæ Mens & Potentia; astrum verò, cui quadrans columellæ innixus, horarum discernendarum, adeoque totius temporis symbolum est, vti Clemens Alexandrinus l. 6. Stromatum docet. Cùm verò in negotio agriculturæ summa temporis ratio habeatur, rectè triadi quadratum apposuerunt, quo temporis opportunitas obseruabatur. Porro in opposita tabulæ parte alias trias γ, δ, ε, occurrit; quæ cùm ijsdem prorsus symbolis constet, eius explicationem omittendam duxi; differentia tantum in hoc nonnulla occurrit, quod bos albus Solem præcisè notet, Apis cœlestem, in quantum suâ virtute omnium rerum abundantiam exhibet. Verum cùm de duobus bobus Mneui & Apide varijs locis tûm in hoc Opere, tûm in Obelisco Pamphilio hierogrammatismo bouis vberimè tractum sit, illuc Lectorem remittimus, nè propositum nobis rerum explicandarum scopum, multitudine authoritatum iam alibi traditarum repetitione, confundamus.

DIVISIO IV.

*Quod septem Triades in media regione explicatæ nihil aliud sine,
quam septem Mundorum Genialium.*

Systemata.

Redit & sapienter Zoroaster. οὐαῖτι τῷ κόσμῳ λάμπει ἡ θεία; In toto Mundo fulget trias: ad archetypi siquidem supremi Numinis triforis rationem, omnes Mundorum Systematum rationes conditæ sunt; hinc rectè subiungit, trias individualibus rationibus secta. Sunt autem hæ triades nihil aliud, quam quædam Systemata Geniorum, quos Mundos vocabant Ægyptij. Septem triades principales paulò antè explicatæ septem Mundis respôdent principalibus, qui omnes ex archetypo intelligibili, & solo flore mentis comprehensibili Mundo triforimi, ut Ægyptij loquuntur, profluxerunt; quem & empyreum vocant, quem per corondem throni pantamorphæ naturæ, significatum esse diximus. Hunc sequitur prima trias Ophonia seu Iyngæa, quæ respondet Mundo vitali & empyreo, ut explicatum fuit, & est primus Mundus Intellectualis, quem & æthereum vocant Prisci, de quo Zoroaster, Ω πῶς κόσμος εἴχει νοερός εἰσχῆντες ακαμπτεῖς, O quomodo hic Mundus Rectores habet inflexiles! Ob constantiam videlicet, & inuiolabiles, quibus Vniuersum gubernant, leges & statuta. Altera trias Ibimorpha respondet Mundo secundo intellectuali seu æthereo, & humidam naturam contemplatur, secundum analogiam quandam rationem & archetypam. Tertia trias Nephtæa Mundo tertio respondet intellectuali & æthereo, qui pariter humidum, sed sœundatiuum respiciunt. Et hæ sunt triades Mundorum æthereorum, quibus fundum paternum constare suprà ex Zoroastre docuimus. Sequuntur quatuor triades Mundorum sensibilium quæ materiei immerguntur, quarum priores duæ triades respondent Mundis Sidereis G, I, K, & γ, δ, ε, id est, Osiri & Isidi, Soli & Lunæ, per duos boues indicatæ, & sunt inferiorum Mundorum Rectores. Sequuntur duæ triades, Hecatæa L, M, N; & ζ, η, θ, Serapæa; quæ Mundis sublunaribus & subterraneis respondent, ut dictum est; atq; adeo sunt 7. Geniorum Mundi primarij, quorum administratione vniuersa natura consistit, Triades. Quæ ita se habere, aperte Psellus ex mente Zoroastris, & Sanchuniaton Phœnix apud Philonem recitant his verbis: Αἱστὴν εἰπεῖ φασὶ σωματικὰς κόσμους, εἰμπύρειον ἔνα καὶ θεῶντας, καὶ θεῖς μητὸν Τριθεῖον, εἰπεῖ θεῖς υλαῖς, ὃν οὐ ἔχει τριθόνιον εἶδον, καὶ μητροφαῖς, οὐ δέτην τῶν οὐγλώκων Τριθόνιον, εἰχων εἰς αὐτῷ καὶ τὴν υλαῖς, οὐ καλέσοις βιβλούς. Statuunt autem Ægyptij et Chalæi septem Mundos corporeos (scilicet ab intellectualibus potentius administratos) igneum unum atque primum, post hunc tres æthereos, deinde tres materiales, e quibus ultimus terrestris dicitur, & lucis osar, qui locus est subitus Lunam, in se etiam materiam complectens, quem fundum nominant. Suntque adeo cum triade archetypa, siue Mundo extra omnem corporeum limitem longè semotissimo, octo Mundi, quibus Vniuersum

Zoroaster.
Trias in tota
Mundo ful-
get ex Zoroa-
stro.
Septem tria-
des tab. Bem.
sunt septem
Mundorum
Genialium
Systemata.

Mundus tri-
formis seu
empyreus.
Tres triades
Mundorum
æthereorum.
Mundus pri-
mus intelle-
tualis.

Mundus se-
condus intel-
lectualis.
Mundus ter-
tius intel-
lectualis.

Quatuor tria-
des Mondo-
rum sensibi-
lium.

Psellus.

O & Mundi
primarij
juxta Ægy-
ptios.

pri-

primariò administratur; qui quidem in media huius tabulæ regione ab Ægyptijs expressi cernuntur, vt sequitur.

I Trias, siue Mundus Archetypus igneus, & vitarum Mundus triformis, Hebreis אֵין סוף, Mundus increatus, ex quo prodeunt.

- 1 Ophionia trias V, S, W.
- 2 Ibisomorpha trias O, Q, R.
- 3 Nephtæa trias X, Y, Z.
- 4 Isiaca trias G, I, A.
- 5 Osiriaca trias γ, δ, ε.
- 6 Hecatica trias L, M, N.
- 7 Serapæa trias ζ, η, θ.

- | | |
|----------------------|--|
| Quibus
respondent | 1 Mundus vitæ & ignis. |
| | 2 Mundus in humidam substantiam influens. |
| | 3 Mundus Nephtæus in fœcunditatem influens. |
| | 4 Isiacus Mundus Lunaris. |
| | 5 Osiriac. seu Solaris Mundus. |
| | 6 Mundus Hecatinus in vegetabilem naturā influens. |
| | 7 Mundus Serapæus subterraneam substantiam administrans. |

Platoniconum
de octo Mun-
dis sententia.

Cabalisticum
de octo Mun-
dis sententia.

Zoroaster
Auctor.

De hisce Plato ex Ægyptiorum mente decretisque in Epinomide scribit, Philosophum scire oportere, quomodo septem circuli sub primo versentur; vnde in Timæo primum & exemplarem cum reliquis coniungens Mundis, octo circuitus ponit. Hanc eandem Ægyptiorum de septem Mundis & Mundo Archetypo triformi positionem confirmant Cabalistæ, qui aiunt, decem esse Mundos, quorum septem reuelati, tres absconditi sunt; per septem Mundos innuunt Mundos creatos; per tres absconditos, increatos, & vocantur Mundus emanationis; ita in Tikkunin Zohar

titulo Porta Eliæ:
**וְאָמַר רְבִזּוֹן עֲוָלִים רְאַנְתָּה הוּא חֶד וְלֹא
 בְּחַושְׁבֵּן אַנְתָּה הוּא עִילָּאָה עַל כָּל עַלְאַיִן סְתִים עַל כָּל
 סְתִים לִיתְמַחְשֵׁב תְּפִיכָה בְּךָ בְּלֹא אַנְתָּה הוּא דְּאַפִּיקָת
 עַשְׂרֵת תְּקוּנֵין וּכְרִינֵן לוֹן סְפִירֵין לְאַנְהָרָא בְּהַזּוֹן עַלְמֵין סְתִים מֵין
 דְּלֹא אַתְגָּלְיֵא וּעַלְמֵין דְּאַתְגָּלְיֵא וּבְהַזּוֹן אַתְבָּסִיא מְבֻנֵּי
 נְשָׁא וְאַנְתָּה הוּא דְקָשֵׁר לוֹן וּמַיְיחֵד לוֹן וּבְבֵין דְּאַנְתָּה מְלָגָא
 כָּל מְאָן דְּאַפְרִישׁ חֶד מְחַבְּרִיה מְאָלֵין עַשְׂרֵת אַתְחַשֵּׁב
 לְיִחְ:**

Aperuit Elias, וְאָמַר dixit: Domine Mundorum, tu es iste unus extra numerum, et tu es excelsus supra omnes excelsos, absconditus omnium absconditorum; nulla enim mens te comprehendere potest; tu es qui produxisti decem syntagmas Mundorum, ad illuminandum in ijs Mundos absconditos, qui non reuelati sunt, in reuelatis vero abscondis te a filijs hominum, et tu qui annexus es eis, וְאָמַר tu unus te ijs;

*ijs; & quantum tu es in intrinseco, quicunque separat unum ab alio ex ipsis de-
cem, reputatur ipsi ac si separasset ipsum. Quo discursu, quem nos suprà
archetypum diximus, eum Zohar dicit absconditum & non reuelatum,
qui quidem trinus est, Mundus Kether, id est, Corona, Mundus Binach,
id est, Intelligentie, & Mundus Chochmah, qui est Sapientie, qui tres vnum
Mundum faciunt propter unitatem essentiae; reliqui septem ab hoc pro-
fluunt emanatione quâdam ineffabili, quemadmodum Botrillus in Iezira
his verbis ostendit.*

Botrillus.

**אמנים גם הם בשאר כל העולמי נפרדים בפיזור
גמר מעולם האצילות כי העולם האצילות לא נתחדש
ולא נברא ולא נוצר ולא נעשה באשר שאר כל העולמות:**

*Verum & hi omnes Mundi, sicuti reliqui, diuisi sunt diuisione & distinctione per-
fecta à Mundo Archetypo seu diuino, quia Mundus Archetypus seu diuinus non
innouatus, neque creatus, non formatus, neque factus est, sicuti reliqui omnes
Mundi. Quod verò hi Mundi singuli intellectuales potentias habeant
in suas triades distinctas, quæ Mundis præsint, apertis verbis Simeon Io-
chaides Chaldæus Author Zohar monstrat de secretiori Veterum Philo-
sophia tractans :*

Mundi singuli
habent suas
Potentias in
triades distin-
tas.
Simeon Io-
chaides.

**ובכל אחד ואחד נאמר עולם ויש לו שלשה אמות והוא סור
גדול מופלא ומקופה וחותם בשט טבעות וממנו יוצאים
אש ומים ומהלך זכר ונקבה שלש אמותames יסידן
ונחן נולדו אבותיהם נבראה חבל ואמש הוא אויר מים
אש שמים נבראו תחולת מאש וארץ נבראת ממים
והויר מברי ע בין האש ובין החמים:**

*Et unusquisque Mundus sunt ipsi tres matres, & hoc est secretum magnum, admirabile, & absconditum, sex signaculis obsignatum, & ex eis prodeunt ignis, & aquæ, quæ dividuntur in mare & feminam; tres matres sunt fundamentum eorum, & ex iis generati sunt patres, ex quibus creatum est omne illud, quod est in Universo, & illud sunt aer, aqua, ignis, mas & femina, Cœli pri-
mò creati sunt ex igne, terra creata ex aqua, & aer conciliator est inter ignem
& aquam. Et omnia ex libro Iezirah extraxisse videtur, ubi iisdem penè
verbis leguntur citata verba. Certè Iochaides hæc Cabalica descriptio
adeo propè ad hieroglyphicam nostram exhibitionem hoc loco proposi-
tam accessit, ut eam non tam innuisse, quam explicasse videatur. Sed
examinemus singula. Quod prisci Cabalistæ per literas occultè & sym-
bolicè exprimebant, id Ægyptij per figuræ hieroglyphicas, ut in Cabala
demonstratum fuit. Trias illa Matrum nihil aliud indicat, nisi paternum
fundum tribus triadibus compositum; & hæc fuit traditio Veterum à
primæi Mundi Philosophis propagata. Prima Trias ignem, ut dixi-
mus, vitalem notat, Pantamorphæ naturæ indicem; secunda trias notat
aquam, cui Ibjimorpha præst; tertia trias aërem, cui Nephta dominatur.*

אויר
מים
שא

Cabalista
exprimunt
per literas
quod Ægy-
ptij per hiero-
glyphicam,
tab: Bemb:

Ex

Trias matrū significat Paternū in fundū tribus triadibus compositum. Cabalisticum effatum de Mundorum productione explicatur.

Ex prima triade ignea Cœli creati sunt, & terra ex aquis, id est, ex Ibimorpha matre, & aëris seu Nephta, vel ipso Plutarcho teste, mediatrix est inter ignem & aquam. Vocat mirabile, magnum, & absconditum mysterium, quia proprietates archetypas respicit & innuit; sex signaculis obsignatum dicit, quod quæcunque Deus sex dierum spacio in Mundo produxit, ijs comprehendantur; ex ijs ignem & aquas prodire dicit, quæ in marem & fœminam diuidantur, quia ignis & aqua sunt rerum omnium principia, ita ut ignea vis marem, & aqua fœminam notet: atque his præsunt patres, quibus omne quod in Vniuerso est, traditum creditur. Atque has esse fundi paterni triades, expressè his verbis docet:

*瑣הides in
Zohara &
Isiaca.*

**שלש אמות חקן וצבן וצרפן וחותם בהן שלש אמות
בעולם ושלש באשה ושלש אמות בנפש זבר ונקבה:**

Tres, inquit, matres Deus excuspsit, et exarauit eas, et combinauit eas, et obsignauit in ijs tres matres in Mundo, tres matres in anno, et tres matres in anima marem et fœminam. Vbi vides eum promiscue accipere matres pro patribus, & patres pro matribus, marem pro fœmina, & fœminam pro matre; vti tabula etiam Isiaca ostendit, vbi vides etiam virili habitu exhibita simulachra mammis turgere, velis ornari, & fœmininâ specie expressa, virilem habitum nientiri; quibus, vt dixi, nihil aliud innuitur, nisi quod secundum diuersum conceptum prout præsunt, mares, prout subsunt, fœminas exhibent; & hi sunt, qui Mundi, annorum, & temporum præsides constituantur. Quæ omnia in Cabala fusius expolta vide. Pergit postea author citatus.

ומהן נולדו שבע משלשות מעלה ומטה. מורה ומערב צפון ודרום והיבל הקדש באמא והוא נושא את בולן:

Et ex his nascuntur septem triades, suprema, inferna, Orientalis, Occidentalis, Septentrionalis, et Meridionalis, et in medio templum sanctum sustinens omnia. Quid aptius ad nostram explicationem adferri possit, non video. Quid per templum sanctum in medio omnia sustinens aliud, nisi domus seu thronus Pantamorphæ naturæ in tabulæ medio expressa indicatur? quæ stipatur ab Oriente, Occidente, Septentrione, & Meridie, infernè, & supernè ab asseclis septem triadibus, seu septem Mundorum præsidibus, vti expositu suit; quæ Chaldaico stylo prosequitur Iochaides his verbis:

והרא שבע מקומות דמנהוּן נצלו כל טבעה והשלשות דמנהוּן דבקו כל פתגמיא:

*Zoroaster.
Iochaides.
Psellus.
Iochaides
videtur de-
sumpisse sua
de Mundoru
productione
ex Zoroastro.*

Et his sunt septem fontes, ex quibus uniuersa natura profuit; et catene sunt, quæ omnia conneclunt. Quæ sane verissima esse ipse Zoroaster, ex quo forsitan Iochaides hæc descripsit, in suis Oraculis, vti est apud Psellum, restatur his verbis: Σέβωντες οι Αἰγαίοις απολάμψαν θεάδα πίσεως, τοις αλυθείσις, καὶ ἔργον, τοις ἐπιτα πηγαῖς, τοις ἀρχικὸν ἄλισι. Λόγος τὸν οὐλαιῆς ταῦτας οὐ πέρχεται Μήτικον, οὐ ποτίσις αὐθησεως, οὐ ταῦτας κείτιν, οὐ περισσιών ποτίσις, οὐ ποτίσις μίσοντεσ, οὐ παρεγκένεσιν ποτίσις Κορινθίους Τύπους.

εἰνῶσις συμβίβασι, καὶ πηγαῖς ἀκρότηται, Α' πάλλων, Οὐρανός, Εἶγος, υἱοκαὶ δὲ πηγαὶ φαῖται κέντρων, καὶ σοιχεῖων. Venerantur etiam Aegyptij triadem fidei, veritatis, εὐ-
amoris, τὸ septem fontes, Solem Imperatoriū, εἰς à materiali fonte Archangelicum, Septem fons
fontem sensiōnis, εἰς fontanum iudicium, εἰς fulminum fontem, εἰς fontem specu-
lorum seu inspectionum, fontem characterum incognitis constitutionibus composi-
tum, εἰς summitates fontanas Appollinis, Osridis, εἰς Mercurij; materiales
verò fontes dicunt centrorum & elementorum. Ita ut per Solem Imperato-
rium, Solarem Mundum; per Archangelicum materialem, Lunarem; per
sensum fontem, Saturninum; per fontanum iudicium, Ioualem; per
fulminum fontem, Martium; per speculorum fontem, Venerem; per
characterum denique fontem, Mercurialem Mundum intelligat. Quæ
quām aptè septem triadibus, siue septem Mendorum Systematis in tabu-
la expressis applicentur, ex explicatione suprà posita patet.

Notandum tamen, has septem triades ita sumi ab Aegyptijs, vt se-
cundùm analogiam quandam facile tribus Mundis, Archetypo siue Idea-
li & Intelligibili, deinde Intellectuali Angelorum, denique Sensibili
Mundo applicari possint: in Archetypo quidem vt Intelligentiæ, Patres,
& Ideæ; in Intellectuali sub conditione intellectuali, & prout sunt Vir-
tutes immediatae ab Archetypo profluentes, quorum curæ Mundi septem-
plices commissi sint; in Sensibili sub conditione materiali considerantur.
Verum qui hæc enucleatiū cognoscere desiderat, is audeat Classem de
Cabala, aliosque passim tractatus in hoc Opere exhibitos. Atque hæc
sunt, quæ de media huius tabulæ regione dicenda putauit; quare ad reli-
quas tabulæ regiones explicandas procedamus.

Septem Aegy-
ptiorum tria-
des applicari
possunt tribus
Mundis, Ar-
chetypo, In-
tellectuali,
Sensibili.

D I V I S I O V.

Supremæ Regionis tabulæ interpretatio.

Suprema Regio literis E Finclusa continet duodecim Rectores Mun-
di, in quatuor triades diuisos, qui duodecim signis & mensibus re-
spondent. Prima trias P, S, V, dicitur Mendesia; & respondet tribus
mensibus, Σεπτεμβρίου & Φεβρουαρίου & Φαρμούχου. Secunda Trias X, Z, A,
Ammonia dicitur, & respondet tribus mensibus Πάγωνος & Πάσχας &
Επηπτ. Tertia trias B, C, E, Momphæa dicitur, & respondet tribus men-
sibus Αεγαρπίου & Θαύρατου & Πάδνης. Quarta trias Omphæa dicitur, &
respondet tribus mensibus Σεπτεμβρίου & Χριστου & Ταῦρου. Atque hi sunt Re-
ctores Mundi Siderei, quorum officium est, totius anni cursui, in rerum vni-
cuique conuenientium productione procuranda præesse. Sunt Genij admi-
nistratores Pantamorphæ naturæ eo ordine, quo cōuenit, in administratio-
ne rerū dispositi: Teias γνῶν, teste Zoroastro, εἰς πατέτην κόσμῳ λάμπει. εἰς Φία γνῶν εἴσε-
γεις πατέτης αἰδίος τῷ πατέτῃ κυβερνῶν. Καὶ ἐφαίνεται ἐν ἀντηῇ οὐ τὸ αὔτην, καὶ οὐ σωρία, καὶ οὐ πολύφερον
αἴθεντα, τὸ δὲ πάτερ θεός τοις θεοῖς. Toto enim in Mndo lucet Trias. In tria
manquæ dixit Mens Patris æterni; Mente omnia gubernans. Et apparuerunt in ipsa
Triadis, τὸ Sapientia, & multifica Veritas. Hinc fluit Triadis vultus ante essentiā.

Suprema tab:
Bemb: regio
continet qua-
tuor triades
Rectorum
Mundi.

Rectores
Mundi siderei,
eorumque
officium.

Zoroaster.

Pſellus. Poli Iyngem enim siue Pantamorpham naturam fundi paterni in suas triades cosmicas diuisi, proximos esse Rectores Mundi, Pſellus ex Zoroastro his verbis ostendit: ἀταδέσιν νομῆται μὲν θεοὶ τρεῖς, οἱ σωμάτεις, οἱ ἐπι-
τελεῖς, οἱ θεῖαι, οἱ οὐλαῖς. Post intelligibilem Iyngem proximè sequuntur Mundi Rectores seu Ductores, ignei, aetherei, & materiales. In duas Classes, aqueorum, & terrestrium, diuiduntur; atque hi in fluxu suo cœlesti continuas in quatuor elementis igne, aëre, aqua, terra combinationes moliuntur, varias inter se compositionū naturaliū miscellas adornat, tūm ad Mundi concentum, tūm ad rerum omnium vbertatem procurandam intenti. Hi signorum & mensium Præsides, Mundum iuxta duodecim terminos administrant. Habent autem singulæ triades suum Patrem, aut matrem, suam Potentiam, & Mentem; quarum duæ medium patrem aut matrem semper veluti choragum suum respiciunt, ut ex tabula patet. Quòd verò hæ duodecim mensibus & signis præsint, his verbis ostendit Iochaides ex libro Iezirah, genuinus Aegyptiorum discipulus:

Iochaides. **וַיְבִרְאֵשׁ שָׁעָרִים חֲקָקָן וְצָרְפָּן וְצָרְבָּן וְצָרְבָּן בְּהֶם שְׁנִים עַשְׂרֵה מְזֻלָּות בְּעוֹלָם סִימָן טְשַׁת מָאָב סְעָק גְּדָד וְאַלְוָן הַן יְבָן חֲרַשִּׁים מְנַהֲגִין וְעֹשָׂה אֹתָם בְּמִינָן מְרִינָה וְעַרְכָּם בְּמִינָן מְלָחָמָה וְגַם אַת זֶה לְעַמּוֹת וְהַעֲשָׂה הָאֱלֹהִים שְׁלַשׁ אֲמֹת שָׁם שְׁלַשׁ אָבוֹת שְׁמָהֶם יֵצֵא אֲשָׁרוֹח וְמַיִם:**

Rectores Mundi prez. sunt mensibus & signis Zodiaci. Duodecim portæ sunt, exculpit, & combinavit, & formauit in ijs 12 signa cœlestia in Fundo, signa eorum sunt: תְּלָה שׂוֹר חַהְמִים sunt: id est, Aries, Taurus, Gemini, trias prima: secunda trias, id est, סְרִטְן אֲרִיה בְּחַולָה Cancer, Leo, Virgo: Tertia trias פְּנַעַם, id est, קְסָף Libra, Scorpius, & Sagittarius; quartæ trias גְּדָד, id est, דְּגִים Capricornus, Aquarius, Pisces. Et hi sunt duodecim moderatores, quos instar dispositi Civitatis, & direxit eos ad modum bellū, & fecit unum è regione alterius, tres matres que sunt tres patres, ex quibus egreditur ignis, spiritus, & aqua. Ex his, ni fallor, luculenter apparet, duodecim figuræ nihil aliud denotare, quam duodecim Intelligentias anni Præsides in quatuor triades diuinas.

Irias Mendesia.

Verū iam singula particulatim exponamus. Prima trias P; S, V, Mendesia est, & Hyemi respondet, cuius Patrem S, Mentem V, Potentiam P exhibet. Dicitur Mendesia à voce Aegyptiaca مَنْدَسِيَة teste

Herodotus.

Herodoto, qua hircum nuncupant, unde & Ciuitas, & Nomus Mendesius, nōmēh suum obtinuit, & hucus-afz, M. impositus id satis demonstrat.

Hircus hieroglyphice quid.

Hunc occidere videtur figura S Pater. Est autem hircus hieroglyphicè nihil aliud quam secunda vis terræ primigenia anni, quæ veluti primitias quasdam germina producit; quod in Aegypto tribus mensibus triadi Mendesiae correspondentibus contingebat, teste Manetho, mense Mechir, Phamenoth, & Pharnuthi, quibus Mendesij hircos immolabant, veluti ineuntis anni felix auspiciū. Cui astipulatur Aelianus l. 10, hist: c. 24.

Manethon.

vbi capras fœminas capiti Isidis in delicijs esse, mares autem immolari, tradit. Hinc ad Græcos videtur manasse Capricorni in Cœlum translatio, cui

Aelianus.

cui mensis Mechtir respondet. Sed de his amplè in Astrologia Ægyptiorū, & de Hirci hierogrammatissimo fusè in Obelisco Pamphilio, quem consule. Simulachrum S, hircum cornibus tenet, quia vis Solaris per cornua indigitata, tunc temporis, tametsi sopita & cohita, tamen moderata saltem, apta est ad herbas & gramina producenda. Ex velato vertice viperam emergentem continet, quia potestas Numinis occulta vi terræ incubans vitam præstat; tutulum florigerum capite tribus fasciculis compactum bisulcae flammæ impositum gestat, quia summam herbarum trimestri hoc spatio colligendarum tūm hominibus, tūm iumentis vbertatem præstat. Asseclæ V sceptro lotifero, & fœmineo habitu, vbere turgen- te, id est, Menti commendat præsidium; est enim lotiferum sceptrum, vti s̄æpe diximus, symbolum conformatio[n]is, quā ad ideam sibi præscriptam Mens in omnibus à Patre sibi præside commissis fidenter exequendis ope[r]atur. Assecla verò P habitu masculino, tutulo florigero, ὁφι-κινλο-πτεροφόφ, & velo cum v[er]pera emergente, ad hæc sceptro Cucuphamor-pho fulgens, Potentiam exhibet, qua à mente præscripta in executionem deducit, vitam, calorem, cœteraque ad felicem germinum prouentum necessaria suppeditans. Vt[er]que assecla P, V, Crucem ansatam gestat, symbolum Numinum apotropæorum; quia res contra aduersas potesta- tes fidei suæ commissas defendunt, vti iam s̄æpe inculcaimus; quod & ta- bulæ sacræ, seu amuleta Q & T indicant. Notandum quoque, in omni- bus triadibus masculum & fœminam reperiri; quo quidem nihil aliud nisi principiu[m] actiu[m] per matrem, per fœminam passiu[m] indicatur, quibus generatio rerum perficitur.

Secunda Trias verno tempori correspondens est X, Z, A, & Ammo-nia dicitur, quia Ammoni consecrata est; cuius signum est Aries cum vase apposito, tribus thyrsis fructiferis insigni; & symbolum est caloris vehementis & fœcundi, quo fructus hoc trimestri in Ægypto maturan-tur; de quo sic Abenephi:

فَالْمَا يَرِيدُونَ جَنَانَ الْأَرْضِ بِعَالَمٍ وَكَانَ يَصْرُوْ صُورَةً لِلْجَنَانِ

Indicaturi calorem mundinum, Arietem pingebant. Quæ confirmat Rabbi Iehuda in Zohar, colum: 469 his verbis:

וְהַמְצָרִים הֵן עֲוֹבְרִים מִלְּטָלָה בְּבָעֵל חָאשׁ

Ægyptij adorabant signum Arietis, igne armatum: Quæ confirmat ipsa bisulca flamma è vertice Arietis ventilata. Vide de Ammonio Ariete vberimè tractatum in Obelisco Pamphilio fol. 269. & sequentibus. In hac itaque Ammonia triade X Patrem, Z, Matrem seu Mentem, A Poten-tiam exhibet. Figura X Pater Ammonius telo seu lancea cuspidata vim caloris Ammonij notat; phænicopterum niloticum manu similiâ tenet; quæ cùm abundantiam fructuum, cœterorumque prouentum notet, aptè per auem piscatricem, & varietate colorum mirabilem significatur, cuius mentionem facit in sua historia Heliodorus l. 6. Καὶ νῦν δὲ Θεῷ ὅργῳ τίνα τέτοιος εἰσεῖται Φοινικός τε τοιούτος φιλάττης διπλαῖμα κομίζων. Nunc verò Deo aetem quin-

Simulachrum
S. tab. Bemb.
explicatur.

Asseclæ simu-
lachi S. tab.
Bembinæ.

Masculus &
fœmina in
singulis tria-
dibus Rege-
rum Mundi.

II. Trias Am
monia.

Abenephi.

Rabbi Iehuda.

Ammoniz
tria dis Pa-
ter, Mens,
Potentia.

Heliodorus.

Fig. in prima
tab. Bemb.
regione sub
fig. Z.
Hyginus.

Figura A re-
gionis prime
tab. Bemb.

Horus.

Cynocepha-
lus.

Horus.

dam eiusmodi, ut vides, *Niloticum Phænicopterum, amicissimæ compaginem veluti quandam exhibens*; scilicet Matri Z Isidi, quam hoc trimestri ad frugum conseruationem cultam Hyginus tradit. Hæc habitu induitur ansatis Crucibus bifurcatis referto, quo influxum multitudo, idealisque potestatis plenitudo notatur. Vas Niloticum dexterâ exhibit figuræ X Patri Ammonio seu Osiridi: Ammonem enim & Osridem passim confundi, varijs huius Operis locis demonstratum est. Per vas Niloticum humoris præsidium notatur; petere velle videtur ab Osride, ut calore suo eam imbuat, sine quo nulla rerum generatio expediri queat, vtpote quæ solo calido-humido perficiatur; calido se habente per modum principij actiui, humido verò per modum principij passiui. Nebride induitur Bassaridum more; per Nebridem maculatam nouelli fœtus animantium, quæ hoc tempore in Ægypto repullulant, aptè indicantur; adeo ut eandem ob causam Græci Ægyptiorum Simiæ Dionysio & Cybeli Nebrida attribuerint; de quibus vide *Mystagogiam Ægyptiam, Obeliscum Pamphilium, & Genealogiam Deorum in primo huius Operis Tomo*. Sequitur Isidem Ammoniam A figura, Potentiam in Triade notans; dextrâ pennam Ibis, sinistrâ vas Niloticum gerens; per pennam vis apotropa, quâ humili tutorem se monstrat contra aduersas typhonias potestates, innuitur; pennæ siquidem Ibiacæ tactu, Horo teste, Crocodilus sideratur Typhonis symbolum. Fœmoralia tenet in formam coni radiosi porrecta, queis radiosa spermaticæ facultatis vis quâ in humidum pollet, signatur; symbolum Ægyptijs à similitudine herbarum, graminum, arbordum, plantarum, in quibus vis spermatica nescio quid concum affectat, dum omnia ex latiori basi in turbinem radiosâ fœturâ agitat; conus verò in formam quadrantis Astronomici elaboratus est, ut indicatur, temporis rationem ad fructuum vberem prouentum cum primis obseruandam esse. De tutulis figuræ Z & A vide supra in Capite de tutulis, ubi, & in alijs locis passim, eos expositos reperies. Sed quid Cynocephalus Y indicet, videamus. Incipit Vernum tempus huius Ammoniæ triadis ab æquinoctio, cuius symbolum est Cynocephalus; ratio symboli est, quod hoc animal tempore æquinoctij, quo duodecim horarum dies longus est, duodecies vrinam reddere, arque hoc duodeno mictu æquinoctium iam adesse, monstrare soleat, quod Horus testatur his verbis: Ισημερίας δὲ πάλιν σημαίνοντες, κινωκέφαλον καθί μηνον ζωγείφεσι ζῶσιν. Καὶ οὐσὶ γὰρ ισημερίας τῷ σηματὶ δωδεκάτης ἡ μήνεσσι καθ' ἕκαστην ὥραν ἔρει, Τὸ δὲ ἀντέ τὴν οὐσί την τοιαῦτην. Rursus æquinoctia significantes idem animal Cynocephalum sedentem pingunt, duobus enim anni æquinoctijs duodecies in die, per singulas nimirum horas vrinam reddit, idemque εὖ noctu facit. quod aptè insinuatur per numerum sex circulorum quadripartitorum, cui insidet, Abaco, incisorum; sexies enim quatuor faciunt 24; Lunam sextilem in capite gestat, cum circulo cui serpens includitur, quo Solis & Lunæ coniunctio indicatur, quæ maximè in hac anni statione Ammonia veluti futuræ vbertatis prognosticon obseruabatur; nam Cynocephalus hoc tempore fremens, & maxima indignationis indicia præbens, dirum portendebat; Iudens verò & exul-

exultans, bonum auspicij omen exhibebat. Vide quæ de his fusiis Horus l. i. c. 14. & nos passim tūm in Obelisco Pamphilio, de Hierogrammatismo Cynocephali, tūm in horologiographia Ægyptiorum egimus.

Sequitur iam Trias Momphæa, Æstati correspondens, tribus figuris B, C, E, exhibita. Dicitur Momphæa, quia Momphæa incrementi Nilotici, uti fusè in Obelisco Pamphilio in Hierogrammatismo Leonis docuimus, præses Numen est; quod aptè sanè exprimit D Sphynx Nilotica. Sed audiamus verba Hori, qui lib. i. c. 21. sic Nili inundationem describit: Νέλς δὲ αἰάβασιν σημαίνοντες ἀν καλεσιν Αἴλυπτισι τοιοῦ, ἐγραφόθεν δὲ σημαίνειν νέον· ποτὲ μὴ λέοντα γράφεσι; &c. ἐπειδὴ οὐ οὐλιθοῦ εἰς λέοντα γράφει θρυσσοῦ, πλείονα τούτου αἰάβασιν τὰ Νέλαι ταῦται. οὐδὲ ἐμμένοντο. Τοῦτο ζωδίῳ τάττεται σύμμοιχον τῆς νεάνιδας θρυσσοῦ πλημμυρεῖ πολλάκις. οὐδενὶ καὶ ταῖς χολέσθεσι, οὐ τῷ εἰσαγωγῆς οὐδὲ ιερῷ κελεύων λεοντοφόρος κατεισθαί οὐδὲ οἱ ἀρχαῖοι οὐδὲ τηταῖοι ἔργων θητίσαται, αὐτὸς οὐδὲ μέχρι τοῦ κατ' οὐδὲ χλωρούσας οὐδέποτε θρυσσοῦ. Nili insuper inundationem significantes, quem Ægyptiā voce Nun (rectius μων) quod si interpreteris, nouum (verius aquas) sonat, appellant; modò Leonem pingunt εἰρ. quod cum Sol Leonem subit, ampliorem Nili faciat inundationem; quandiu enim Sol in hoc signo persistit, sæpenumero in duplum ipsius Nili aqua excrescit, unde εἰρ tubos canalesq; sacrorum fontium solent primæi hieromantæ Leonis figura fabricare. Hinc in hunc usque diem dum præmodica inundatione preces effunduntur, Leonis signo uti solent. Sphynx itaque sedens, alis, & Lunæ facie κεραῖον, id est, cornuta, & in circulum contorta, cui character Agathodæmonis inseritur, conspicua, hæc inquam nihil aliud quam Intelligentiam Momphæa, incrementi Nilotici Præsidem notat, qui hoc trimestri spacio maximè in Ægypto dominari, ut in Astrologia docuimus, credebatur. Lunam in capite gestat sextilem in circulum contortam, ut ostenderetur, coniunctione Solis & Lunæ intra 48 dies, quibus incrementum à principio ad finem durat, maximè vrgeri; characterem inclusum gerit in capite, quo indicatur, Agathodæmonem Momphæo Numini subdelegatum influxibus huius maximè incitari; crescit autem continuò ut plurimum 24 diebus, & totidem diebus decrescit; quæ sanè aptè indicantur per circulos sex quadripartitos basi inscriptos, qui 24, ut dictum fuit, notant, & hic numerus duplicatus 48 constituit, totius incrementi durationem. Verum ut hæc omnia aptius confirmetur, reliquas figuræ huius Momphææ triadis ordine examinemus.

Tres sunt præsides, signatique literis B, C, E. C patrem notat, Διοσκορᾶς Numen: vittâ ornatur in calathi modum efformata, ex qua circa frontem serpens exit, binis Accipitrinis pennis & circulo intermedio; quæ omnia vigoris Solaris, vitæ calorisq; mundani, quo humidam Mundi substantiam imbuit, symbola sunt; dextrâ Crucem ansatam fert, tūm influxus, tūm auerruncationis symbolū; laeuâ baculum cucuphomorphū gestat, varietatis quam in humida substantia producit, notam; asseclas habet E mentem Isiacam, & B potentiam executricem. Isiaca mens E velo tegitur candido in modum vafis Nilotici protuberante; cui cornua bouina insistunt, cum intermedia stella, & binis pennis: dexterâ manu sceptrum pennigerum gestat, ex qua vtrinque duo triangularia fistra dependent.

III. Trias
Momphæa.

Sphynx Nilo-
tica.

Sphynx Niloticae habitus
& gestus hie-
troglyphicus.

Momphææ
Triadis præ-
des tres.
Pater Momphææ
Triadis.

Mens & Po-
tentia Mom-
phææ Triadis.

*Idee Mensis
hieroglyphica
explicatur.*

dent. Quid verò hæc opinia significant, exponam. Vellum candidum indicat diuinitatis vim detectam; cornua bouina Isidi attributa, & ex vase Nilotico emergentia, indicant agriculturæ, cui præstet, post incrementi abundantiam, felix auspiciū; stella indicat Sothis, quam incrementi Nilotici prænunciam dicebant, atque ex ea totius anni secuti statum diuinabantur; quæ omnia his verbis Horus confirmat l. 1.

c. 3. Εγωσέν δὲ βελόναρχοι σπιλῶσαι, τοιν τετέσι γυναικα ζωοεργεῖσι. ταὶ δὲ ἀνταὶ εὐτὴ Θεῶν σημαίνεσιν. Τοις δὲ παρ' αὐτοῖς έστιν αὐτὴν Αἰσυπτισὶ καλέσθι. Σωθις, Ελλινισὶ δὲ αἴσερχον, &c. Ετι δὲ καὶ διότι καὶ τέλος τὰς αἴσερχον σημαίνει τοῖς ταῦταν τὴν ταῖς οὐκανταράτων τριηδεῖς. Διότερη δὲ αἱ λέσχαι Τον ἐπικαύτον Ιστιν λέγεται. Porro annum significatur Istin, hoc est, mulierem pingunt, quo etiam Deam significant; est autem apud eos Istan fidus, quod Aegyptio nomine Sothis, Græcis vero astrocyon dicitur, quoniam in huiusc fideris exortu ea signis quibusdam obseruanus, que toto anno peragenda sunt, ideo non absque ratione annum Istin appellant. Diximus Sothis stellam, Canis, prænunciam fuisse incrementi Nili; quia ad ortum huius Nili inundare dicebatur, uti apud Hyginium & Manilium, de quo primo Tomo de Nili incremento actum est. Manu dextrâ sceptrum gerit pennigerum cum sistris triangularibus, quorum sonitu motus rerum, teste Plutarcho, & aduersarum potestatum Typhoniarum malignitas profligari credebatur. Verum de sistrorum significatione mystica passim hoc Operre tractatum vide. Figura B pariter sœmineo habitu induta, dextrâ Seriphium seu Absinthium marinum exhibet, læuâ baculum seu thyrsus papyraceum, quo rerum necessariarum humano generi ybertas, uti in Obelisco Pamphilio probatum fuit, indicatur; capite Thermutin, id est, serpentem ιεροκόμοφου sustinet; quibus symbolis quid sibi voluerint, exponamus. Seriphium seu Absinthium marinum, teste Theophrasto, circa initium mensis Thoth maxima copia in Aegypto prouenit, eiusque maximus in sacris ritibus cœremonijsque peragendis usus erat, symbolumque erat antidoti contra putrefactionem; atque ideo Isidi & Momphtæ, tanquam Nili præsidibus dicatum, & ab Isiacis præferri consueisse apud Plinium & Dioscoridem legimus. nascebaturque in Taphosiri, id est, Ciuitate, quæ sepulchrum Osiridis dicitur, eiusque ope Osiridem à Typhone occisum ad immortalitatem reuocatum Plutarchus afferit. Vide de Seripho plura in hierogrammatismo plantarum. Thermutis sacri Serpentis genus est, cuius velum Isidis, quo circundatur, index est; ιεροκόμοφος, id est, Accipitris capite insignitus pingitur; quæ arcana similitudine alluditur ad vitam, lucem, motum, quibus Agathodæmon Ophionius, qui semper per huiusmodi thermutin indigitatur, influit in hanc potentiam Isiacam seu Nephtæam; hisce enim dum humidâ substantiâ per Nephten imbuitur, veluti occultâ quadam vi Momphtæ seminaria animantur, & ad eam rerum varietatem, quam Nili fœcundum incrementum secum adducere solet, producendam disponuntur; hinc non male Thermutidi Accipitris caput impositum fuit. Epies siquidem Hieromanta sapientissimus, ut est apud Eusebium, ita de eo scribit: Τὸν ἀρώτον οὐ θεοῖς οὐδὲ θεῖς ιεροκόμοφος, Πρίνας omnium diuinissimum,

Ser.

*Sothis stella
incrementi
Nilotici præ-
nuntia.*

*Hyginus.
Manilius.*

*Seriphium seu
Absinthium
marinum.
Theophrastus*

*Plinus.
Dioscorides.*

*Thermutis
significatio
hieroglyphica*

Eusebius.

Serpens est, Accipitris formam habens. Verum cum de hisce passim innumeris tum huius Oedipi, tum Obelisci Pamphilij locis egerimus, Lector ea adire poterit, ubi ex omnigena doctrina Ophionia sacramenta descripta reperiet.

Quarta trias F, G, H, Omphæta dicitur, & Autumno respondet. Est autem, uti in Astrologia demonstratum fuit, Omphæta præses signi Libræ, quo post incrementum Nili terra humore prægnans paulatim ad fœcunditatē disponitur per Omphæta Numen beneficū, ut quod exactā, singulisq; humoris fœcundi portionem congruam decernat; qui quidem Omphæta per literā G. indicatur, qui dextrâ baculum seu thyrsum papyraceum tenens, læuâ phallum oculatum portat; quibus nihil aliud indicatur, nisi quod Omphæta ministerio ea, quæ in præcedenti trimestri sapienter humoris benificio disposuit Mompæta, tandem in executionem ab Omphæta, Plutarcho teste, deducantur, id est, omnium rerum humanæ vitæ necessariarum vberitas per oculatum phallum, id est, prouidam spematicæ virtutis actionem, resultet; cooperantibus affeclis suis F & H, quorum prior F, dextrâ baculum Cucuphomorphum, læuâ vas μῆγόν, id est, terræ nigræ Ægyptiæ (sic enim Ægyptiam tellurem, teste Plutacho, vocant hieroglyphicè) portat, in quo humor receptus ad varietatem rerum per baculum Cucuphæ capite expressum disponitur, & agriculturæ felix auspiciū, quod per caudas signatur bouinas, quibus figuræ G & F insigniuntur, sumitur; H verò Numen auerruncum seu apotropæum baculo lotifero, & mamilla turgens insignitur, ad diem fœcunditatem, cuius tutelam agit, ab omni aduersitate Typhonia conservandam. Verum de Cucuphæ sceptro, de phallo oculato, de loco vide passim in Obelisco Pamphilio proprijs locis traditum. Atque hi sunt duodecim moderatores in quatuor triades diuisi, quorum ministerio totius anni decursus regitur & gubernatur.

IV Trias
Omphæta;
Omphæta præses signi.

Plutarchus.

Omphæta
Affeclæ.

D I V I S I O VI.

Regionis tertiae interpretatio.

Tertia Regio-
nistab. Bemb.
interpretatio.

Tertia Regio & inferior Isiacæ mensæ literis I K comprehensa, continet figuræ duodecim, qui sunt duodecim perennium fontium Patres, qui & Mundi Ductores appellantur. Ita Psellus in Oracula Chaldaica, μὴ τέτες οἱ τοιχῆσι πατέρες οἱ καλέμηνοι κομογῶν. Qui quidem iterum in Triadas diuiduntur; Mundumque dodecapartitum in duodecim plaga distributum administrant, γῆ & κομογῶν vocantur. Vnaquæque trias suam sibi Mundi partem administrandam sortita est; atq; trias quidem λ, μ, Ν, Orienti præest, opposita verò huic in tabula trias ψ, F, H, Occidenti; ξ, ο, Σ, Boreæ; eiusq; opposita τ, φ, χ, Meridiei siue Austro dominatur. Duæ priores triades λ, μ, Ν, & ψ, F, H, portis mysteriosis exhibitæ, vocantur magnarum Mundi portarum, id est, Orientis & Occidentis vagi admi-

Fontium Pa-
tres 12. in
quatuor tria-
des diuisi.

administratores, ut postea probabitur; duæ verò intermediae ξ, ο, σ. & ρ, φ, χ, ευσεται, id est, stabiles & fixi vocantur à Psello, quia dominium suum habent in oppositis sibi Septentrionis & Austri partibus stabilibus & fixis; Sol enim & Luna, cœterique errores, tropicos motionum suarum terminos dictis in partibus sortiuntur, vnde & Ductores harum triadum ο & φ sedere singuntur; quæ omnia pulchrè ex Aegyptiorum mente describit Iochaides in Zohar, vti & in commentarijs in Iezirah his verbis.

Iochaides.

Duodecim
Angeli Mun.
dipræfides,
eorumque
termini ex
Iochaide.

וְחַמְלָאכִים שְׁתִים עֲשֵׂרָה בָשָׁנָה וּמְרוֹתָם לְשֻׁמוֹל לִבְבָן
גְּבוּלִי עַולְםָ:

Et sunt duodecim Angeli præfides anni, ut proprietates eorum, ut præsint duodecim terminis Mundi; termini vero hi sunt.

- | | |
|---|---|
| 1 גְּבוּל מִזְרָחִית צְפֹנוֹת: | 7 גְּבוּל מִעַרְבִּית דְּרוֹמִית: |
| <i>Terminus Occidentis Meridionalis.</i> | <i>Terminus Orientalis Septentrionis.</i> |
| 2 גְּבוּל מִזְרָחִית דְּרוֹמִית: | 8 גְּבוּל מִעַרְבִּית צְפֹנוֹת: |
| <i>Terminus Occidentis Septentrionalis.</i> | <i>Terminus Orientalis Meridionalis.</i> |
| 3 גְּבוּל מִזְרָחִית רֹומיָה: | 9 גְּבוּל מִעַרְבִּית רֹומיָה: |
| <i>Terminus Occidentis superioris.</i> | <i>Terminus Orientis superioris.</i> |
| 4 גְּבוּל מִזְרָחִית תְּחִתִּית: | 10 גְּבוּל מִעַרְבִּית תְּחִתִּית: |
| <i>Terminus Occidentis inferioris.</i> | <i>Terminus Orientis inferioris.</i> |
| 5 גְּבוּל צְפֹנוֹת רֹומיָה: | 11 גְּבוּל דְּרוֹמִית רֹומיָה: |
| <i>Terminus Meridiei superioris.</i> | <i>Terminus Septentrionis superioris.</i> |
| 6 גְּבוּל צְפֹנוֹת תְּחִתִּית: | 12 גְּבוּל דְּרוֹמִית תְּחִתִּית: |
| <i>Terminus Meridiei inferioris.</i> | <i>Terminus Septentrionis inferioris.</i> |

וּמְרַחִיבֵין וּחֲוִילִיבֵין עַד עָרֵי עַד וְהֵם זְרוּעוֹת עַולְםָ:

Et dilatantur, ut progrediuntur usque in secula seculorum, ut sunt brachia Mundi. Quorum & mentionem facit Abenephius his verbis:

Abenephie.

וְكَانَ مُصْرِجُونَ ثَمَنْتَ عَشَرَ بَيْوَاتٍ مَدْجُورٌ عَلَى رِياحِ أَرْدُعِ الدُّنْيَا وَثَلَاثَ مِنْهُمْ يَتَوَلَّونَ لَمْشَرِقٍ وَثَلَاثَ لَمْعَارَبٍ وَثَلَاثَ لَحْنَوْبٍ وَثَلَاثَ نَسْمَانٍ
Fuerunt autem Aegyptijs duodecim Præfides super quatuor Mundi plagas; tres præerant Orienti, tres Occidenti, tres Meridiei, & tres Septentrioni, & hi vocantur fontani patres, eò quod ex his tanquam perennibus fontibus omne in inferiorem Mundum bonum promanet. Sed iam singula ordine exponamus.

Trias Fontana Horæa, siue Porta magna Orientis.

Trias Fontana Horæa
Porta magna Orientis.

TRIAS λ, M, N, magna Mundi Orientalis porta dicitur; vbi vides portæ inclusum pueri formâ Horum, reticulatâ veste inuolutum, baculo crucifero Cucuphomorpho, gnomone, & lituo insignem, à tergore triangulo, ex quo globus emergit, dependente; portæ superliminari globus alatus inferitur, & latera portæ circulis quadrifidis, & pentagrammis stellis alternatim insertis exornantur, basi varijs hieroglyphicis insignitâ; quæ quid indicent, videamus.

Porta magna Orientis dicitur, quia per ipsam omnis lucis, vitæ, & motus ratio, quæ per globum alatū notantur, in quatuor Mundi partes, & quintuplicem entium ordinem diffusa, quæ per circulos quadrifidos, & stellas pentagrammas signantur, indicatur, ut alibi expositum fuit. Simulachrum M sub pueri forma Horum resert, id est, Solem, qui per Orientem veluti propriam portam ingressus, omnes Mundi partes vitæ & lucis radijs recreat:

sub pueri forma vittâ spectabili pingitur, quia Sol in dies Mundo per ianuam vitæ restitutus quasi reiuuenescit, atque vnâ secum Mundum reiuuenescere facit: reticulatâ veste inuoluitur, quia ratio influxus & virtutes, quas Mundo confert, abditæ sunt & perplexæ, & humano ingenio imperiæ: baculus quem portat, primò Cruce signatur, quod cum quatuor elementorum symbolum sit, aptè eo indicatur, virtutes suas Solem primò quatuor elementis communicare, quæ abditarum virium affluxu imprægnata magnam illam rerum varietatem proferunt, quæ per caput Vpupæ; cum summo ordine, symmetria, & *διεγρία*, quæ per gnomonem; & denique cum mira harmonia, quæ per lituum pulchrè indicantur. Trigonum à tergore pendulum, Mundum significat, Pla-

tone teste, à trigono archetypo profluxisse. Vide huius figuræ expositionem tūm in Obelisco Pamphilio, tūm in Oedipo hoc varijs locis allatum. Basí cui insitit, hieroglyphica insculpta hunc sensum faciunt;

Vegetabilis naturæ parens, humidi custos Στοχεῖταις, sacer Osridis Nili tutor, Στοχεῖταις Mundorum, eorumque dominator, Polymorphos Δαιμὼν necessariarum

rerum ubertatem præbens. Atque hæc est figuræ M significatio. Venio ad asseclas λ & N, quarum N fœmineo induta habitu, velato vertice; cui Accipiter insidet, insignis, quinque vasa Horo veluti porrigit. Per hanc

Mens Horæa triadis exprimitur; hæc enim lucem & calorem, per Accipitrem capiti insidentem expressum, ab Horo participatum, in quinque Mundi inferioris vasa, quæ sunt aquæ, aëris, & in terrestri globo inanimatarum rerum, vegetabilis naturæ, & sensitivæ seminaria, iuxta rationem ab Osiride sibi præscriptam, distribuit. Fœmineo pingitur habitu,

quia hæc intellectus Osiriaci seu Horæi veluti Idea quædam est, ad parendum proclivis, & ad voluntatem Hori complendam paratam se exhibens;

Est enim, ut recte Plutarchus dicit, Isis nihil aliud, quam vis illa, naturæ fœminea, & totius susceptrix generationis, propter quod τιθεναι, id est, nuptias

Porta magna Orientis.

Horus, id est, Sol.

Plato.

Characteres hieroglyphici minuti in base Hori.

Asseclas Hori;

Mens Horæa triadis.

Plutarchus.

Plato. *erix, εγ^ρ πανδ^ρχῆς, id est, susceptrix à Platone nuncupata est; omnes enim ideas εγ^ρ imagines admittit, habetque congenitum amorem erga id, quod primum ac summum est inter omnia, quod sane ipsum bonum est; ad hoc enim rapitur, hoc optat, hoc sequitur; quod verò malum est, fugit εγ^ρ aduersatur. Reliqua vide apud Plutarchum varijs locis allegatum.*

Potentia Horæ triadis.

Aspis Ophio-
nius.
Eusebius.

Porta Mundi
seu Horosco-
pus Astrolo-
gorum.

Simulachrum verò à Potentiam Horæ triadis monstrat, baculo lotifero instructam, cuius flori Aspis ἵερη μορφή insidet turgido pectore, cum stella in capite; lœuā vas pariter Niloticum tenet, sœmineo habitu, mammaturante, & cidari in formam calathi concinnatā, quam capite gestat. Per Aspidem seu Thermutin, vti iam sèpè dictum fuit, motus & vita rerum, quam Sol quotidie oriens, Mundo confert, indicatur; Aspis enim Ophionius, vt rectè Arius apud Eusebium, Επίχαιεις ὁς ἀναβλέψει, φωτεῖς τὸν οὐρανόν, ἐν τῇ περιστούσῃ χώρᾳ αὐτῷ, εἰ τὶ καμπύλη σούτη ἔμενε. Gratio sum animal est; id si palpebras erigebat, primogenitam omnem suam regionem replebat; cum verò clausas teneret, tenebrae fundabantur. Οὐδὲ οὐδὲ δοκεῖ ζωῆς, καὶ θαυμάτων κατέδειν. οὐδὲ τοτοὶ οὐδὲ δοκεῖ κεφαλῆς τῷ Θεῷ επιτιθέασι. Quocirca cum vita necisque potestatem habere videatur, meritò sane Deorum capitibus inferebatur. Lotifero sceptro indicatur quod iuxta præscriptam sibi ab archetypo Sole rationem agat. Hic cidarin quoq; capite gestat, in formam calathi concinnatam, quo præsidium & dominium in vegetabilis naturæ œconomiam signatur, cui sœcunditatem & vbertatem, vti sœmineus habitus, & mamma tumida sat ostendunt, largitur. Horus itaq; seu Mundus binis stipatus est asseclis, quorum à vitæ & motus; alter N lucis & caloris curam ab Horo eis commissam habent; hinc Astrologi maximè hanc magnam Mundi Portam Orientalem, non sine ratione portam vitæ, caloris, lucis, & motus appellabant, & summo studio signorum stellarumque ortus, dum genethliaca nascentium hominum themata scrutarentur, tanquam unicum uelut suæ fundamentum, quem & Horoscopum dicebant, obseruabant, vti in Astrologia diximus, quam de hisce fusius tractantem consule.

Trias Fontana
Æluro-mor-
phi.

Trias Fontana, siue Porta magna Occidentis.

Porta magna
Occidentis.

Pater Portæ
magnæ Occi-
dentis.

Porrò opposita huic Horæ triadi, trias portæ magnæ Occidentis se aperit, quæ signatur literis J, F, H. Fontanus parens F portæ includitur, cuius superliminare globo alato signatur, influxūs supremæ mentis symbolo; & latera quadrisidis circulis, quæ sunt quaternarij numeri, quibus Mundus constat, ideæ; in medio portæ simulachrum F sœmineo habitu, & felino vultu terrificum conspicitur, in cuius manu dextra baculus lotiferus, in sinistra Crux ansata fingitur; capite circulum Scarambæi imagine, & Serpente è globo emergente insignitum gestat. Sed quid singula sibi velint, iam aperiamus. Porta Occidentem notat, per quam Sol superioris Hemisphæriū reliquens, inferius petit, id est, Sol exiens subter-

subterraneum Horizontem petit ; quæ omnia aptè indicantur per figuram F ; in qua felinum caput Scarabæi imagine insignitum Solem occidentem signat ; felis enim siue ælurus, lunare & nocturnum animal, teste Horo, suas potissimum operationes noctu exercet. Quod vt intelligatur, paulò altius oriri visum est. Nouimus, post occasum Solis Lunam veluti in absentia eius vicariam agere. Est enim, vt iam in varijs locis huius Operis expositum suit, Luna secundum Ægyptios nihil aliud, quam Solis quoddam speculū, in quod radios suos reuerberando terram, quam directo radio non posset, saltem reflexo seu vicario Lunæ soueret, sustentaretque ; atque hanc vicariam Solis per Lunam potestatem aptè exprimebant, per felis naturales proprietates ; hic enim iuxta cursum Sola-rem diurnum pupillas non tantum explicat & contrahit, sed iuxta phasium lunarium incrementa & decrementa, oculorum pupillas mutat, noctu diuque venationi murium ex æquo intentus ; maximè verò ad occasum Solis huiusmodi mutationes subire videtur : vt vel hinc non sine causa Numen illud , quod Occidenti præsidet , felino capite expresserint . Sed audiamus Horum l. i. c. 10, dicta hisce verbis confirmantem . Felem, Horus. inquit, *mæculum iuxta varium Solis habitum* & *cursum pupillas commutare*, *ad ortum quidem Solis manè nonnihil extendi*, *sub Meridiem veluti rotundas fieri*, *Sole ad Occasum vergente obtusiores obscurioresque apparere*. Quasi iam Lunæ virtutis suæ curam Sol commiserit ; hinc & quæ apud Heliopolim est, Dei Solis statua, vti apud Pausaniam habetur, felis speciem exprimit, quam speciem & simalachrum F exprimit, cuius felino vertici circulus Scarabæi imagine insignitus insistit, quo Solem exhiberi, amplissimis authoritatibus in Obelisco Pamphilio cap. de Scarabæo docuimus . Qui quidem cum felino capite iunctus eam, quam diximus, Solis in Luna vicariam potestatem , quam post occasum Solis in terreno Mundo exercet, indicat, idque hinc patet, quod Luna sit veluti Sol quidam nocturnus , qui terram, nè Solaris lucis totali influxu destitueretur, reflexâ virtute imbuat, terrenam molem Solis caliditate exsuctam, temperato humore reficiat, vnde vita rerum, per serpentem è globo emergentem indicata, rebus omnibus proueniat . Lotiferum sceptrum manu dextrâ tenet, quia Luna Solem in omnibus affectat . Quoniam verò tenebris nocturnis maximè aduersæ potestates dominantur, hinc sinistrâ Crucem ansatam fert ; potentissimum contra eas amuletum & phylacterium . Fœminino habitu pingitur, & mammæ turgente, quia vis Solis ex Lunari corpore in terram influens, fœcunda est, & viuificâ vertate nutrit, souet, instaurat omnia ; hinc & fontanus pater seu mater fontana dicitur, quia fontem uberrimum Sol in occasu suo aperit, quo omnia irrigata in vigore suo conseruentur . Verum audiamus hæc omnia pulchre confirmantem Plutarchum : *Solis*, inquit, *radij in Lunam veluti in speculum quoddam conieci*, *ad nos auctis viribus reuerberantur*, *quorum vis & efficacia docuit homines certo & opportuno tempore semina mandare terræ*, *ligna ad ædificandum apta cedere*, *agribulturæ operibus insudare*. Vnde artes vitæ, viuique humano necessarias exortas esse Columella lib. i. docet .

Luna Solis
vicaria.

Felis Lunæ
hieroglyphicū

Felis simula-
chrum Heli-
poli.

Pausanias.

Luna Sol
nocturnus.

Lunaris sta-
tuae habitus.

Plutarchum

Columella.

Asseclæ triadis fontanæ
Æluro-mor-
phæ.
Mens Æluro-
morphi
Numinis.

Potentia Ælu-
ro-morphi
Numinis.

Triadis Ælu-
ro-morphæ
figuræ quid
significat.
Canis seden-
tis figu-

Plutarchus.

Anubis apud
Ægyptios idē
quod Hecate
apud Græcos

Anubis
aīdēgkōvō-
μογ̄.

Horus:
Anubidis si-
mulachrum
ante templa-
rum fores.

Genij occi-
duæ plagæ.

Asseclæ triadis huius Æluro-morphæ sunt \downarrow & H. Simulachrum \downarrow Mentre Æluromorphi Numinis exhibet, sinistrâ florigerum baculum, dextrâ phallum oculatum, capite tutulum gestat, flamma bisulcâ; binis Aspidibus, stellâ, pennisque spectabilem: per phallum fœcunditas, per scepterum in vegetabilia dominium, per tutulum φλεύρας τεφρόφυτον calor, vita, motus, quæ ex reflexo Solis in Lunam, ceteraque sidera lumine post occiduum Solem, causantur, aptè sanè indicantur.

Assecla H Potentia intellectualis, thyrsum papyraceum tenet manu sinistrâ, rerum necessiarum copiæ signum; dextrâ manu iussa matris seu patris, androgyni Numinis, mandata exposcit, ad res fidei suæ commissas & à mente præscriptas, in executionem deducendas; Aspidem seu Thermuthinstellâ signatum capite gestat, quâ vita & motus rerum significatur, vti suprà explicatum suit. Sed quid figuræ huius triadis literis d, e, Ω signatæ notent, videamus. d litera Canis sedentis figuram cum fistro exprimit, qui quidem hoc loco nihil aliud notat, quam Horizontis lumine Solari destituti, siue portæ magnæ occiduæ custodem. Astipulatur hisce Plutarchus lib. de Osir. & Iside. *Circulus, inquit, finiens, quem Horizontem vocant, Anubis est:* & non immerito Cani comparatur, eò quòd cœlo terraque polleat: & in hac significatione eandem apud Ægyptios vim habere videtur Anubis, quam apud Græcos Hecate. distrum impositum habet, Typhoniam malignitatis siue αἰτιθέες Dæmonis, quem sonitus sistri profligare dicitur, symbolum, vti alibi amplè expositum fuit; huius enim vigilantiâ Horus Sol, id est, harmonia & Ἀρμονία Mundi Sensibilis, quam figura, e, vti ex suprà expositis patet, exprimit, in suæ perfectionis statu conseruatur.

Quæ eadem exprimit Ω Anubis αἰδēgkōvō-μογ̄ caninâ facie transformatus, qui manibus pendulis efficaciter contractis, in capite globum cum Serpente ex eo emergente, & pennâ Ibidis eidem superposita, gestans, portæ occiduæ adstat; quæ quidem nihil aliud quam Anubidis in utriusque Horizontis confinio vigilantiam notant, ex cuius efficaci operatione inferioris Mundi œconomia conseruatur, & Typhon in absentia Solis omnia maligna attentans, id est, Crocodilæa Typhonis vis, Ibidis veluti pennâ sideratur & extinguitur; hanc ob causam Ægyptij, Horo teste, foribus templorum simulachra Anubidis, veluti sacrorum, Deorumque Osiridis & Isidis custodis, adinouebant. Vide quam id Ω figura Anubidis Cynocephali aræ seu columnæ impositi, & ad magnam occidui Solis portam veluti vigilantis typus aptè exprimat? vt hinc proinde suam ille Hecatinus Cerberus apud Græcos & Chaldæos, originem inuenerit.

Patet itaque ex dictis, huius triadis exhibitionem nihil aliud exprimere, nisi Geniorum occiduæ plagæ præsidium; quorum præsidio Typhonia & Arimania vis profligata, Sol tametsi absens, in Luna tamen stellisque consuetas naturæ operations perficiat, strenuè ad eiusmodi bonum, quibus utrumque stipatur Asseclis H & \downarrow (quorum hic fœcunditati, alter vitæ, luci, & calori præest, vti ex symbolis paulò antè explicatis patet) contra aduersas Potestatum technas, aduigilante Anube, corporis

ris Osiridis, vt Plutarchus afferit, custode . Apponam h̄ic testimonium. Pselli, cuius verbis dicta ita comprobantur, vt ea explicat̄e videatur ; ita autem in libello de Angelis & Dæmonibus loquitur : *τὰς ι τέ κόμης χῶραν ἦν αὐγέλων τελεστὴν θιάδα σωσίχαι· τὸν αἰατλῆν χῶραν οἱ σέρχονται οὐκτυπεῖσι καὶ τὸ τέλος σῖδος· τὸ δύτικόν χῶραν οὐκτυπεῖσι. Οὐδὲ τὸ δάμων διάβολος αἴλιματος· καὶ οὐ μᾶλα εἰσὶ τὸ τέλος τοῦ οὐλικοῦ ιδιοτήτων.* *Unaqueque Mundi Regio triadem Angelorum Præsidum continet ; Orientis regionem antiqui ex primebant per pueri formam ; Occidentis per feliformem statuam ; qua occidui Solis proprietates indicabant . Reliqua verba postea adducentur ; sed iam ad reliquas Mundi plágas describendas progrediamur .*

Trias Pandochæa Quod Numen apotropæum Portæ Magnæ Septentrionis est .

Trias Pandochæa.

Porta magna
Septentrionis

Trias signata literis ξ, ο, Σ notat Borealium Geniorum præsidium & stationem ; cuius medium simulachrum ο sedi variegatæ insidens fœmineo habitu, vti ex mamma turgente luculenter patet, induita , veste Crucibus ansatis eius generis, quas bifurcatae vocamus, insignita fulget ; Tauticum characterem manu dextrâ, sinistrâ baculum lotiferum tenet, velato vertice, & turulo ei imposito spectabilis . Sedet, quia dominium habet in omnia Boreæ Regioni subiecta ; & quia ibi Sol ad tropicum Boreum fixos & stabiles conuersionis suæ terminos habet ; sedi variegatæ insidet, quia motus Solis ad Boream regionē compositione illa ex consono-diffonis, vibroso-lucido totius harmoniā causatur, totiusq; corruptionis & generationis, sine quibus Mundus subsistere non potest, originem notat . Cruces bifurcatæ, quibus vestis eius insignitur, Numen indicat supernis influxibus fœtum, quorum vires ex supramundano fonte, veluti ex vbere refertissimo in inferiora deriuantur . Crux ansata, apotropæi Numinis symbolum , maximam in Typhonijs potestatibus aduersis, in Borea regione Mundi stabulantibus, profligandis virtutem & potentiam enunciat ; baculus lotiferus ad archetypi Solis exemplar omnia peragi signat ; vnde humidæ substantiæ crater vitalibus influxibus fœtus, qui per tutulum crateri insistentem indicantur, omne Boreæ plágæ bonum adfert ; quæ omnia sanè graphicè his verbis describit Orpheus :

Apotropæum
Numen Bo-
realis Regio-
Mundi.

Orpheus.

Συντῆχε πλεύσατο πόλεις πολυένυμα σφυντί^η
Η τατέχεις κόμης μέζον Θεόνος δ' θότα ἀρκτα .
Ἐννεάδος σύμπλεξ εἶχεις .

*Qui poli incliti sceptra tenes, multis nominibus veneranda,
Quæ Mundi medium ithonum tenes in Borea,
Enneados signacula tenes .*

Quid verò per Enneados sigillum indicent, audiamus . Dicit Hecatæus, vt est apud Clementem Alexandrinum, nouenario Boream plagam indica-

Enneados
sigillum.
Clement.
Alex:

tam

Nouenarius
numeris Bo-
ream signifi-
cat apud
Ægyptios.

Pandoches
Boreæ plage
Genius, eiusq;
nouem signa-
cula.

Psellus.

Asseclæ Pan-
doches.Coturnicis
antipathia cū
Sole & Luna.

tam fuisse ab Ægyptijs, eò quòd hic numerus proximus sit denario nu-
mero, quo bonorum omnium complementum notatur: hanc enim pla-
gam Sole peragrante dies crescunt, decrescent noctes, vnde copiosissima
messis, fructuumque abundantia prouenit, incrementum Nili incipit, il-
ludque vnà bonorum omnium vbertas sequitur. Fingunt itaque Pandochen huius plagæ Genius nouem signacula habere, quibus ad bono-
rum omnium vbertatem portæ apertuntur; nouem verò dicta signacula
per symbola, quibus O figura Pandoches insignitur, notantur. Pri-
mum signaculum est sedes, dierum noctiumque vicissitudinis signum;
secundum, sedi insertus vegetabilis naturæ fasciculus; tertium, influ-
xum plenitudo, qui per Cruces bisulcas notantur; quartum Crux ansa-
ta, seu Tauticus character, contra Typhonias potestates amuletum effi-
caciissimum est; quintum, sceptrum lotiferum, ad Solis archetypi exemplar
operandi symbolum; sextum, craterem Mundanum, cui præest, no-
tat; septimum per Aspides, vitalium seminariorum penetralia innuit; octauum, per Crucem bisulcam, Agathodæmonis Solaris adyta; nonum
per pennas, intellectualium virtutum claustra signat. Quæ omnia su-
præ memoratus Psellus confirmat his verbis: Ηδωναρις παρεχης τε ἄρχεται
κυρια, ἡνία σύμπατεισ σεβάς. Quæ quidem pulchrè consonant symbolis
scabello pedis, cui thronus innititur, insculptis; vbi vides hoc signum
III \oplus , quo, vti in Arithmeticâ ostendimus, nouenarium numerum
Ægyptij exprimebant, ex quinque unitatibus & quadrifido circu-
lo constitutum, quinque verò ad quatuor iuncta nouem constituunt;
quod quidem symbolum nouies in dicto sedis limbo inferiori expre-
sum, ad nouem signacula indicanda tacite alludit.

Sed progrediamur ad asseclas Pandoches, quorum ξ , qui à dextris
est, apotropæum Numen, cuius index Crux ansata est, notat, quod actio-
nes ex Ideali Mundo per περικυλόμορφου symbolum, quod capiti imini-
net, indicato suscipiens, varietatem rerum, per Cucuphæ baculum signa-
tam, quam Pandoches producit, contra Typhonias tempestates defen-
dendam suscipit. Assecla verò à sinistris Pandochi astans, dextrâ Cotur-
nicem gestat, tutulo in calathi formam concinnato, cui cucurbita cum
capreolo insistit. Per Ortygometram siue Coturnicem infausta Typho-
nis machinamenta significantur; habet enim huiusmodi animal nescio
quam antipathiam cum Sole & Luna, vti Horus l. 2. c. 49 ostendit, & He-
catæus his verbis notat. Τὶ αἰαξώτεροι τε κηπακοὶ ἀτρυγομέναις κηραγῆς φιλαθερεύεται
ζεῖται της τῇ φώνῃ τῷ Θεῷ μεταλέτηται. Quid indignius κηπακοὶ voce coturnici, quā
Deorum magnitudinem quadantenus spernere & ridere videtur? Vnde non
sine ratione in Typhonij fastus symbolum eam assumperunt. Simula-
chrum itaque: à Pandochi Numini triadis Boreæ patri, Ortygometram
porrigit; quo quidem occultè summa illa, quam in Typhonij potesta-
tibus aduersis in Borea regione stabulantibus, continuâ assistentiâ profi-
gandis adhibet, cura, & sollicitudo notatur, quā iuxta Idealis influxus
triformis Numinis per figuram α , ἀφι-κυκλο-περέμορφου indicati, normam
vnâ operantur, à Potentia, ξ Mens, & O Pater seu Mater triadis; quod
& aptè

& aptè indicatur per ϱ baculum $\alpha\mu\phi\omega\eta\tau\pi\epsilon\gamma$, id est, qui vtrinque in sceptrum tūm versus O, tūm versus ξ porrectum desinat dominij vtrinque communis symbolum.

Trias Thaustica Austrī domina.

Trias Thau-
stica Austrī
domina.

Procedamus ad ultimam huius regionis triadem, quæ literis T, φ, χ notatur, & denotat Geniorum seu Intelligentiarum Meridionalium præsidium & stationem, Triadi Boreæ contrapositam; cuius Patrem simulachrum φ, Mentem T, Potentiam χ notat. Pater huius Triadis, quemadmodum in Borea triade figura O, sedi uniformi tessalatæ insidet, sub figura $\iota\epsilon\alpha\mu\phi\zeta\phi\phi$ mitra seu cidari spectabilis, læuâ thyrsum tenet papyraceum, dextrâ aliquid iubere videtur Mentem suam. Sedet, quia dominium obtinet absolutum in Meridionalem plagam, & etiam, quia in hac plaga ad tropicum Austrī fixos stabilesque suæ dominationis terminos tenet. $\iota\epsilon\alpha\mu\phi\zeta\phi\phi$ pingitur, quo Numen illud Solare omnia moderari tacitè insinuabant; est enim Accipitrina figura transformatum simulachrum, vti in Hierogrammatismo Accipitris Obelisci Pamphiliū sè probatum est, nihil alliud quam Intelligentia Solaris, spiritu, luce, & vita abundans; vnde eum, teste Horo, Ægyptij Baieth & Thaustum vocabant; per $\beta\alpha\iota\epsilon\theta$ compositam vocem; quorum $\beta\alpha\iota\epsilon$ vitam, $\epsilon\theta$ vero cor notat, tacitè innuebant, quod sicuti anima vitæ fons sedem in corde potissimum tenet, ita anima Mundi seu Thaustus hic præsens in Sole, corde megacosmi resideret; Hori verba sunt, l. 1. c. 7. Καλαῖται τὸ πρῶτον Ἀιγυπτίοις ὁ ἄρχερ βασιλέας, τέτο δὲ τὸ ὄνομα σιαρέδην θυχλώ σημαίνει, οὐ καρδίαν. Εἰτα τὸ δέ μέδιον βασιλέας, τοι δέ τόθ, καρδία. Η δέ καρδία κατ' Αιγυπτίους θυχής φείβολος. οὐ δέ σημαίνει τὸ συνέδεσμον τοῦ ὄντος, θυχής εἶνα καρδία. Siquidem Ægyptijs Accipiter Baieth dicitur, quod nomen divisum animam & cor significat; Bai enim anima est, & et b cor; cor autem ex Ægyptiorum sententia animæ ambitus est. & l. 1. c. 6. Deum significaturi Accipitrem pingunt, tūm quod fœcandum sit & diuturnæ vitæ hoc animal, tūm etiam quod Solis præter cæteras volucres simulachrum esse videatur, utpote peculiari quidam atque occultâ nature vi, intentissimis in eius radios oculis prospiciens; inde etiam fit ut Solem inter dum tanquam visus tutorem ac dominum Accipitris forma pingant. Reliqua testimonia ex omnigena eruditione citata vide in Obelisco Pamphilio fol. 308 & sequentibus. Papyraceum thyrsum manu sinistrâ tenet, ad rerum omnium necessiarum, quam præstat, vberatem significandam; cidaris capitii imminentis circellarum multitudine insignita, ostendit eius in omnes Mundos dominium; & per cucurbitam eidem in formam calathi concinnatae impositam, in humidum, ut alibi amplè demonstratum fuit, indicat actionem. Septenarius numerus ei dedicabatur olim, teste Manetho, quia vti in Arithmetica hieroglyphica docuimus, septenarius Soli consecrabatur; quia Sol totum Vniuersum, cuius symbolum est, moderari

Pater hujus
Triadis.

Accipitrum
simulachrum
est Intelligentia
Solaris.

Horus.
Baieth &
Thaustus.

Accipiter
Solem signifi-
cat apud
Ægyptios;

Septenarius
numerus Soli
consecratus.

puta-

Iochaides.
putabatur; atque ideo in basis abaco hic numerus septenarius, hoc hieroglyphico Schemate III \oplus III (vid. quadrifidum per circulum & tres unitates utrinque appositas, quae simul & consiciunt) septies replicato, ad septem Entium ordines, in quos dominium suum exercet, indicando, incisus spectatur; de quibus ita in suo Zohar Iochaides:

**בשבע אותיות החקק רוח עליון את עולם וחזב וצראפ
ויצר בו ז כוכבים וימים בשנה וושעריהם בנפש ומגן
חקר שבעה רקיעים ושבע ארמות ושבע שברותות לפיכך
חביב שביעי תהת כל השמים:**

*Afleck Thau-
fl. Mens Thau-
fl. Hecates seu
Isis subterra-
næ. Orpheus.*
In septem notis exarauit Mens supra Mundum, exsculpit, combinavit, formauitque in eis septem stellas in Mundo, septem dies in anno, septem portas in anima, ex ijs exsculpit septem expansa, septem terras, septem sabbatas, ideo dilexit septimum sub omnibus Cælis. Afleckas habet T & x. T fœmineo habitu & nebride indutus, dextrâ vas Niloticum, sinistrâ pennam Thausti monstrat. Per vas humor Niloticus, per pennam Accipitrinam Osiridis, virtus calefactiva Solis ad generationem rerum necessaria indicatur. Craterem in capite gestat, cui superponitur statua Hecates portam in capite gestantis, quam ambunt & loti flores, & spicæ. Per portam indicatur magnum Pantamorphæ naturæ ostium, per quod in Hecaten omnes influxuum supernorum rationes deriuantur, & hinc in Isidem subterraneam, quam T figura exhibet. Est autem Hecates siue Isis subterranea idem hoc loco, quod Græcis περσεφόνη seu Proserpina, florum, fructuum, & totius vegetabilis naturæ domina; quæ aptè sanè signantur per craterem, & flores, spicasque 12, quas capite, caput Hecates circumdantes, gestat; quod non caret mysterio; per hoc enim notatur crateris Nilotici meridionalis vertas, qui influxu superno ditatus, ex duodecim mensibus anni nullum infœcundum esse patitur, quia singulis per Isidem subterraneam Thausti vi grauidatam, aliquid in hominum emolumentum cedens producat; hanc affabre sanè describit Orpheus in hymnis suis:

Πλεύσθετερα Θεὰς αυχιόζοντες, πανταδότερα
Σπέρμα, σωεῖται, αλλοσάμα χλοόκαρπε
Ης πολλαὶ μορφαὶ πολυπλέθεμοι ἵεραταλλαῖς.

*Divitiarum Dea dairix, spicarum nutrix, omnium largitrix;
Seminatrix, accumulans, præfecta arcis, germinare faciens fructum.
Cuius forma multæ floribus abundantes sanctæ virescentes.*

*Potentia
Thausti.*

Altera Triadis figura, signata literâ x, potentia Thausti dicta, fœmineo pariter habitu spectabilis, vestimento ex Accipitrinis alis confecta inuoluta, manu dextrâ sceptrum lotiferum, sinistrâ Tauticum characterem portat; capiti eius imminet auis Numidica guttata, quam Gallinam Pharaonis vocant; supra eius dorsum crater, ex quo emergunt duo

cor-

cornua bonis cum intermedia stella Sothios ; quæ omnia quid sibi velint, exponamus .

Figura & sœmineo habitu Isidem Niloticam refert ; Accipitrinis alis inuoluta spectatur, quia Osridis seu Thausti influxibus subdita, Plutarcho teste, continuò imbuitur ; apotropæum Numen esse ; character Tauticus, quem sinistrâ gestat, luculenter, ut iam sæpius inculcatum est, monstrat ; aue Numidicâ seu Meleagridre caput tegitur, quia astralium influxuum, siue stellati cœli, ob innumerabiles maculas quas corpore suo gerit, hieroglyphicum est, vt alibi probatum fuit : auis dorso impo- situm craterem continet, cui insistunt duo bouina cornua cum interme- dia stella Sothios ; per stellam, vt dixi, Sothis seu Ægyptiacè ~~ciswrs~~ caniculare sidus intelligitur, quod Isidi Niloticæ ita attributum legi- mus, vt teste Horo, Ibis significatur *Asēgnūra* pingerent ; quin & ipsi apud Diodorum de se ait, Εγώ απί της τε κύρως ἀστρονόμων λάμπει. *Ego in astro Canis resplendens*. Inter Apidis bouina cornua ponitur, vt signaretur, Solis cum astrocyone, id est, Iside coniunctio, quâ incrementum Nili totius felicitatis complementum sit ; quod aptè quoque exponitur per figuram Y Scarabæum expansis alis continentem Sothi, id est, caninum astrum, & per Ibin C cum vase Niloticō, ex quo Seriphium seu Absinthium mari- num emergit, pariter incrementi Nili indicem, indigitatur ; hac enim, Theophrasto teste, florente, Nilus exundare solet, cum astro Canino ne- scio quam sympathiam agens ; & ideo, vt apud Eusebium legitur, Isidi, eò quod aquas inuehat, Sirium attribuunt. Ibis autem est Niloticī Aga- thodæmonis nota, ex cuius natura habitadine, magnum quoddam sibi promittunt de vitali influxu, per appositum globum Serpente sœtum, indicatum. Verū de Sothi, Scarabæo, & Ibi fusè passim in hoc Opere, & Obelisco Pamphilio tractatum vide ; sunt enim Idealia quædam rerum agendarum supremi Numinis in hanc Meridionalem Geniorum triadem influentis schemata. Cur verò hisce symbolis triadē hanc expresserint, exponendum est. Notandum itaque Meridionalem plagam ab Ægyptijs in summa semper veneratione habitam ; quam nunc vrnam lucis, nunc Mundi craterem effluxumque, teste Plutarcho, vocabant. Est autem Ægyptus in Australibüs partibus collocata, per cuius medium Nilus, quod Dei donum, & Osridis effluxum dicunt, rectâ ex Austro in Boream profluit : & Boream quidem dextram Mundi partem, Austrum verò sinistram vocant, quod sicuti cor in hominē sinistrum, ita fons vitæ Nilus in laeva Mundi parte collocatur ; & sœmineo folio quoque exhibebant, cuius & fructus cordis, folium verò phalli similitudinem exprimit, quâ vitalium affluxuum fœcunditatem in Nilo expressam innuebant. Sed audiamus verba Plutarchi. Putant enim, Xenophonte teste, Ægyptij, ex qua Sol oritur parte, Mundi faciem esse ; quam spirat Boreas, dextram ; quam Nilus, sinistram ; unde non inconuenienter dicunt Ægyptij de Nilo, eum ortum à laea, in dextra perire : Nilus enim ab Austro profluens, laea Mundi parte, in Boreali tractu se mari miscens absorbetur. Osridem autem, quem & Nilum dicebant, nigro colore fuisse tradunt, quod id sit aquæ ingenium, ut terram, vestes, nebulas,

Ibis Nilotica.

Plutarchus.

Avis Numi- dica australiæ influxuum symbolum.

Sothis Iside tribuitur.

Horus.

Theophrastus

Eusebius.

Meridionalis plaga ab Ægyptijs in veneratione habita.

Ægyptij vo- cant Boream dextram, Au- strum sinistrā Mundū.

Plutarchus.

Osiris nigri coloris.

Aegyptus
μῆτηρ
dicuntur.

cæteraque quibus miscetur, denigret; vel ob colorem atrum, quo imbutum videtur humidorum elementum; atque eandem ob causam Οσριδηνος Νεύς nigro imbuebatur colore: sed & ipsam Aegyptum ob terre pinguedinem μῆτηρ, id est, vas nigrum χηνιαν appellabant; quamvis alij cor quoque eo significant; est enim Aegyptus calida & humida, atque in Australibus Mundi partibus collocata, quas laeuanam Mundi partem supradiximus, non secūs ac cor calidum & humidum in homine laeuanam adeptum est. Hinc Osirin seu Dionysium Mundorum dominum appellantes, nebrides sibi injicientes, tbyrsosque arripientes in Orgyasmis quasi Deo afflati, utebantur. Testatur autem Eudoxus, Aegyptios non solum Nilum, sed quidquid humidum est, Osridis effluxum putare; quod significare volunt, aqua vase pleno, & sacro die pro foribus posito, humidum verò principium Thria folio fculneo, quod & signaturam habet seu similitudinem membra genitalia, propinationem seu humoris significat inuentionem; notabant etiam hoc Regem, Australiensemque plagam; unde & phallophoria originem traxerunt. Haec Plutarchus; in quibus quæcunque de huius triadis Australibus mysterijs exposuimus, aptè conspiciuntur. Vides hic nebride induitam figuram T, Dionysij humidorum antistitis signum; vides thyrsum in manu Thausti θεωρητος; vides nigris velaminibus tecta Numinia ad verba Plutarchi alludentia; nam vt rectè Anticlides in hymno Solis cantat.

Ηέλιος δὲ Νότοιον αἰάν, ιερᾶς πολύμορφος.
Sol Austri dominator, Accipiter multiformis.

Thaustus cur
Accipiterfor-
mis.

Aelianus.

Quia enim in Austro vis lucis & vita dominator, & inde affluxus Osridis bonorum omnium complementum adfert; meritò sanè Accipitris forma Thaustus transformatus spectatur; gaudet enim Accipiter locis Meridiei subiectis, & sub Meridiem, cùm Sol altissimus est, is summa pariter, Aeliano teste, aëris vestigia petere solet; hinc Thaustus in sedis antico latere oblongū cyathum insculptum tenet, qui inferius in formam cordis, & phalli speciem tendit; cuiusmodi figuram ex Plutarcho Thrio siue folium fculneum esse docuimus; humor enim Nilotici cyathi in corde Aegypti conditus, rerum omnium vertatem, quam flores & germina, quæ cyathum ambient, rectè significant, promittit.

Atque haec sunt, quæ de tribus principalibus Mensæ Isiacæ regionibus dicenda existimauit; in quo minitorum hieroglyphicorum interpretationem studio & consulto omisimus ob rationes paulò post aperiendas. Nihil porrò restat, nisi vt ambitus quoque seu limbi schemata parauimus exponamus.

D I V I S I O VII.

Zimbi seu Ambitus Tabulae Isiacæ interpretatio.

Limborum
Isiacæ tab:
interpretatio.

LImbus exterior literis A B C D inclusus, omnia iam explicatarū trium Genialium regionum Systemata continet; in quo hieroglyphica varijs animantium, hominum, quadrupedum, volucrum, insectorum, plantarum, fontium figuris partim integris, partim mirâ quādam metamorphosi transmutatis, vt paulò post videbitur, exhibentur; & nihil aliud indicat nisi Mundum Idealem siue Archetypum, omnigenis Idearum formis refertum; quas Ægyptij Lynges appellant; de quibus antequam ad ipsam explicationem progrediamur, paulò profundiùs præludere visum est.

Limbus exte-
nor ABCD.

Notandum itaq; primò, Ideas nihil aliud iuxta mentem Veterum, Ideæ quid
sunt iuxta
Veteres. quām quædam in Mente suprema rerum faciendarum exemplaria esse; vel aliter sic definimus; Idea est exemplar æternum rerum naturâ producibilium in diuina Mente collocatum, per quod cuncta à primo Opifice prodeuntia ei offeruntur, & producuntur ad extra. De quibus cùm copiosè in Theologia hieroglyphica, & in VI. Classe de Systematica Mundorum, & potissimum de Mundo Ideali dictum sit, h̄ic ea repetere superuacaneum esse ratus sum; quare hoc loco tantum, quantum proposito nostro sufficit, nonnulla dictis in locis omissa ad maiorem rerum explicandarum notitiam adducere visum est. Ægyptij itaque primi mortalium Ideas asseruerunt, quos secuti sunt Orpheus, Pythagoras, & tandem Plato, qui maximam Academicō cœtui dederunt disceptandi materiam; primò enim ordinem & dispositionem Vniuersi contemplantes, fieri non posse credebant, quin à Mente quadam suprema & infinita tam mirifica Mundi machina processisset. Mundi itaque Opificem, imitatum æternum exemplar, quod in Mente Opifice existebat, Mundum condidisse colligebant; insuper Mundum sensibilem cùm viderent omnia continentem, ad unius necessariò similitudinem creatum sentiebant; id autem unum, ad quod omnia referuntur, & quod omnia in se continent, Mundum Idealem dicebant in prima Mente resurgentem. Cùm verò ideæ in Mente diuina nequaquam considerari possint, vt accidentia in subiecto, vel vt forma in alia forma, quæ verè intelligibile esse dicuntur; ideo in Mente, cuius proprium est intelligere, reperitur. Atque vt in Mente suprema sunt, imparicipatæ, in alijs mentibus participatæ dicuntur; nam participantur ab anima, sine qua huiusmodi mentes non reperiuntur: insuper in prima Mente solum pendent à Deo, in sequentibus verò pendent à prima Mente, & ab Ideis in ea existentibus: demum in prima Mente Ideæ minus inter se distinctæ sunt, in alijs magis magisque, prout à prima Mente longius recedunt, distinguuntur. Putabant autem Ideas à prima Mente in alias, vt à Sole radios in alias stellas diffundi, & vt à Sole per radios effunditur vis illustrandi, calefacien-

Idearum asser-
tores primi,
Ægyptij.

Ideæ rerum
omnium in
mente Dei
ex Antiquo-
rum mente.

Ideæ impar-
cipatæ in
Mente diuina,
participatæ
in alijs Men-
tibus.

di, cœteraque gignendi, quæ à Sole per lumen fieri dicuntur; ita à non participata Mente per Ideas diffundi putabant vim & facultatem in aliarum mentium Ideas similia producendi. Et cum in singulis mentibus insint Ideæ omnes, in singulis etiam reperietur Mundus Intelligibilis, ita ut tot intelligibiles Mundi ex Ideis consurgant, quot mentes existunt.

Idea extra
Mentis termini
nos non repe-
ritur.

Sciendum autem & hoc loco, Ideam propriè sumptam extra Mentis terminos non amplius locum habere, sed dum à Mente descendimus ad animam, Ideæ in rationes mutantur; anima tamen mentis redditam composta ad Ideas consurgit, ijsque connectitur; sub anima collocari putabant naturam, & quia natura pendet ab anima, ideo in natura reperiuntur vestigia rationum, quæ semina nuncupantur, per quæ proximè gignuntur corporea materiam includentia, in qua demum materiam ea, quæ ex seminibus generantur, Ideisque proportione respondent, nuncupantur imitationes, participationes, proximi materiae termini, ac demum umbras Idearum; de quibus vide Platonem in Timæo & Parmenide, cœterosque Platonicæ doctrinæ sectatores, Plotinum, Arnobium, Numenium, Proclum, & in Theologia Platonica Marsilius Ficinum, cœterosq; innumeros, qui hanc doctrinam fusè prosequuntur. Quæ omnia ab Ægyptijs promanasse, ex sequentibus patebit. Has Iynges vocabant, quas nunc supremæ Mentis rationes, nunc Paterni fundi ectypa dicebant, modò mundialium Classem catenarumque signacula nuncupabant; alij quoque Sphynges vocant: ita Clemens Alexandr. l. 6. Strom. Sphynges in sacris ponunt, ad indicandum sermonem de Deo, natura, similibusque esse obscurum & ænigmaticum. Has enim imagines polymorphas in crepidinibus seu coronidibus delubrorum, adytorumque parastatis, Herodoto teste, insculpebant; & Aristotele teste, vti paulò post allegabitur, veluti ideales conceptus ob oculos ponebant Sapientum; vt in adytis sacris operam dantes & θεόληπτοι, non iam humani discursus, sed mentium ab omni materia abstractarum modo, suprema Mundi entia contemplarentur. Sed

Plato.
Plotinus.
Arnobius:
Proclus.
Numenius.

Iynges, &
Sphynges vo-
cabant Egy-
ptij Ideas.

Clemen-
tis Alex:

Sphynges in
delubrorum
& adytorum
crepidinibus.
Herodotus.
Aristoteles.

Sphyngium
descriptio ex
Proclo.

Proclus.

ad Iynges reuertamur. Describit eas hisce verbis Zoroaster apud Proclum in Theologia, & 3. comment: in Parmenidem: Mens Paterna producit intelligens summo consilio omniformes Ideas; hæ verò fonte ab uno euolantes exilierunt; à Patre enim erat consilium finisque, sed sunt diuisæ, intellectuali igne partitæ in alias intellectuales; Mundo namque multiformi Rex proposuit intellectualem typum incorruptum, cuius ad ornatum vestigium induxit formæ, per quæ Mundus apparuit, omnifariam Ideis gratiosus; quorum unus fons, ex quo prodeunt diuersæ aliæ sine latitudine fluentes per Mundi corpora, quæ circa sinus ingentes examinibus similes feruntur mutatae, circaque aliundè alia, conceptus intellectuales fonte à Paterno multum decerpentes ignis florem in formis temporis, summitas principigemæ Ideæ prima à Patre scaturijt, huius per se florens fons. Quæ Proclus in hunc sensum explicat: Per hæc declarauerunt Veteres Mystæ, ubi sit Idearum hypostasis, & quis sit Deus, qui fontem ipsarum unum illum continet, & quomodo ex hoc fonte prodit multitudo, & quomodo Mundus factus est secundum eas, & quod omnium motrices sint Mundorum Systematum, & quod omnes sint intellectuales per essentiam, & quod per

per proprietates sunt omnifariam. Intellectuales has causas Ideas dixerunt, & ipsum typum Mundo dedisse, & eas esse conceptus Patris; manent enim in intellectibus Patris, & prodeunt ad Mundi opificium, & quia omnia factibilium continent causas, omniformes dicuntur; à fontanis vero Ideis aliæ prodierunt, quæ per partes sortitæ sunt Mundi opificium, & dicuntur examinibus apum similes, quia sunt secundorum genitrices. Hinc Zoroaster in Oraculis.

Zoroaster.

Νευμάτων ἔγγεις παρέθεν τούτοις καὶ ἀνταῖ,
Βελαῖς αὐφένταις κατέρρευσαν, ὡς ε νοῦς.
Περότι παρός εβλήθη, Ταῖς δ' ἀνέθεαλης πηγῇ.

*Intellectæ Iynges à Patre intelligunt & ipse.
Consilijs ineffabilibus motæ vt intelligant.
Primus à Patre scaturit huius per se florens fons.*

Sed explicemus singula. Ideas itaque Paterna Mens produxit; nam vt rectè Proclus, dum se Deus animaduertendo seipsum gignit, in se simul generat omnia, intelligens summo consilio omniformes ideas; in prole enim illa Dei, vt Plato loquitur, quam & semen vniuersale Mundi vocat, insunt propria omnia membrorum semina; quæ volendo tanquam bonum diffusuum sui, quando vult, ad extra producit, cœteris ordine Entibus communicans. Hinc rectè Zoroaster dicit, has ab uno fonte euolantes exilire; sicuti enim Sol in se lucendo illuminat omnia, sic suprema Mentium Mens intelligendo, atque volendo seipsam, & scit, & efficit omnia. Quæ quidem vti in Deo essentialiter vnitæ sunt, ita ad extra productæ, diuisæ, vt Zoroaster loquitur, intellectuali igne in alias intellectuales Mentium ordines transfusæ; vt quod in Mente suprema esset vnum & vnitate multiplex, id in Mundo iuxta ineffabilem diuinæ dispositionis ordinem esset omniforme, & secundum formales quasdam rationes distinctum, atque adeo omnia extra Mente supremam incorruptis diuini conceptus signaculis, iuxta quæ inuiolabili lege operarentur, insignirentur; sic enim Mundus in sua pulchritudine & decoris ordine conseruatus, omnigenis Ideis gratus appareret: nam quemadmodum ex fonte varij riui, qui tamen à fonte essentialiter dependent, deducuntur; ita ex uberrimo & infinito diuinæ Mentis fonte & pelago, innumerabiles diuinæ bonitatis riui per totius Vniuersi Entia substantias que deriuantur, vt rectè Zoroaster sensit, quibus Vniuersum vnicè conservatur, animatur, fœcundatur.

Ideas paterna
Mens produ-
xit.

Plato.

Deus omni-
rerum fons
ex Zoroastro.

Cur vero Zoroaster eas Iynges seu Ideas examini apum comparat, paucis accipe. Apes regem habent, cuius imperio parent omnes; quæ quidem distributis officijs in hoc vnum omnes incumbunt, vt naturæ opus, id est, mel mirâ industriâ conficiant. Ita in Ideali Mondo Rex supremus Idearum multitudine fœtus, eas in proxima sibi Entia transfundit; hæc Ideis insignita, hoc vnum fatagunt, vt imperio regis pareant, &

Iynges seu
Ideæ examini
apum compa-
ratæ à Zoroa-
stro.

ad

ad exemplar participatū omnia in Mundi œconomia recte administrent; vt Mundus formarum varietate imbutus, cū ornatum, & dispositionis pulchritudinem, quam omnes admiramur, præstet. Iynges enim ineffabilibus consilijs, vt Zoroaster dicit, motæ, dum Patris in se pulchras similitudines contemplantur, eas pariformi diffusione in Mundum Sensibilem, eiusque vniuersa membra deriuant. Has itaque Iynges seu Ideas vt aptè exprimerent Agyptij, eas varijs occultisque symbolis indigitarunt, vt sapientes contemplationibus assueti, dum eas intuerentur, sine discursu aut consultatione totius abditæ significationis ſeriem apprehendentes, ad beatarum Mentium exemplar Th'μρφου euaderent; quæ pulchrè sanè Plotinus l. 8. c. 5. explicat his verbis: Οὐ τοῦρ δὲ νομίζειν ἐκεῖ ἀξιωταὶ εἶναι θεοὶ Θεοί, καὶ δὲ οὐκεῖν ἐκεῖ ψευδεῖς θεοί· ἀλλ' ἔκαστα τῷ λεγομένῳ ἐκεῖ καλὰ ἀγάλματα, οἷα ἐφύταζον τοῖς εὐ τῇ σόφᾳ ἀρδεσὶ φυχῇ ἔτι· ἀγάλματα δέ εἰ γελεγμένα, ἀλλὰ ὄντα· διὸ καὶ θεοὶ οὐδέποτε ἔτι οἱ παλαιοὶ καὶ σοτεῖς. Nemo igitur existimare debet in Mundo Intelligibili vel Deos ipflos, vel habitatores illuc alios plusquam felices ibi quasdam propositionum regulis contemplari, sed singula quæ illuc esse dicuntur, veluti exemplaria quædam & spectacula seu simulachra pulchra intuentibus ſe offerre, qualia forſan imaginetur aliquis in animo sapientis viri existere. Dico autem non simulachra depicta, sed existentia; qua propter Ideas antiqui Entia & Eſſentiās appellabant. Hinc Sacerdotes Agyptij ad significanda diuina mytteria non vtebantur characterum nobis simili forma, yti ſuprā fuſe probatum eſt, sed integris herbarum, plantarum, animalium, aut ex his multiplici transformatione compositorum figuris; ad indicandum, quod ſupremum Numen archetypum ſcientiam rerum non habet tanquam excogitationem de re multiplicem, sed tanquam ſimplicem vnius rei formam. Sed audiamus verba Plotini. Videntur verò mihi Sapientes Agyptiorum ſiue consummata quādā sapientiā, ſiue naturali etiam Mentis iñſtinctu, vbi conſtituerunt sapientiæ mysteria nobis ſignificare, non vſi. fuisse figuris literarum, quæ ſignificarent ſirmonis diſcurſiones, & proprietates quasdam, & quæ imitarentur voces pronunciationesque regularum, sed potius deſcribebant imagines rerum ſingularum, easque depingentes in ſacris, clara rei ipſius diſcurſum ſignificabant; quod videlicet ſcientia & sapientia quādā ſit unaquæque imago & exemplar, & ſubiectum illud ſpectaculum totum unā collectum; neque ſit excogitatio quādā, nec conſilium; poſtea verò ab ipſa imagine exemplari ſiue sapientia ſimil tota, ſimulacrum in alio quodam ſiat iam euolutum, atque loquens cum diſcurſu quodam, & cauſas propter quas reſ ita iñſtitutæ ſint inueniens, dum videlicet diſpoſitio rerum, quod adeo bene ſe habeat, mouet admirationem; hinc ait eum admiraturum ſapientiam, qui conſiderauerit, quomodo ipſa non habens eſſentiæ ſuę cauſas, propter quas ita ſe habeat, ſiue agat, ita tamen ſe habeat, ſicuti ſe habent ea, quæ ſecundūm eam efficiuntur; quæ quidem diſpoſitio ex inquisitione vix tandem aut ullo modo maniſta ſit, quod videlicet ſic ſe ſe habere oporteat; ſed oportet in Mundo Intelligibili ante omnem inquisitionem & argumentationem ita ſe ſe habere atque exiſtere. Plot. l. 8. Supra Cœlum corporeum in Cœlo incorporeo ſunt duplices Di, ſcilicet intelligibiles, atque intellectuales; illi quidem ſunt Ideæ, hi verò intellectus omnes eternæ Idearum contemplatione beati; intellectus enim

diui-

Iynges ſeu
Ideas Agypti
per varijs
symbolis ex-
preſſerunt,

Plotinus.

Agyptij cur
hieroglyphi-
ciſ ſiguriſ
venerantur
ad ſignifica-
da diuina my-
teria.

Plotinus.

diuinus sic in se Ideas deriuat, ut eocas conseruetur in singulis, sed sub alia & alia proprietate; nec tam dicendum est, ideas esse in intellectu, quam intellectum, ipsum ipsas ideas existere, omniformem videlicet ex uniformi seipso mirabiliter, ut Hermes loquitur, prodeuntem. Et sicuti in intelligibili Mundo omnia intellectus sunt, ita in cœlesti Mundo intellectuali, omnia sunt cœlum: illic terra cœlum est, illic mare, animalia, plantæ, homines, cœlum sunt, quicquid denique est illius cœli, cœlestè est; quilibet Deorum, illic est omne; illic quodlibet est *Vniuersum*; quodlibet enim ibi magnum est, cum & paruum ibi sit magnum; ibi Sol, stellæque omnes, unaque stella Sol est, & stellæ similiter omnes. Miratus est huiusmodi Ægyptiorum doctrinam ipse Aristoteles, qui in Theologia sua mystica ad mentem Ægyptiorum differens l. 14. c. 14. inter alia hæc habet: *Inter entia superni Mundi nullum est substantialiter nobilius altero, sed omnia sunt illic secundum formam optimam; sicuti forme inexistentes animo architecti effectrices sunt pares, & differunt ab effectis, id est, figuris parieti insculptis; ideo in huiusmodi formas supernas prisci exemplaria, qualia Plato narravit esse, substantias essentiasque inferiorum, Sapientesque Babylonij & Ægyptij acumine mentis introspexerunt, intellectuales Mundi species complexi, scientia aliunde tradita, vel ex se ipsis inuenta, quam & professione sibi ipsis vendicarunt; siquidem enarraturi aliquid, vtebantur doctrinâ intellectuali, non discursuâ ad mortem hominum, uti nonnulli alij, qui consulentes eos adhuc non sibi visi satis firmiter discere ex sententijs locutione redditis, conceptus animorum acceptos scribant, (ut oculatâ fide legimus) in lapides per figuræ, idem in omnibus artibus scientijsque facientes, quas locabant in templis tanquam paginas perlegendas, talesque aderant primò libri eis utensiles; quod fecerunt, ut indicarent, quod intellectus agens immaterialis creauit omnia secundum propriam essentia cuiuslibet rationem similitudinemque; quale optimum fuit pulcherrimumque documentum, per quod utinam etiam indicarent, quâ ratione formas illas mirandas & absconditas attigerint; sic enim illorum sacramentum & laude dignius, qualis conditio paucis viris contigit. Quæ sanè verba ita Plotini suprà allegatis congruunt, ut Plotinus ex Aristotele ea descripsisse videatur; quibus quidem vterque ad abdita hieroglyphicorum significata alludit: nam ut rectè Iamblichus: *Imitantes Ægyptij ipsam Vniuersi naturam, fabricanque Deorum, ipsi quoque mysticarum reconditarumque actionum imagines quasdam in symbolis conficiendis ostendunt, quemadmodum & natura rationes occultas in apparentibus formis quasi symbolis exprimit, & Dij veritatem idearum per manifestas imagines explicant. Cum ergo perspiciunt, superiora omnia inferiorum similitudine delectari, atque insuper optent à Superioribus bonitate repleri, quatenus pro viribus offerunt, quando occulta mysteria symbolis inserunt manifestis, in quibus interpretandis dimitte voces, accipe sensus. Figuræ itaque hieroglyphicæ nihil aliud sunt, quam externæ quædam formæ notionum diuinarum, rationumque idealium veluti signa quædam; non secùs ac formæ rerum naturalium sensibiles, quæ in lapidibus, herbis, plantis, animalibus, stellis se se exerunt, intrinsecè signant abditarum virium proprietatumq; admirandarum rationes, quæ nihil aliud, quam diuinæ mentis rationes ideales, & ut S. Dionysius ait, quædam diuinarum virtutum specula sunt, quorum**

In cœlesti
Mundo intel-
lectuali omnia
sunt Cœlum.

Aristoteles
doctrina de
Ideis secun-
dum Ægypti-
os.

Hieroglyphi-
cis figuris cur
vsi Ægypti-
ex Aristotele.

Iamblichus:

Hieroglyphi-
ca figuræ
quid sint.

S. Dionysius:

con-

Hermes.

contemplatione mens in abdita intelligibilis Mundi arcana exsurgit. Nam ut recte Hermes in Pimandro: *Nè præcipuum Dei nomen tibi desit, neque ignores id, quod plurimis occultum videtur, esse perspicuum, nam si non squam pateat, utique nihil erit; quodcunque se aspectui offert, genitum est; quod verò latet, sempiternum existit; neque enim hoc opus est, ut appareat, cùm esse nunquam definat; ante oculos quidem id reliqua ponit, ipsum verò secretum maneat, utpote quod vita sempiterna fruatur; in lucem plenam educit omnia, in alytis delitescit, phantasie tamen exprimit singula; etenim phantasia solum circa ea, quæ genita sunt, versatur, in qua præfer generationem omnino nihil existit, etiam cùm id ingenitum phantasie incomprehensibile; cùm verò per ipsum omnia clarescant, per omnia sursum atque in omnibus fulget, iisque præsertim apparel, quibus notitiam sui communicare voluit. Quid nomen Dei, nisi vis cum essentia Dei identificata in vniuersi Mundi membra diffusa? & ut Suidas ait, ambulans per Vniuersum? de quo in Cabala susiùs, vbi quicquid dei diuinis Nominibus, de decem Sephiroth, probatum est, ad ideas diuinas respicit. Verum, ut dixi, de his Cabalam consule, vbi omnia fusè petrata reperies. Cùm itaque, vti Aristoteles ait l. 14. c. 15. Theologiae suæ mysticæ, Aegyptiorum de supernis rebus sapientia sit admiranda, tempus iam locusque postulant, vt quid per figuræ illas polymorphas in limbo tabulæ expressas significauerint, exponamus.*

Expositio Limbi tabulæ Ifiacæ.

Porphyrius.

Aegyptij ad Deorum fabricam omne animal vna cum homine assumperunt

Antequam interpretationem nostram auspicemur, prius hoc loco adducere vitum fuit locum Porphyrij lib. 4. de Abstinentia, vbi paucis verbis, totius expositionis nostræ suminam attingere videtur; sic autem inquit: *Ab hac itaque exercitatione, & cum Deo coniunctione, perfecè nouerunt Aegyptij, non per hominem solum diuinitatem transuisse, neque animal in solo homine in terra habitaculum obtinuisse, sed etiam propemodum per omnia animalia pertransire; unde etiam ad Deorum fabricam, omne animal vni cum homine assumperunt, in qua & brutorum, & hominis, & avium, item & hominis corpora communiquerunt; singula enim apud eos simulachra vel usque ad collum humanam speciem præferunt, caput verò vel avis, vel leonis, vel alterius alicuius animalis corpus exhibet; quibus videlicet significant, hæc ex Decrimum sententia habere inter se societatem; atque adeo cognata tam mansueta, quam agrestia animalia, non sine diuina quadam voluntate esse; Φανερός δέ τοις Αἰλυτήσις ιερομάνταις παῖς τα σημάνταν Ταῦτα ιερῶν ἀρρένων αἱρέαίχεν· οὐτοὶ δέ τοῦ ποικίλου εἰς ἔνα συσαρμόδιον, καθὼς θεοὺς Ταῦτα αἱρέπτων τὰ ιεράκος, οὗτοι τοις Ιβρις θεοφαλέος, ηγούμενοι πατέλευσον. Manifestum enim est, Aegyptios Hieromantos omnia sacrorum arcana significare ex varijs in unum constitutis rebus, veluti ad hominis formam, capita accipitris, aut ibidis, aut similibus assumptis. In omnibus enim ijs rebus, in quibus diuina ratio circa manifestum quendam effectum elucebat, illam eandem ad diuinæ notionis intellectusque ideam signandam assumebant; atque hoc patro per vniuersas mundialium classium semitas peruagati, eas quærebant idealium catenarum rationes, quibus videlicet diuina Mens omnia*

omnia in quadruplici Mundorum serie elucescentia, quibusque singulas mysticas rerum catenas, à supremis ad infima usque Entia Idearum signaculis connecteret, quibus inuentis, uti Deus omnia in omnibus est, ita vniuersi Mundi Entia cum supra Mente, à qua essentialiter dependent, idem esse denotabant; quorum quidem notitia pro fine habebat Theophrastus & Democritus totius humanæ diuinæque felicitatis complementum, ut infrā exponetur.

Superioris Limbi interpretatio.

Quemadmodum itaque totius mensæ periochen Limbus ambit, eodem pacto Idealis Mundus totius naturæ systema; diuiditurque in quatuor partes, superiorem, inferiorem, latus dextrum, & latus sinistrum; quas omnes ordine exponemus, à superiori interpretationis nostræ exordium auspicaturi.

Signatur limbus superior literis A C, in quo prima figura signatur numero 1. & Canis sedentis cum sistro vase Nilotico insidente, sicutum obtinet; à cuius tergore phallus oculatus, & stipatur utrinque, hinc loci, illinc perseæ folio; quæ quid indicent, paucis accipe. Per florem loti, exemplar in diuina Mente existens indicatur, iuxta quod omnia ad extra producta suas operandi regulas conformant, sumptâ similitudine à loti natura; est enim, Theophrasto teste, flos candidus, lilijs soliorum angustiâ proximus; verè enim hic maioris Nymphæ flos est, qui Sole occidente clauditur, atque sub aqua occultatur, atque oriente supra aquas surgit & foras exit, aperiturque, motum Solis accuratissimè mensurando, unde & ab Ægyptijs λότος, id est, lotus mensuratrix dicitur, de quo vide susè tractatum in huius Operis tractatu de herbis Ægypti hieroglyphicis. Ex mira itaque huius herbæ proprietate, Ægypti Sapientes Ideam exhibuti, loti florem pingebant, ad indicandum omnes Ideas, & rerum naturalium formas, ita ad formam formarum, Idearumque Ideam, supremam Mentem, & archetypum Solem, sese habere, sicuti loti flos ad Solem sensibilem; archetypum enim Solem omnia infallibili & ineuitabili lege semper in Mundana republica recte administranda sequuntur. Flos loti tenuissimo caulinco innititur, quo indicabant, Idearum rationes ab omni materia abstractas, Soli intellectuali contemplationi insisteret. Vbicunque itaque in hac tabula hunc loti florem inuenitis (inuenitur autem passim & frequentissime) hoc eos symbolo alludere ad ea, quæ diximus, nouerit Lector. Porro ex altera parte perseæ folium reperitur pendulum; quod vt explicetur, notandum, perseam arborem folium, teste Horo, uti varijs locis ostendimus, linguae, fructum, verò cordi similem habere; per cor anagogicè primæ & supremæ Mentalis intellectum, per linguam verbum quod producit, indicabunt; intellectus verò seu conceptus paternus seipsum concipiendo, producit verbum, in quo omnes Idearum rationes explicantur ad extra; sicuti enim arcana cordis per linguam exprimuntur, ita intellectus per verbum, ut

S

dixi,

Limbi Superioris Tab.
Bemb. interpreatio.

Canis seden-
tis in limbo
superiori tab.
Bemb. interpre-
tatio.

Lotiflos So-
lem sequitur;

Theophrastus

Lotiflorem So-
lem sequente
Ægypti quid
indicent.

Persea arbor.

dixi, omnes exhibet rerum existentium notiones, quæ & in vniuerso Mundi ordines bonitate quâdam communicatiâ imprimunt, ut singuli iuxta communicatas sibi Idearum notiones in Mundi bonum conseruationemque cooperentur. Quia verò Mundum sine fœcunditate sterile-scere necesse est, hinc custodem virtutis fœcundatiæ, quo à Deo imbuitus est, ei conseruandæ necessarium adhibuit; hocque exemplar Anubico Geniorum choro, vt secundum id operarentur, attribuit. Atque totam hanc rationem aptè sanè exhibent per Canis sedentis, & mammis turgidi, cum sistro apposito figuram. Canis Anubin, vt særissimè dictum est, signat, phallus verò dorso eius appensus fœcunditatis Osiriacæ custodiæ; Canis sedens cum sistro, & phallo dorso eius appenso, notat Anubicam virtutem, Osiriacæ fœcunditatis conseruaticem & propagaticem, communicatam sibi à triformis Numinis supremo intellectu, quæ per globum alatum serpentiferum vna cum sceptro Serpentibus apposito luculenter patet; de quo cùm vberrimè in Obelisco Pamphilio sol. 398. egerimus, eò Lectorem remittimus. Sed quia istiusmodi symbolum frequentissimè in huius tabulæ limbo occurrit, paucis hoc loco id explicandā duxi, nè toties idem repetere cogamus. Symbolum *κυλο-φι-πτερωφαν*, id est, globus hic exhibitus alis & Serpentibus conspicuus, nihil aliud notat, nisi primam Mentem, & supremam omnium causarum causam, à qua veluti à vitium omnium, omnium Idearum fonte infinito, omnia in omnia sempiterno quodam effluxu deriuantur. Hunc Idealem eius conceptum non incongruè exhibent per circulum, alas, Serpentem: sicuti enim ex centro circuli omnes lineæ ad circumferentiam ducuntur, ita ex circulo hoc, cuius centrum vbiique, circumferentia nusquam, per verbum suum aptè Serpenti comparatum, & spiritum Pantamorphum per alas indicatum, Idealium rationum radij in vniuersam Mundorum naturam diffusi singulas substantias, tam sensibiles, quam insensibiles, virtutum suarum signaculis notant; hinc enim vniuersa Mundi vita dependet, ut suprà probatum est. Aptè itaque hoc symbolum Ideale diuinæ Mentis singulis simulachris superposuerunt, vt ostenderent, nullum in Mundo ens existere, quod non essentiaæ suæ rationes à supremo omnium influxu participasset.

Sed iam ad institutum nostrum. Secunda figura exhibet figuram Accipitris Hori capite insignitam, quâ nihil aliud indicatur nisi Sphynx Horæa (quam & Zoroaster Iyngem dicit) Idea prouidentiæ Mundi sensibilis, Plutarcho teste, & Psellus confirmat his verbis: *Τυχη δινη περιστατησ αριστης*. Quo quidem Ideali signaculo à supremo triformi Nume insignito necessiarum copiam iuxta primi exemplaris præscriptum, concipit; nam vt rectè Zoroaster, Iynges à Patre intellectæ intelligunt, id est, à Patre Idealibus rationibus imbutæ, iuxta earundē immutabile legem Vniuerso prouident. Quoniam verò ignea vis Mundo omnino necessaria est; hinc aliud Ideale symbolum huic superposuit, signatum numero 3. & Leo est cum globo alato superposito, & loti floribus hinc inde appositus. Quid per loti florem, & globum alatum indicetur, paulò ante exposui-

Canis Anubis significat

Globus alatus cum Serpentibus & sceptro quid significat.

Accipitris figure in limbo superiori tab. Bemb. interpretatio plutarctus. Psellus.

Zoroaster. Iynges à Patre intellectæ intelligunt. Leonis insuperemolimb tab. Bem. Interpretatio.

posuimus; quid per Leonem, iam explicemus. Leo, ut in Obelisco Pamphilio sol. 284 docuimus, hoc loco notat vim illam archetypi corroboraciam in potentias terrestres agentem, seu Solis igneam vim, quam & Mophtæam vocant, qua in humidum, illud promouendo, agit, quo terra imprægnata veluti ex diurna tate conualescit, & ad fruges ferendas apta redditur & idonea: est enim, Horo teste, Leo animal terreum igneis spiritibus plenum: si enim mundana machina istuc humido-igneo careret, totum perire dissoluique necesse foret: ut itaque ab hoc interitu vindicaretur, Mophtæa Intelligentia, ut signaculo ideali insignita, huic sibi commisso officio inutiliter incumberet; opus fuit, quod & aptè per ramum herbæ, qui Ægyptijs **akaxiz** dicitur, exprimitur, cuius folia noctu ad absentiam luminis Solis ita clauduntur, ut spinas verius quam folia referat, interdiu vero mox ad Solis præsentiam lætam propagine expanduntur; ramus vasi Nilotico insistit, quo indicatur, quod si igneus spiritus ab humore absit, omnia contabescere necesse sic, eo vero præsente omnia fœcundè luxuriare. Porro cum Mophtæa Intelligentia non immedietè sed per sub delegatam sibi Intelligentiam operetur, custodiā executionemque rerum sibi commendatarum tradit Nephtæ, cuius ministerio intra terram ad fœcunditatē disponitur; quæ aptè exhibentur per 4 & 5 figuræ; ubi vides florido canistro impositum phallum oculatum, Nephtam vero ingeniculatam cum vase in sinistra, veluti adorabundam fidei suæ commissum fœcunditatis thesaurum suscipere; ut quod à Mophta sibi concessum, id ipsa bisulcâ flammâ è capite emergente, id est, igneâ mentis vi compleat. Sequitur numero 6 signata figuræ, Agathodæmon Ophionius, ex Aspidis corpore, & capite Accipitino, alisque expansis spectabilis; quod lucis, & vitæ motusque symbolum esse, alibi copiosè probatum est: Quia vero spiritus hic igneus sine humido consistere non potest, hinc aptè bouinum caput ei supposuerunt, quod symbolum Lunæ esse alibi paßim dictum est, idque cornua satis manifestant: indicant itaque, spiritum vitæ & lucis non priùs efficaciam suæ effectum sortiti, nisi ubi Lunari corpori coniunctus fuerit; Luna enim excessiuam lucidorum, igneorumque spirituum potentiam humiditate temperat, ut effectum suum in inferiori Mundo obtinere possint. Vide de hoc symbolo fusiūs tractatum in Obel. Pamph. s. 514.

Figura 8 numero notata, Rana est aræ insidens, thyrsis papyraceis hinc inde stipata, cum globo quem Serpens circumdat, apposito; quæ quidem symbola indicant materiem infimum formarum receptaculum, imperfectum adhuc, & omni forma priuatum; symbolo à similitudine Niloticæ Ranæ deducta, quam omnium insectorum imperfectissimum dicebant, eò quod sola Rana inter animantia, in primis ortus sui incubalis media parte nescio quid terreste trahat, reliquo animata, & in lumen limumque redigibilis sit. Sed de his vide quæ superiùs de Rana tradidimus. Hinc rectè Ægyptij lutum indigitantes Ranam pinxerunt, ex luto ut genitam, ita & in lutum resolubilem; quæ omnia pulchrè inuisse videtur Iamblichus his verbis: *Quando itaque lutum in sacris nominant,*

Horus.**Ramus herbae.****AKAXIZ.**

Figura 4. & 5
Phallus oculatus & Nephtæ

Figura 6 Agathodæmon Ophionius.

Figura 7. caput Bouinū.

Figura 8. Rana aræ insidens.

Lutum indigentes Ægyptij ranam pingebant. Iamblichus.

nant, aut inducunt, hic intellige Mundi corpus atque materiam, genitalemque virtutem huic insertam, & quasi pariter agitatam atque fluentem, aut etiam causam principalem, & quasi loco fundamenti præpositam elementorum elementariumque virtutem; cum hoc igitur tale sit, Deus ipse generationis, totiusque nature virium omnium, quæ insunt elementis, causa, ut pote qui hæc omnia saperemineat immaterialis ipse, indius, immobris, & ingenitus, totusq; ex seipso, & in seipso totus, hæc omnia perspiciens antecedens, & dicit, in se cuncta complectens.

Globus Serpentis circumdatu-

Ranam Isidi
consecrabant
Aegypti.

Herodotus.

Omnia hæc respicere videtur globus Serpente circumdatus Ranæ superimpositus; suprema siquidem Mens idealis actionis suæ influxu materiam concipiens, eam omnimodis formis imbuit, & ex imperfecta perfectam reddit, sine quibus nec consistere posset, neque generationibus rerum aptari. Hinc Ægyptij Ranam rectè Isidi sacrarunt, tanquam Intelligentiæ rerum omnium formatrici, matrique omnium, & in festo inuentionis partium Osridis, Herodoto teste, Sacerdotes thyrsis papyraceis & arundineis, inter quos Ranis stabulare maximè consuetum est, aras ornant; occultè insinuantes genitalis humoris copiam, quam à matre omnium expetebant; quæ appositè sanè per duos thyrlos Ranam stipantes indicantur. De loto & perse, quæ idealis influxus symbola sunt; suprà dictum est.

Figura 9 & 10
Androsphynx
& figura inge-
nulata.

Sequitur 9 & 10 figuræ, videlicet ædægæphæ sedentis habitu, & figura ingeniculata, Lunâ sextili capite insignità, pennam Ibidis manu gerens, cum loti & perseæ folijs intermedijs. Androsphynx ex Leone & humana facie composita, alis conspicua, denotat Intelligentiam Solarem corroboratiâ vi pollentem, quæ influxu ideali à supra Mente sibi communicato, qui per lotum & folia perseæ indicatur, vñà cum Nephta Lunari subdelegato sibi Numine humidum terrestre, rude adhuc, impolitum, imperfectumque, ad intentum tandem finem perducit.

Figurae 11. 12.
13. 14 nauis
impositæ.

Porrò figuræ signatae numeris 11. 12. 13. 14. nauis impositæ spectantur, & sunt Bos Neuius, cum globo alato serpentifero, perseæ folijs stipatus; gubernator nauis contum in manibus tenens, signatur numero 11; figura numero 14 signata, pennam in manu, in capite Lunam sextilem habet; prora nauis loto, puppis Accipitrino capite loco tutuli pennam & Aspidem gestante, insigniuntur; boui adstat quadrans Astronomicus. Quid singula velint, paulò altius ordiri visum est.

Nauis Barys
apud Aegy-
ptios celeber-
tissima.

Plutarchus.

Herodotus.

Nauis hæc celeberrima Ægyptiorum Barys, est nauigij papyracei, teste Plutarcho, genus, quo in sacris, Herodoto teste, vntuntur; & in tabula medium limbi locum tenet, quam omnia symbolica animalia, & Ideales schematismi, vtrique veluti supremam Idem respiciunt; quæ vti primum locum inter superioris limbi figuræ obtinet, ita & tandem primò ante omnia explicasse oportebat, nisi ordinis ratio in tabula præscripta aliud suassisset. Omnia itaque in limbo hucusque partim explicata, partim explicanda symbola huc respiciunt.

Nauis puppis
Accipitrino
capite insig-
nata.

Sed explicemus singula. Nauigij puppis capite Accipitrino, in cuius capite penna & Aspis, insignitur; deinde sequitur planta sacra Ericæ; post hanc Horus conto nauigium impellens; medium nauigij bos obti-

obtinet, per se & folijs hinc inde stipatus, cuius dorso globus ~~apud. et seqꝫ~~ imminet, & quadrancem Astrologicum appositum habet; figura 14 ingeniculata manibus pennam Accipitris, capite Lunam cum vipera emer gente portat; claudit tandem schemata Loti flos puppi insitens. Omnia hæc symbola Ideas exprimunt, quibus à supremo Numinis per admissos suos vniuersa Mundi machina continuò gubernatur, conseruanturque. Nauis supremarum defluxionum in vniuersas Mundi semitas diffusarum vehiculum innuit; puppis Accipitrino capite pennâ & Aspide insignita, lucis, & vitæ motuq; quo omnia pernicitate suâ conficit, vberitaté; pro rati vel meliloti flore spectabilis similitudinem, qua omnia ad diuinæ Mentis Ideam operantur, ut dictum est, occultè indigitat. Gubernator nauis Horus est, illa videlicet Mundus Solis vis, quæ partium anni singulis rebus congruam constitutionem moderatur; Apis seu bos Osiris, vel animam Mundi, vel Solaris Numinis supremam Mentem exprimit; hunc sequitur Isis Lunam in capite gestans, & pennam Accipitris in manu, quâ Solis eam coniugem esse innuitur, ut alibi fusè expositum fuit. Nam ut recte Diodorus apud Eusebium: *Osiris εώ Isis Sol εώ Luna*, secundum Ἀgyptios sunt, à quibus trinis temporibus, vere, aestate, εώ hyeme, inuisibili modo circumductus Mundus gubernatur, εώ omnia nascuntur, aluntur, augentur. Hinc aptè quadranteum Astrologicum boui apposuerunt, temporis symbolum, quod agriculturæ operibus aptum feligebant; tempora, teste Diodoro, quamvis inter se aduersentur, mirâ tamen concordiâ annum conficiunt; horum autem Deorum alter ignis & spiritus, alter humidi & siccii, uterque verò aëris temperiem producere dicitur, quibus omnia & oriuntur, & conseruantur. Osiris autem & Apis eundem esse, Plutarchus testatur his verbis: *Tolerabilius sentiunt, qui per Apim significant rapido motu citari Vniuersum*; plerique Sacerdotes in idem aiunt recidere Osirim εώ Apim, enarrantque docent nos; Οτι ομοφεν εικόνα χεὶ νομίζειν τὸ Οσιρεῖον Τράπεζα. Apin putandum esse formosam animæ Osridis imaginem. Sed de Boue vberimè tractatum vide in Obelisco Pamphilio; Hierogrammatismo de Boue, & Tom: I. Oedipi Syntagm. 3. de Apide. Nihil igitur aliud hoc ideali schematismi indicare voluerunt Ḵgyptij, nisi triformis Numinis per globum alatum indicati, in vniuersas Mundi semitas diffusionem, ordine tamen quodam singulari. Primò enim sese exerit in animam Mundi per Apin significatam; deinde in Horum & Isin, id est, Solem, Lunam, ceterasque stellas; ac tandem in omnia reliqua inferioris Mundi membra, quibus præsunt, diffundit: horum enim administratione tūm temporis dispositio, tūm omnium generationes expediuntur, ut dictum est: In naui vehuntur, quia motus horum in humido. ita Eusebius: *Solis, inquit, imaginem in naui collocant, que Crocodilo fertur, ut per nauigium motus in humido, per Crocodilum autem potabitis aqua significetur, in qua Solem ferri contendunt*. Sed totam hanc idealis significationis expressionem apposite sanè, si quicquam ad nostram rem, Iamblichus exponit, qui omnia hieroglyphica huius ita aptè describit, ut id explicasse videatur; sic enim ait: *Proinde ubi Deum introducunt, nauis*

Nauis Barca
figura omnes
exprimunt
Ideas.

Horus Nauis
Gubernator.

Eusebius.
Osiris & Isis
Sol & Luna.

Osiris & Apis
idem.

Nauis hiero-
glyphica, &
quid indicente
ea Ḵgyptij.

Eusebii.

Iamblichus.

uis gubernatorem, principatum significant; Mundi gubernatorem sicuti enim gubernator à naui ex gubernaculo segregatus, uno quoddam facileque momento mouet undique, ex regis dirigitq; nauem; ita Deus ipse de super, videlicet a primis naturæ principijs, præcipuas motionum causas exhibet. Quoniam vero partes cœli omnes, animalisque cœlestia, ex solius universo motus, ipsumque tempus, secundumquod Mundus ipso mouetur, cuncta denique que continentur in totis, vires à Sole descendentes accipiunt, alias quidem commixtas in ipsis, alias autem commixtionem exuperantes, ideo has quoque symbolicus significandi motus adducit, verbis quidem solis Solem designans secundum animalia cœlestia figurari, formasque vicissim commutare per horas, interea vero monstrans immutabilem eius similitudinem per totum Mundum traditionem. Sed quoniam quæ suscipiant, alia quidem alibi circa imparibilem futuri Dei traditionem, atque ipsa produeant naturarum, motionumque suarum multiformes accipiunt a Sole potentias; propter symbolica traditio vulnus per donorum multitudinem unum ingredi Deum, atque per potentias multiformes unam Dei adesse potentiam; quapropter inquit ipsum unum et indeque consistere, vices vero formarum, transfigurationesque in suscipientibus afferit resultares, ideo illum secundum animalia & ad horas commutari ait, quasi circa Deum mutationes eiusmodi varientur secundum diuersa receptacula Dei. Eiusmodi videntur Ægypti non solum in ipsis Deorum proprijs visionibus, sed & in precibus etiam leuioribus, que eundem sensum habent, atque per talem symbolicam mysticamque cultoram ad Deos supplicandos accedunt. hactenus Iamblichus; quæ uberiori explicata vide in Glasse III. fol. 183.

Sequuntur nauem alia tria schemata, signata numeris 15. 16. 17. quorum prius Horis ingeniculati figuram exhibet, alterum Accipitrem seu Thaustum, cuius dorso Serpens globo circumvolutus; tertium caput Hircinum aræ impositum, thrysus floribusque id stipantibus. Quibus quidem nihil aliud indigitatur, nisi Solaris Numinis in Mundum sensibilem vis & efficacia. Et Accipiter quidem, ut iam sæpe dictum fuit, symbolum est vitæ lucisque, quæ in Sole eminet, & per Serpentem globo circumvolutum exprimitur; siquidem luce calor & vita in Mundo, qui per Horum ingeniculatum notatur, confertur; hinc ingeniculatus est, quia Mundus hic sensibilis se ad animam Mundi, quæ in Solari corpore sedem suam figit, habet, sicut anima ad corpus; hinc Horus Thausto, eiusque influxibus se quodammodo subdere gestit. Quid flos Meliloti, cum perseæ folijs, & acaciæ ramo Accipitri apposito indicent, iam sæpe dictum fuit. Sequitur hæc caput Hircinum aræ impositum, quo Mendesia vis innuitur. Est autem Ægyptijs Mendes, Μενδης, idem quod Hircus, quem & Κιλενας dicunt, id est, Hircum sacrum, atque adeo quem Græci Πάνα, Ægyptijs κιλενας vocant, id est, fœcunditatis praefidem. Adiungitur Thausto, quia quæ Thaustus in Hori mundana domo sapienter disposuit, per calorem, lucem, & motum; id Simendes seu Pan virtute suâ fœcundatiuâ, vnumquodque iuxta seminalium rationum conditiones excitans, in uberrimam rerum omnia copiam repullulat.

Figurae 15. 16.
17.

Accipiter,
Serpens glo-
bo circum-
datus, Horus
ingeniculatus

Caput Hiri
aræ impositu.
Simendes Æ-
gyptijs idem
quod Græcis
Pan.

scere curat. Aræ impositus est, quia summo in honore ab Ægyptijs, teste Herodoto, habebatur, thyrsique Satyriacis, quos & aræ circumpositos vides, teste Pausania, festum eius celebrabant; quæ in Obelisco Pamphilio in Hierogrammatismo Hirci copiose prosecuti sumus.

Porro hanc Thausto-Mendeticam ideam sequitur idealis Ammonis typus, qui aptè per numeros 18, & 19 exprimitur; & Aries est, bisulcam è capite flammarum euentilans, cum globo alato, dorso imminenti, flore loti intermedio; præcedit hanc figura 18 ingeniculata, tutulo in calathi, cui cucurbita imprimitur, formam spectabilis, manu dextrâ vas Niloticum, sinistrâ pyramidem gestans. Tutulus, vas, & pyramis denotant, hunc calido-humidi præsidem esse, vase humorem, pyramide ignem denotante, in quibus cùm totius generationis vis & potestas consistat, reètè præses eius constituitur: ingeniculatus est, quia Ammoniæ Intelligentiæ minister est: nam vt rectè Iamblichus: *Opifex intellectus, qui & veritatis dominus est, atque sapientiæ, quatenus in generationem progrediens oculam, latentium rationum potentiam traducit in lucem, Amun Ægyptiacâ lingua vocatur.* Atque per Arietem aptè significabatur, igneum animal fœcundumque; de cuius multiplici significatiōne cùm in Hierogrammatismo Arietis fusè differuerimus, ea hic repetere nolqimus. Exhibit itaque hoc ideale Schema, quomodo triforme Numen supremum in Ammoniam potestatem primò, & hinc in subdelegatos sibi ministros, ad humido-calidi perfectam actuationem influat. Hinc Sacerdotes mense Pharinuthi, quo Sol Arietem ingreditur, Ammonium influxum in le deriuantes, ampullis Niloticis vario florum frugumque habitu ornatis sacra peragebant, vti in Calendario Ægyptiaco diximus, & hoc loco per floream columnam numero 20 signatam, in qua ampulla Nilotica insistit, exprimuntur.

Sequuntur modò figuræ 21 Cynocephali, 22 Hori, cum 23 fonte vitigineo Hecates, & tandem 24 Ἱερακο-λεωντόφυξ, cum Canopo quem præfert; quibus indicatur, quomodo triforme Numen influat in aqueæ & igneæ substantiæ œconomiam, & fontanos patres; quomodo etiam inde resultet fons vitigineus, cuius deriuatione omnia quæ in Mundo sunt, conseruentur. Quæ vt intelligantur, sciendum est, si ignis & calor in Mundo tantum forent, totum Mundum siccitate perditum iri; contrà si sola Mundo humiditas dominaretur, Mundum putrefactione necessariò destructum iri. Sapienti itaque consilio à suprema Mente constitutum fuit, vt calidum humido aptè temperaretur, atque adeo Mundus huiusmodi miscellæ temperie conseruaretur; quæ per dicta symbola apposite indicantur. Globus alatus triformis, vt iam suprà dictum fuit, influxum exhibet; & primò quidem in Solem & Lunam, seu quod idem est, in Intelligentiam Solis & Lunæ, cuius symbolum est Sphynx Ἱερακόμοφος seu Accipitrisformis, cum Luna in capite, & Aspide inter cornua Lunæ circulo inclusa; qua Solis & Lunæ, siue calidi & humidi, ad Mundum vitalibus influxibus animandum, unita vis sub ministerio Momphæ intelligitur; quæ maximè Sole in Leonem ingrediente in Ægypto, vti in

Herodotus.
Pausanias.

Figura 18. &
19.

Ammoniæ
Intelligentiæ
minister inge-
niculatus.

Iamblichus.

Figura 20.

Figura 21. 22
24.

Humidi &
calidi tempe-
rie Mundus
conseruatur.

Globus
alatus.
Sphynx Acci-
pitiri-Leoni-
formis.

Figura 25.
Canub.Cynocephal-
lus cum psilio
Lunaris Ge-
ni symbolūZoroaster.
Fons vitigi-
neus.

in Leonis Hierogrammatismo diximus, viget: in terram deriuata ulterius actuanda committitur Praesidi Canub seu Canopo ministro Momphæ, quem figura 24 exhibet; cuius officium est spiritus igneus aquæ substantiæ commissos, per univeras mundanæ domus semitas diffundere: quia verò id sine Hori, quem 22 figura exprimit, & Lunaris Intelligentia temporum constitutricis mediatione fieri non potest; hinc rectè huius symbolum Cynocephalum sedentem ponunt, cum adiuncto psilio herba, quæ cum folliculis suis caput Simiæ referat, appositè ei adiuncta sit in sacrificijs ad Genium similitudine rerum attrahendum; de quibus vide Obeliscum Pamphilium fol. 301.; hic enim uti ob duodenum mictum horas æquinoctiales demonstrat, ita ob sympathiam, quam ad Lunam habet, meritè Lunaris Genij tempus lunaribus operationibus aptum unâ cum Horo constituentis symbolum euasit. Vbi & notandum, figuræ 21 & 22, id est, Cynocephalum & Horum, utrumque vase in manu instrumentum, contraponi figuræ 24, eò quod Hieraco sphinx cum Canopo se habeant per modum principij actiui seu formæ, Cynocephalus verò & Horus per modum principij passiui seu materiæ, ex quorum congressu fons 23 vitigineus emergit, liquore vitali omnia alens & sustentans; de quo Zoroaster: *Fons fontium, & fontium cunctorum matrix, continens omnia, unde affatim exilic generatio multifariæ materie, inde tractus prester subtilis ignis flos, Mundorum indens cavitatibus, omnia namque inde, incipit deorsum tendere radios admirandos.* Et deinde Intelligentias paulò ante expositas his verbis describit: *Est enim quoddam intelligibile, quod oportet te intelligere mentis flore; est enim roboris circumclusa lucidi potentia, mentalibus fulgens sectionibus; induit ignem vinculum, ut temperet fontanos crateras, & amore implet omnia, examinibus similes feruntur, prorumpunt per Mundi corpora.* Quæ omnia amplissime explicata vide in Sphyngi mystagoga fol. 335. & sequentibus; quem quidem fontem aptè Hieromantæ expresserunt figura 23 per ampullam sacram aræ impositam, ex qua in duo vasæ liquor utrinque effunditur, fonsque Hecatinus vitigineus appellatur à Zoroastro citato loco, cuius magnus in sacrificijs usus erat.

Limbi sinistri
Tab. Bem.
interpretatio.
Situs figura-
rum hierogly-
phicarum
attendendus,*Interpretatio Limbi sinistri.*

Limbus hic continet varios Hierogrammatismos naturarum complicitarum, id est, variè transformatos: in quibus maximè situs attendendus est, uti & in cœteris limbi solidibus; alij enī stantium sedentiumque, alij cubantium, nonnulli currentium, volantiumque situm exprimunt; qui omnes magnam in significationibus suis energiam habent. Sed cum hæc alibi indicauerimus, ijs relictis ad interpretationem nos accingamus.

Idealia sche-
mata Genio-
rum ignis &
aquæ.
Figura.
25. 26. 27.

Limbi itaque presentis & ijs continet Idealia schemata Geniorum ignis & aquæ, & quomodo ijs Uniuersum subsistat. Figuræ numeris 25. 26. 27. signatæ exhibent influxum supremi Osridis in Mundum sensibilem; Osridem supremum exhibet Leo sedens, sub Accipitris capite, cum

cum apposito loti flore & perseæ ; figura 27 Horum exhibet, id est, Mundum sensibilem, Osiridis, in quod influit, subiectum : herbam Osiriten in manu tenet, quæ est herba semper & folia, & flores, & fructus tenens immarcescibiles ; in medio aræ posita spectantur pyramis, cum ramis Acaciæ vasis impositis , aram thyrsis papyraceis ambientibus . Indicant itaque, quòd sicuti Sol iradians Mundum hunc sensibilem, omnia animat, nasci flores & fructificare facit ; ita radius Mentis supremæ per Leonem Accipitriformem indicatus, robore, vitâ, luce, Mundum intellectualem implet ; hic ijs imbutus Mundum sensibilem ijsdem imbuit ; ad intellectum enim supremæ Mentis omnia siue intelligibilia, siue sensibilia, mirifice mouentur, non secus ac radius Solis mox ac loti florem , ac folia acaciæ percusserit, ea vi quâdam inevitabili secum trahit . Leo terrestre animal igneum indicat ignem elementarem ; sedet, quia potestate habet in omnia sphœræ suæ subiecta ; Accipitris caput habet, quia ignis elementaris, influxus sui rationes ab igne intellectuali supremæ Mentis, vitæ totius vniuersi arbitro , vti Serpens globo circumpositus ostendit, accipit . Horus ingeniculatus Osiriten herbam ei monstrat, quo gestu indicatur, Mundum supremæ Menti subiectum esse, & veluti principium passuum summo quodam desiderio teneri , ab eodemque varijs rerum formis impleri desiderare, quæ per Osiriten herbam indicantur. Ara cum pyramide, & acaciæ ramis ostendit sacrificij rationem, quâ dicta Numina sollicitantur, sollicitata attrahuntur .

Porrò figura 28 Leo accubans est, Lunari schemate coronatus, cui globus alatus imminet floribus circumdatus. Leo accubans cum vase Nilotico ostendit igneam Intelligentiam nullum prorsus effectum sortiri posse, nisi Intelligentia Lunaris eidem se adiunxerit ; in hanc triforme Numen influit potentiam corroborandi & fœcundandi humidum in ordine ad generationem rerum, & maximè Nilum respicit ; Sole enim in Leonem æstuantissimum ingrediente, humidum exuberat, quo terra exusta veluti refocillatur, corroboratur, & ad generationem rerum disponitur ; quod congruè sanè per figuram 29. scil. Ranam aræ impositam, cum phallo dorso eius imminentे, exprimitur ; Rana enim in sacris Ægyptiorum, vti suprà expositum fuit, idem quod lutum seu materiam primam imperfectam, formisque vacuam indicat, quæ hâc Intelligentiâ Lunæ-Solari illustrata omnigenis formis repletur, & fœcundatur , vti phallus monstrat .

Sequitur figura 30 Sphynx quadruplici alarum vestitu spectabilis , quarum duæ expansæ volatum, aliæ duæ compositæ quietem indicant . Per Sphyngem seu Lyngem Intellectus supremus indigitatur crateris Hem. phtæi præses ; per alas expansas intellectus vitalissimi volatus , quo in vniuersa Mundi membra intimè penetrat, indicatur ; per compositas alas quies & immobilitas notatur, est enim supremus Intellectus sine motu omnia mouens, sine volatu omnia penetrans, sine loco omnia locans , sine discursu omnia percurrents ; ab hac, vti figura Horæ 31 indicat , Mundus sensibilis omni vitalium influxuum genitura repletur ; quæ aptè

Radius Men-
tis diuinæ
omnis implet

Leo ignem
significat .

Horus inge-
niculatus Os-
ritem herbâ
tenens .

Figura 28.
accubans.

Figura 29.
Rana .

Figura 30.
Sphynx .

Figura 31.
Horus .

*Lynx Verbū
diuinum.*

Aristoteles.

*Figura 32.
Leontosphynx*

*Figura 33.
Ibis cum globo alato.*

*Figura 34.
Aspidos-
phynx.
Figura 36.
Meleagris.*

*Aspidos-
phynx quid
significet.*

*Figura 35.
fons vitigineus.*

per vas Niloticum, Serpentem ex fronte emergentem, & bisulcam flamam innuuntur; atque adeo quæcunque in Mundo sensibili continetur, vti exemplaris primi signaculo imbuta sunt, ita ad idem, in Lottometræ siue Heliotropij morem vertuntur. Vocatur & hæc Lynx, verbumque diuinum est, quod omnia perfectibilia perficit, quia omnia efficit: creat enim omnia principia essentiæ cuiuslibet entis, utpote actio Vniuersi, atque utriusque Mundi; nam ut rectè l. 10. c. 1. philosophiæ Ägyptiacæ legitur, singulis pro gradus capacitate vitam, potentiam, & dignitatem infundit, vnde ens quantò illi propinquius, tantò capacius est; quare omnium capacissimum necessariò illi dignitate substantię, & perpetuitate constantiæ immobilitatisque propinquissimum est; quod medium inter authorem primum, productaque cœtera existens, præ omnibus, & ante omnia influxum vitæ ac dignitatis suscipit, quem deinde reliquis inferioribus infundit; hinc non sine ratione hanc Iyngem sequitur Leonotosphynx Leonino corpore, & Accipitrinâ facie, alisque conspicua, in morem currentis, sinistrâ obelum, dextrâ prostratum sibi Serpentem tenens; quo aptè indicatur supremi Intellectus, & ignis archetypi, ideoq[ue] Sidereo-elementarem influxus idealis; ita ut per Accipitris faciem ignis sidereus, per Leoninum verò corpus ignis elementaris & terrenus indicetur, obelo vim radiorum denotante; quo quidem influxu vitalium operationum seminaria per serpentem prostratum indicata, aperiuntur: nam ut citato loco Theologiæ Ägyptiacæ legitur; *Lynx continet lumen roburque veritatis maximum in essentia spirituali simplici absolute, quod verò inferius sequitur, roboris honorisque gradu existit luminis paucioris propinquiorisque corporalitati perfectæ compositionique veræ.* Hæc Leonotosphynx, utpote naturæ magis hylæz, semper sibi comparem Intelligentiam requirit, quæ mox sequitur numero 33 signata, & est Ibis cum globo alato, in quam archetypum triforme Numen vim humefactiuam infundit; adeoque Leontosphyngi necessariò coniungitur, ut sine ea esse non possit; hinc enim totius vegetabilis naturæ sistema gubernatur & regitur; quæ per fasciculum herbaceum floribus plenum Ibidi appositum innuuntur.

Sequitur figura 34 ἀσπιδοσφύνξ alis expansis, erecto corpore, & ex Aspide & humana facie mirè transformata; quæ insequi videtur figuram 36 Meleagridem, demissis alis, & vestitu reticulato expressam, pedibus præferens sceptrum ex loto & penna compositum, globo serpentifero illi imminente. Per Aspidosphyngem, vitæ, caloris, motusque exprimitur præsidium; per Meleagridem subiectam eidem, seminalium rationum præses Intelligentia notatur, desumptâ similitudine à varietate, quam præfert, & a macularum varietate quâ corpus eius imbuitur: in hanc enim Aspidosphynx influens, varietatem rerum quæ in Mundo conspicitur, efficit: hinc quoque fons vitigineus originem sumit figura 35 expressus; qui per aræ impositam phialam expressus, dum aquam utrinque in subiecta vasa fundit, mox vegetabilem genitaram in summam luxuriem prouocat: Crucem habet superpositam, vti & fons suprà expli-



plicatus, numeroque 23 signatus, quā in quadruplicis Mundi faciem diffusio notatur; quā vniuersam naturam irrorat, aptè per Crucem, id est, denarium numerum indicatam, ut in Arithmeticā docuimus. Hinc Sacerdotes ad vitales Aspido-sphyngis, Meleagridisque Intelligentiæ influxus attrahendos, hunc eundem fontem in sacris adytorum festiuitatibus, non sine occultis mysteriorum significationibus studiosâ præparatione adhibebant, vti suo loco demonstrabitur; est enim hic, teste Zoroastro, fons fontium, vitali fœcunditate plenus; solo Deo nutriente silentio colendus.

Interpretatio inferioris Limbi.

Inferioris
Limbi tab.
Bemb. inter-
pretatio.

LImbus inferior continet idealia decem Deorum coniugia, eorumque operationes facultatesque, quibus Vniuersum administrant. Videbis hīc semper iuxta singulas figuras lotometræ, perseæ, & acaciæ folia; quæ cūm conuersione in inferiorum ad superiora significant, nil amplius hīc dicam de illis, cūm ea omnia in antecedentibus explicata sint.

Primum coniugium est Aspido-sphyngis cum Horæa Potentia num. 37 & 38 signata; quorum significata in antecedentibus exposita sunt.

Secundum coniugium est Horææ Intelligentiæ cum Momphta; intelligebant autem per Horum & Momphta, vt iam sæpe expositum fuit, vim illam Archetypi, vti globus alatus indicat, corroboratiuam in potentias terrestres agentem, seu Solis supramundani igneam vim, quā in humidum, illud promouendo, agit, quā terra imprægnata veluti ex diuturna tābe conualescit, & confortata ad fruges ferendas apta redditur; quod quidem ideale coniugium apprimè figuræ 39. 40. 41. exhibent, vbi Horum reticulatâ veste tectum, capite pueri, veluti lecto quodam incubantem intuemur, cuius lecti anterior spondæ pes Leoninus est, & capitii Leonino ita coniungitur, vt vnam statuam confidere videantur; posterior verò lecti sponda, posteriorem Leonis pedem refert, cauda in Lunæ sextilis figuram reflexa; sub lecto verò tres Canopi siue hydriæ polymorphæ ponuntur, quarum prior humano, altera Accipitrino, tertia Canino vultu insigniuntur. Quæ omnia nihil aliud significant, quam descensum triformis Numinis, vel animæ Mundi, in Horum seu Solem, & Solis in Nilum per virtutem Leoninæ Momphta, qua igneo cum humido coëunte in lecto Mophtæo, omnium rerum genitrix excitantur, & ad rerum generationem disponuntur. Lecti huius Mophtæi asseclæ & custodes sunt Canub , Osiris  Niloticus, & Anubis , Nilotici Genij. Per Anubidem prouidentia & custodia; per Osirin Niloticum vis Lunæ mixta Sole, siue Osiris, seu Nilus cum Isi seu terra; per Canub beneficus humidi Genius, teste Plutarcho, indicantur, & Horapollo his verbis testatur: *Tres autem hydriæ positæ aut cælum, aut terram, quæ aquæ copiam scaturint, Nilum similem cordi facientes, lingua prædicto; cordi quidem, quoniam princeps hæc apud illos habetur totius corporis pars, vti Nilus totius Ægypti dux est & princeps; lingue autem, quod*

Idealia dece
Deorum con-
iugia.

Figura 37. &
38. Aspido-
sphyngis cum
Horæa Poten-
tia coniugium

Figura 39.40
41. coniugium
Horææ Intel-
ligentiæ cum
Momphta.
Horus lecto
incubans.

Lecti Mom-
phæi asseclæ

Plutarchus.
Horapollo.

hæc perpetuò in humido esse gaudeat. Quæ omnia tūm vase Canopica exhibent in cordis linguæque figuram protuberantia, tūm flos loti cum perfæ folio, quorum illa cordis, hæc linguæ speciem exprimit, luculenter indicant. Ex hoc enim mystico coniugio materia prima, seu lutum mysticum per Ranam aræ impositam significatum, etiamsi ex se & sua natura imperfectum, ignobile, & ἀμορφός existat, hoc tamen vitali influxu fœcundatum, totum omnigenis formis relucet. Mundus enim sensibilis per ingeniculatam statuam 41 significatus, præter humidum maximè ignei & calidi est appetens, eoque imbui gaudet; hinc supplicare videatur; hinc pyramidem ignis notam, & Ranam, Horomomphæ ostendit, & quid appetat, occulto gestu innuere videtur.

Figura 42.43
44. coniugium
Mentis Mne-
uiæ cū Holo-
Bos Maenius

Tertium coniugium est Mentis Mneuiæ cum Horo crateris Hemphætæi præside; quæ numeris 42. 43. 44 indicantur. Bos Mneuius Vniuersum, ut alibi fusè ostensum fuit, significat; cuius dorso expansis alis incubat Meleagris, Mens videlicet Vniuersi dominatrix: Ideas enim à triforimi Nominis sibi inditas, indit Vniuerso. Atque huius ministerio fons seu crater Hemphætæus, id est, supremi Numinis Mundis aperitur, vnde bonorum omnium abundantia, quorum bonorum dispensatorem agit Horæus Genius numero 44 expressus Mneuiæ Mentis minister; hic enim humidum, quod ex supramundano craterे hausit, in omnia Mundi membra diffundit, vti ex operatione patet.

Figura 45.46
coniugium
Mentis Ibiacæ
cum Mom-
phæta.

Quartum coniugium est Mentis Ibiacæ cum Momphæta Intelligen-
tia; quæ per numeros 45 & 46 indicantur; quo iterum mediante trifor-
mis Numinis influxu humidum, igneo ad generationem rerum miro modo coniungitur; humidum, cui præest Ibis ἀιδεσπίζων cum vase Nilotico, quod pedibus tenet, figura 45 exhibita notat; ignem verò Leo, vi-
rili facie sedens, alisque conspicuus innuit. Sed hæc suprà quoque fusius explicata vide.

Figura 47 48
49. Nauis
Ammonia.

Aries biceps
Ammonem
refert.

Quintum Nauis est Ammonia, quo Ammon & Horus coniuncti, per Vniuersum delati, id fœcunditate replent. Ammonem fœcunditatis præsidem refert Aries biceps bisulcâ flammâ fulgens; Horum nauis gubernatorem exprimit figura 47. Aries biceps est, quia tūm superiorem, tūm inferiorem Mundum respicit; nam vt rectè in Hierogrammatismo Arietis Obelisco Pamphilio fol. 273 docuimus, non tantum Ammun latentiū rationum arcanae vires in Mundo superiori intellectuali disponit, sed & caloris Mundani, quo generationes rerum in Mundo per ascensum descensumque perpetuum promouentur, in Mundo sensibili curam ha-
bet; vnde non sine causa biceps pingitur cum flamma in capite bisulca, quæ igneæ virtutis calorisque diffusionem notat tūm in dicto superiori, tūm inferiori Mundo. Sed de hisce fusè citato loco in Obelisco Pamphilio. Puppis nauigij Accipitrino capite, & tutulo ei imposito fulget, quo Horus & Ammun indicantur esse lucis, igneique caloris per vniuersi Mundi penetralia, vectores; quæ operationem suam effectusque sortiuntur constitutis temporibus, quæ per appositum quadrantem Astronomi-
cum innuuntur.

Sextum coniugium Momphto-Mendefisæ Mantis indicant figuræ 50 & 51; Momphtam figura 50, Mendetem verò circus aræ impositus notat: quo sicuti in Ammone fœcunditas calidi seu ignei, sic in Hirco humidi denotatur fœcunditas; quæ Momphæ Nilotico, Leonino caloris humidi præsidi coniuncta, fœcunditatem inferioris Mundi demonstrat.

Septimum coniugium Lunæ-Solare, per figuræ 52 & 53 exprimitur, vbi Horus bisulcam flammam capite, manu sinistrâ pyramidem gestans, Ibis Lunari charactere insignitam respicit. Vbi nota, Ibis hoc loco non Lunam hanc materialem significare, sed supramundanam Intelligentiam, immediate triformalis Numinis influxui, ut globus alatus monstrat, subiectam, cui Horus subest, & ab ea humido ideali repleri ipso gestu suo appetit; cum sine humore ignea substantia subsistere minimè possit. Quod verò Ibis Intelligentiam Lunarem notet, in Obelisco Pamphilio fusè ex omnigena eruditione expositum est. Quomodo verò hos Genios in sacris attraherent Sacerdotes, tutulus figuræ 54 indicat.

Octauum coniugium, quod numeri 55 & 56 indicant, est Anubicæ Mantis cum Mente Lunæ-solari Cynocephala; hæc Intelligentia ideali à supremo Nominе sigillo insignita tempori præesse dicitur, quo vnicuique ipsi proprium congruumque influxum præstat: nam, ut Horus ait, Cynocephalus horas inictu metitur, coniunctionis Solis & Lunæ tempus cognoscit, ad exortum sideris gaudet & exultat, contrà, occasu luget & tristatur; ut proinde non sine ratione Mentem horum præsidem per Cynocephalum expresserint. Figura verò 55 Anubin exhibet, cuius munus est, ut quæ Cynocephala Mens iuxta tempus vnicuique proprium sapienter disposuit, Anubis sagaci consilio, & inuentionum industriâ in Mundi bonum conuertat; vnde ad hosce Dæmones siue placandos, siue aduocandos, varijs herbis, floribus, frugibus, teste Pausania & Simocato, in sacrificijs vtebantur Sacerdotes, quæ ara 57 fasciculo florigero exornata satis indicat.

Nonum coniugium est Animæ Mundi cum Mundo sensibili. Animam Mundi notat figura 59; sensibilem Mundum figura 58. Animæ Mundi, siue Spiritus Vniuersi, ex Scarabæo constat & capite Hori, chelis tabulam continentem, in quo literis Coptis legitur verbum Φαλος per Scarabæum significabatur firmamentum, per quinque circulos collo annexos quinque planetæ, per caput Hori Sol, per Lunarem figuram, capiti impositam Luna, per Crucem circulo impositam Elementa; quibus quidem nihil aliud nisi spiritus memoratus, omnia Mundi membra, virtute suâ penetrans, animans, & amore connectens, innuitur. Verùm cum hunc Hierogrammatismum integro tractatu in Prodromo Copto, alijsque huius Operis locis iuxta singulas partes exposuerimus, eò Lectorem curiosum remittimus. Continet quoque sensibilis Mundi, iuxta cœlestium globorum ordines, dispositionem, ut ex citatis locis patet.

Figura 50. &
51 coniugiū
Momphto.
Mendefisæ
Mantis.

Figura 52 53
& 54 coniugiū
Lunæ-Solare.
Ibis Lunæ-
formis signifi-
cat Intelligentiam Lunarem.

Figura 55.56
& 57 coniugiū
Anubicæ
Mantis.

Horus.
Cynocepha-
lus significat
Mentem Lu-
næ-Solarem.

Pausanias.

Figura 58 59
coniugium
animæ Mu-
ndi cum Mu-
ndo sensibili.
Scarabæus.

Figura 60.
Mens Sothiaca
ca.

Limbi dextri
lateralis tab.
Bemb. inter-
pretatio.

Numina apo-
tropæa seu
auerruncua.
Figura 61. &
62 Genius
Horæus, &
Ophionia
Meæ.

Figura 63.

Figura 64. 65
& 66. Accipi-
ter sacer.

Figura 67. 68.
& 69 Horæus
& Niloneus
Genius.

Horus.
Figura 70.
Anubis.
Herba
scor-
-ed-
-tis-
-sics-

Decimum. Sequitur Mens Sothiaca, siue Canicularis, numero 60 si-
gnata, custos omnium; de qua in præcedentibus fusè actum est.

Limbi dextri lateralis interpretatio.

Continet hic Limbus Numina apotropæâ siue auerruncatiâ vi pol-
lentia; quâ quicquid in Mundo excessu vel defectu peccatur, eo-
rum ope ad mediocritatem deducitur. Figura 61 Genium Horæum in-
dicat, Ophioniæ Mentis, quæ figurâ 62 exprimitur, excessum temperan-
tem; cuius symbolum loti flos est, cuius fructus eius naturæ est, ut si Soli
semper foret expositus, siccitate nimiâ destrueretur; contrà, si semper
sub aqua lateret, nimiâ humiditate vis eius suffocaretur; hinc de die So-
lis motum affectans, ad eius præsentiam, humore sub aquis contracto exui-
tur; & nè omni prorsùs humido priuetur, sub noctem veluti maceran-
dus denuò aquam petit, donec æquali caloris humorisque temperamen-
to perfectionem suam consequatur. De figura 63, quæ eadem est cum
figura 30, cùm iam dictum sit, ad citatam figuram Lector accedat.

Fig. 64 Accipitris vultu, amictu humano, & ð schemate capiti im-
posito spectabilis, secespitam manu dextrâ tenet, sub gestu minatorio,
quo Agathodæmonem Orimazium fugare, siue lucis & calido-humidi
superflua in Vnuerso, quod per Bouem Mneum indicatur, refecare
videtur constitutis temporibus, quadrante apposito significatis; de quo
passim tûm toto hoc Opere, tûm in Obelisco Pamphilio dictum est. Ori-
mazis character Lunari cornui superpositus A, Agathodæmonis nota est,
ut alibi diximus; Luna Accipitris coniuncta vultui coniunctionem no-
nat Solis & Lunæ, quâ plerumque magnæ in Mundo alterationes contin-
gere solent, Arimaniâ quâdam virtute referto, quam secespitâ seu cultro
sacro Orimazes lucis & vitæ dominus in Mundi bonum interimit: ac
proinde hunc Agathodæmonem Sacerdotes sacris operaturi tutulo vene-
rabantur, pennis Accipitrinis, stellâ, bouinis cornibus, & perseæ folijs
compacto, vti tutulus figuræ 65 monstrat.

Fig. 67 & 69 sequ. quarum illa Horæum, hæc Niloticum Genium sub
Ibidis forma signat; indicantque Niloticum incrementum Horæo Dæ-
mone ad temperiem redigi; cuius sicut excessus vel defectus necessariam
infert penuriam, ita temperies summam sœcunditatem; innuntque hoc
occultissimo sanè symbolo Lunariæ herbæ Ibidi apposito, quam quindecim
folia ad plenilunium vsque singulis diebus proferre, totidemque
vsque ad Nouilunium perdere tradunt; quòd si plura aut pauciora tu-
lefit, pro certo habent, intemperiem inde secuturam notabilem. Hinc
Sacerdotes in sacris ad hosce Genios placandos tria vasa Nilotica, teste
Horo, ponunt; in quorum uno flos conuoluuli heliotropij symbolum est
vtiusque Agathodæmonis attrahendi aptum, vt in hieroglyphicis her-
bis docuimus.

Figura 70 Canino capite transformata Anubin signat, quæ manu
herbam sustinet, quam **scor- ed-tis-sics** Ægyptij, Hierophantæ **apud A'gues**,

sac-

sanguinem Martis dicunt; & ita dicitur, quòd adustam, torridam, seu Martiam bilem frigiditate atque humiditate suā mirificè temperet; de qua consule tractatum de herbis hieroglyphicis.

Figura 71, ex Scorpione & homine composita, indicat malignam, in Sole latentem adustuamq; potentiam per Scorpionem indicatam, quam Anubis Genius Ἀνύβης, & Osiridis custos, dissipat atque profligat, cuius herba Motmutin symbolum est. Momphæa verò Potentia per n. 72 indicata, terrenum corpus humore nimio prægrauatum sentiens, immoderatum Solis feruorem, radiosque adustuos in id deriuat, quò sit, ut Sol feruore nimio vacuatus, Momphæa verò substantia feruore Solis superfluo incisa diminutaque, nimio humore liberetur, atque adeo utriusque temperies inducatur. Est enim hoc vnicum naturæ medicamentum, quo venena caustica subinde in usus à natura intentos assumuntur; neque enim quidquam, vti Proclus ait, adeo in natura superfluum est, quod non in alterius mundani corporis defectum substitutum, in eius emolumentum cedat, vti alibi tractatum fuit: quæ omnia sapienti consilio apotropæi Genij administrantur.

Figura 73 & 74 Horum exhibent, qui Hippopotamum floreo virgulto immorantem, configit; quo αἰτία inter Horum & Typhonem indicatur: Hori enim & Osiridis αἴτιον Numen Typhonem exprimere volentes, Hippopotamum pingebant: sùm enim hoc animal nocium cognoscerent, & ad damna inferenda natum; præterea astutiæ & impietate immane, perfectè Typhonis naturam exprimeret; Typhonem per id ab Horo seu Osiride domitum confixumq; haud incongruè notabant; per Osirin siquidem Nilum, per Typhonem vim illam malignam, putridam, perniciosaam, quâ segeres frugesque inficerentur, occultè innuebant, quam siue Horus, siue Osiris Nili apotropæus Genius conficiebat. Sed vide, quæ de Hippopotamo vberius in proprio Hierogrammatismo differimus in Obelisco Pamphilio.

Atque hæc est summa tabulæ Isiacæ, siue Theologiæ Ægyptiacæ, cuius reconditi sensus, vt paulò fusiùs enuclearentur, per totidem Capitula eos exponendos duxi, nè quicquam ad reconditam eruditionem necessarium omissem, videremur.

Figura 71. &
72. Homo-
Scorpius.

Proclus.

Figura 63. &
74. Horus
Hippopotamū
configens.

Auctarium de sensu Anagogico, Magico, Ethico, alijsque vsibus, quibus seruiebat
hæc Tabula.

§ I.

Anagogicus
sensu tabula
Bembina.

Mundus qua-
druplex Aegy-
ptiorum.

Archetypus.

Mediæ regio-
nis tab. Bem.
schemata
sunt specula
diuinorum
virtutum.

Supremæ
regionis tab.
Bemb. sche-
mata sunt
diuinorum
intellecionū
Ideæ.

Infimæ regio-
nis tab. Bem.
schemata
sunt fontani
Patres.

Limbus tab.
Bemb. conti-
nent Ideas in
Mente diuina
existentes.

De sensu Anagogico sub tabula latente.

Qadruplicem Mundum Aegyptios statuisse, varijs passim locis huius Operis docuimus, videlicet Archetypum, Intellectualem, Sidericam, & Elementarem; quibus tota rerum vniuersitas continebatur. Archetypus Mundus, diuinus, infinitus, immutabilis, æternus, incorporeus dicebatur intellectus diuinus triformis Numinis, omnes inferiores reliquos Mundos in se sub unitate naturæ simplici & essentiali, continens, utpote ex quo tanquam vena rerum omnium creatrice, quicquid est, fuit, aut erit, procedit; è cuius immensæ bonitatis Oceano cuncta profluunt, cuncta existunt, cuncta animantur, cuncta conservantur; in cuius intellectu omnes Mundi, tam intellectuales, quam sensibles, sub idealibus & archetypis rationibus ita vniuersi existunt, ut nihil in rerum natura sit, aut esse possit, quod non ibidem tanquam effectus in sua causa lateat. Quæ quidem omnia symbolis materialibus vario figurarum contextu coagimentatis, abditisque similitudinum catenis, in hac tabula exhibentur: quam emanationum congeriem primum pantomorpha Mundi natura, seu fundum paternum ex tribus triadibus constitutum ante omnia participauit, ut schematismi sacri mediæ regionis tabulæ exhibent; quæ quidem nihil aliud sunt, quam diuinorum virtutum specula, quæ in intelligibili archetypo eluescunt; idealiumque notionum signacula, quibus primæ post Deum mentes insigniuntur, ut ad diuinum exemplaris normam operentur. Ab his duodecim Mundi Rectores in suprema tabulæ regione contenti, omnes influxus participant; & in archetypo nihil aliud sunt quam diuinorum intellectionum ideas, à bonitate & pulchritudine infinita emanantes, iuxta quas inferiora administrant. Sequuntur fontani Patres, portarum magnarum Vniuersi conservatores, qui omnes in inferiori regione tabulæ exhibiti, iuxta ideas in Mente paterna existentes, influuntur, influxumq; Mundi plagis communicant. Limbus autem continet ideas in Mente diuina existentes, quibus omnia Mundorum particularia respiciuntur, ut dictum est. His autem omnibus nihil aliud indicant, nisi concatenationes entium à supremo usque ad infimam materiam. Quomodo autem per occulta symbola id demonstretur, videamus.

Notum est ex Theologia Aegyptiorum, omnia quomodounque bonum

num participantia, primum præcedere bonum ; quod quidem nihil aliud est, quām ipsum bonum illud, quod omnia appetunt, ultra quod, utrum nullum aliud ens est, ita neque bonum ; prima videlicet causa causarum, hæc verò causa sine bonitate nec consistere, nec concipi vlt̄ ratione potest, cūm bonum sit diffusuum fui, vnde rerum omnium productio; producere autem minimè posset, nisi in se contineret omnium tūm producitorum, tūm producendorum multitudinem, cūm nemo quod non habet, dare possit. Quæ omnia pulchrè per Lotometram Loti, Acaciz, Heliotropia, Perse & flores & folia, quæ occulto quodam motu ad cœlestia corpora seruntur & conuertuntur, quibus tota tabula reserta est, innuuntur. Hinc aperte patet, omnia esse in Deo, Deum in omnibus omnia, omnia idem in omnibus, & quodlibet in quolibet; siquidem in Mundo Angelico seu Intellectuali eadem sunt entia, quæ in Mundo sensibili, sed spirituali & inuisibili modo ; in archetypo Mundo diuino, supramundano, increato, infinito, incomprehensibili, tūm Angelicus, tūm Sensibilis vnum sunt, & simul, modo diuino & perfectissimo. Infima ergo monstrant superna, corporalia declarant intellectualia, & inuisibilitia, per ea, quæ facta sunt, conspicuntur. Atque hæc causa fuit, cur Ægyptij sensibilibus inferioris Mundi simulachris, variâ transformacione constitutis, vñi sint : nam per inferiorum & terrestrium naturas & proprietates Ægyptij ascendebant in naturas & proprietates superiorum & cœlestium ; sunt enim hæc inferiora externa & visibilia exemplaria, superiorum notæ, & inuisibilium internorum symbola, quibus à corruptilibus ad incorruptibilem entium virtutes traducebantur : nouerant enim, totam creaturam, & hanc vastam Mundi machinam, in qua Creator omnium Deus inuisibilis nobis se videndum, audiendum, gustandum, odorandum, & tangendum exhibet, nihil aliud esse, quām vmbram Dei, & interni paradisi figuram & ectypam ; quod verò in archetypis omnia inuisibili & spirituali modo, quæ in Mundo sensibili, corporeo induita amictu apparent, contineantur, ipsum naturæ lumen ijs probabat. Cūm enim quadruplicem Mundum statuerent, Archetypum, Intellectualem, Sidereum, & Elementarem, vnuque in altero intuerentur ; inferiores à superioribus regi, viriumque suarum influxus suscipere necessarium cognoscebant, ita vt ipsa Archetypa & Opifex omnium Mens per fundum suum primò, deinde per Deos secundos, id est, Intelligentias, cœlos, stellas, elementa, animantia, plantas, metalla, lapides, infinitæ potentiaz suæ virtutes exinde refundat ; adeoque per continuum ascensum descensumque, nunc ex Deo ad creaturas, ex intellectualibus ad externas formas, veluti à centro ad circumferentiam devoluerebantur ; modo ex infimis rerum aspectabilibus formis ad inuisibiles formas veluti ex circumferentia ad centrum ferebantur ; adeoque vel in uno seminis grano totum Vniuersum intuebantur : sicuti enim in uno inuisibili semini grano arborem totam, cum radice, truncō, ramis, folijs, floribus, fructibus complicatam intuebantur ; ita in Intellectuali natura omnium inferiorum rerum formas & semina modo spirituali seu intellectuali com-

Bonum pri-
mum & no-
participatum
Deus.

Deus omnia
continet, &
est omnia in
omnibus.

Inferiora con-
tinetur in
superioribus;

Ægyptij per
inferiora
ascendebant
ad superiora,

Mundus visi-
bile vmbra
invisibilis
Dei.

Inferiora à
superioribus
gubernari in-
telligebant
Ægyptij.

plicata contemplabantur; cuius rei symbolum erat phallus toties in tabula exhibitus, quem Intellectualis Mundi simulachra præferunt, vel appositorum habent, quo res omnes seminalibus rationibus refertæ indigabantur: Angelus enim omnia secum gerit & habet, Angelico & spirituali modo, imò totam Mundi machinam in se complicat; imò quicquid natura, & ars per naturam potest, id etiam Angelus supra naturam & artem constitutus & eleuatus, præstantiori modo potest. Cùm itaque talis sit Angelus, certè primam & supremam causam, ex seipso existentem, independentem, omnia secum inuisibili & incomprehensibili modo, in diuinitatis suæ abyssō, & in fontali vnitate simplicissimè complicare censerri debet, tanquam eum, qui est omnia in omnibus, prima scilicet & ultima rerum causa; omne enim causatum, vt Ægyptij loquuntur, manet in sui causa, & progreditur ab ipsa, & conuertitur ad ipsam, vt flos loti ad Solem; cùm omnis progressus per similitudinem secundorum ad prima efficiatur. Nam à supremo intellectu per fundum suum paternum, primò prodij lux, id est, Angelicus Mundus; ex luce illa inuisibiles rerum virtutes, quas nonnulli astra vocant; ex astris Mundus sensibilis ex quatuor Elementis compositus; & sic omnia sunt in omnibus suo modo, & unum manet in altero, sicut semen in arbore, & arbor in semine; omnia corpora seu elementa visibilia sunt in astris inuisibilibus seu spiritualibus elementis, & astra sunt in corporibus; astra sunt in Angelis, & Angeli sunt in astris; Angeli sunt in Deo, & Deus est in Angelis. Sicuti igitur in Deo omnia sunt diuinè, & in Angelis angelicè; ita in Mundo sunt omnia corporaliter, & contrà. Tota Mundi machina in Deo est, Deus in Angelis Angelus, in astris astra; & sicuti semen est arbor complicata, & arbor est semen euolutum; ita Deus est Mundus complicatus, & Mundus, vt ita dicam, Deus euolutus. Nam vt rectè Proclus:

Omnis diuini ordinis proprietas per omnia permeat facunda, & dat seipsum omnibus deterioribus generibus. Id est, in suprema omnium Mente, vis fœcundatiua v. g. est in Angelis, suo modo, in animalibus, in cœlo, elementis, & ex his compositis, animalibus, plantis, lapidibus, cœterisque entium gradibus, in singulis suo modo; defert enim unumquodque à propria proxima causa proprietatem, secundum quam illa substantiam sortita est: lapis enim fœcundatiuae virtutis est particeps, in quantum ei multiplicari conuenit materiali fœcunditate; planta vero eiusdem particeps est vitaliter, animal sensitivè, cœlum motuè, anima rationaliter, Angelus intellectualiter, Deus superessentialiter, uniformiter, & diuinè, & vniuersa series eandem habet potentiam ab una diuina causa, vti Theologia Ægyptiorum l. 10. c. 2. ostendit. Idem dicendum est de reliquis diuinis emanationibus; omnes enim diuinorum progressionum series ad ipsarum principia assimilantur, circulum sine principio & fine seruantes per conuersionem ad sua principia; quæ omnia in tabula per artificium occultissimum symbolorum contextum, vti exposuimus, indicantur. Atque hæc ita sensisse Ægyptios, Theologia ipsorum à Platone discipulo primùm exposita, & ab Aristotele conscripta his verbis l. 8. c. 3.

osten-

Angelus omnia in se complicat, sed modo Angelico.

Deus tanquam prima omnia causa continet omnia.

Omnia causa manet in sui causa, progreeditur ab ipsa, conuertitur ad ipsam.

Rerum omnium producuntur à Deo.

Superiora in inferioribus, & hæc in superioribus.

Proclus.

Fœcundatiua vis Dei in omnibus, modo illis proprio.

Aristoteles.

estendit. Dicimus itaque quod Mundus hic serfiliis totus est imago alterius; quare cum ille sit vividus, tanto magis oportet alterum illum vivere; si enim hic exstat perfectus, ille etiam perfectior, siquidem immittit illi vitam, potentiam, perfectionem, & perpetuitatem. Quod si Orbis si prius est summè absolutus, procul dubio etiam entia illius absolute sunt ceteris hoc existentibus. Illic igitur superstant alij culi adepti virtutes stellares, quales cœli huius Mundi, praterquam quod illi sunt altioris speciei, lucidiorisque ac maioris, neque inter se disitant, sicuti isti, sunt enim incorporei; illic quoque existit terra, non inanimata substantia, sed vivida sunt in eo animalia, cuncta naturalia terrestriaque, que istic, sed alterius speciei & perfectionis; sunt plantæ sativæ, hortensesque & aquæ profuentes, ut animata; sunt item animalia aquatica, sed nobiliora; illic existit aër, in eoque animalia propria simpliciter viventia, atque omnino immortalia; & tametsi animalia quidem illa sint his connaturalia, sunt tamen honorabilia iisdem, ut pote intellectualia, perpetua, atque inalterabilia. Quod si quispiam obiciens dicat, unde Mundo superiori insunt plantæ cœli, reliquaque prænarrata; Respondebimus, Mundo superiori perfecto inexistere omnia, quam in eo fuerunt à primo Authore, absolute, atque inexistentie productæ; adhuc igitur ibidem intellectus animæq; omnes, nec subest defectus, qualis indigenia & corruptio; siquidem entia illic sunt plena libertate, robore, & collertia, ut pote sublimita in vita, & ab uno fonte coarta, ac insignita una qualitate complexa omnes alias, ut sapores dulces, odores suaves, colores perspicuos, sonos harmonicos, res tactiles, ceterasque perfectiones; neque ibidem partes se inuicem vexant, neque inter se miscentur, ne jux mutuo se corrumpt; rerum seruantur singulæ perfectè secundum rationem optimam habitus essentialis discrete; cumque sint simplices, continent tamen multis rationes absque intima pluralitate sui & augmento, quali multiplicantur augenturque corpora. Hucusque Theologiæ Ägyptiacæ Author; ied non omnia quæ hic dicit, probanda sunt.

§. II.

De usu Idearum huius Tabulae, & emolumento inde in Medicina, Physica, Astrologia, Ethica, emergente.

Idearum tab.
Bemb. usus
& utilitas.

VT præclaræ & eminentissimæ naturæ sunt Ideæ, ita plurimas & eximias per eas Ägyptij cognoscebant utilitates; quæ omnes in tres gradus, iuxta triplicem tabulæ regionem, distinguuntur. Primus pertinet ad mentem increatam; secundus ad ordinem rerum, positemus ad hominem. Si ad primum conuertimur, Ideæ ad mentis cognitionem, & functiones munerum eius plurimum conducere videbimus; Mens enim in se conuersa per Ideas cognoscit omnia, cognoscens producit, productaque curat & seruat; demptis Ideis, nec de cognitione diuinæ Mentis, nec de rerum ab ea dependentium statu, nec de prouidentia recte

Idearum tab.
Bemb. tres
gradus.

Primus gra-
dus pertinet
ad Mentem
increatam.

Secundus gra-
duis pertinet
ad ordinem
rerum.

sentire possumus. Si cum Aegyptijs secundum gradum consideramus, inueniemus satum & leges ab Ideis duci immutabiles: cum enim in natura sit constans & rectus ordo, non casu ei conueniens, debet ab ordine aliquo primo, firme, constanti & immutabilis dependere; huiusmodi est ordo Idearum in prima Mente. Insuper multum Ideas conferre putabant ad nexus rerum quæ ab ijs pendent, ad ascensum descensumque graduum naturæ, & consequenter ad antipathiam & sympathiam singularium Mundi partium, quæ non sine admiratione à nobis conspicuntur.

Ideæ conse-
gunt ad nexu
rerum.

Magia natura
lis apud Agy
ptios originé
duxit à cogni
tione sympa
thie & antipa
thie rerum.
Ideæ conse
runt ad gene
rationem rerū.

Tertius gra-
duis pertinet
ad hominem.
Ideæ coferunt
ad intelligen
dum.

Ideæ conse
runt ad diu
nationem
iuxta Agy
ptios.
Plotinus.

Materiam
duplicem
inesse rebus
putabant
veteres.

Ex qua sympathia dicit ortum magia naturalis; quæ apud Aegyptios Sapientes nullo non tempore in summo pretio fuit. Præterea conferunt Ideæ ad generationem rerum; non enim semina gignerent animalia, aut plantas, nisi vim formandi, vt paulò ante probatum fuit, includerent; eam autem non includerent, nisi ab anima reciperent; ab anima eam recipere non possunt, nisi in ea contineretur; non contineretur, nisi eam reciperet à mente munere Idearum, Mens demum ab ipso uno Idearum capite. Accedit, quod initia rerum mortalium prima debent esse æterna, alioquin non essent initia; non autem darentur propria rerum principia æterna, nisi darentur Ideæ. Insuper conducunt Ideæ, vt res, quæ in materia sunt umbræ, alicubi verè sint; quæ in Materia fluunt, alicubi firma permaneant; quæ cum corpore solum, sint insensibiles, id est, intelligibiles; quæ cum materia carent perfectione, per aliquid: absolutuantur & perficiantur. Demum si ad tertium gradum conuertamur, plurimas ex Ideis in eo resurgere utilitates conspicimus: conducunt enim ad eius scientiam; nec enim homo intelligendo essentias rerum, nisi in eius anima rationes Ideis correspondentes essent insertæ, attingere posset; sensibus enim sola externa accidentia offeruntur. Vnde, nisi anima per rationes ad Ideas eleuetur, & cum mente iungatur, neque propriè scire, nec intelligere dici potest, sed tantum rectè vel perperam opinari. Ex hoc nexus animæ cum mente & Ideis dependet, quod homo contemplationi deditus, dominatur & imperat corpori, non suo tantum, sed & cœterorum naturâ constantium. Demum ex rationum Idearumque serie ortum in homine dicit diuinatio & Prophetia, quam tanto studio sectabantur Aegyptij, vt postea dicetur; vt mirum videri non debeat à Plotino dictum, intellectum contemplantis hominis, quamuis videatur esse in Oriente, tamen ea conspicere posse quæ sunt in Occidente; & cum sit in uno loco, mirificè operari posse in alio plurimum distante, ac insuper sua cognitione alios mouere; homo enim cum verè contemplatur, cum iungitur cum suo principio, in eoque per animam reperitur, in quo non distant, sed eminenter iuncta sunt ea, quæ apud nos distare videntur, adeo ut per causas ea videat, quæ alijs in effectis conspicere vix datum est.

Ex hac mirabili rerum inferiorum cum medijs & supremis connexu, Ideatorumque ad Ideam Idearum conuersione, veteres Sapientes deducebant, duplarem singulis Entium gradibus inesse rationem; unam visibilem, inuisibilem alteram; visibile autem ab inuisibili procedere tan-

quam

quam à generante generatum; atque hoc posito, ab externo veram interni fabricam, id est, Mundi maioris & minoris veram anotomiam concludebant. Nam terreum hoc corpus sensibile, non est (vti ipsi putant) propriè elementum, sed corpus elementi; propriè autem dictum elementum est vita & spiritus, in quo astra seu inuisibiles rerum virtutes, & spermaticæ rationes latent, quibus omnia, vnumquodque iuxta speciem suam, producuntur. Hoc pacto vniuersa vegetabilis naturæ slobiles nihil aliud est, quam fructus inuisibiles elementi; astrorumque, siue inuisibilium virtutum, quæ sub corporibus sensilibus veluti animæ sub corporibus latent, fructus sunt; habent enim singuli fructus sua semina & astra insensibilia, ex quibus immediate producuntur. Pari ratione aqua non ex elemento corporeo, sed ex interno suo & astrali elemento omnes producit in terrestris Mundi matrice mineralium corporum fructus. Aëreum elementum ex interno & astrali suo elemento tanquam vi-
tæ balsamo, omnibus vitam largitur & consentiam, ut pote sine quo nihil subsistere possit. Igneum elementum ex interno suo & astrali ele-
mento, omnibus reliquis Mundialibus corporibus lucem & calorem con-
fert. Nam vti Ægyptij loquuntur, sicuti terra profert ex suo interno
elemento folia, flores, & fructus; ita elementum igneum, ex suo interno
elemento produxit in natura rerum, in firmamento, cœterisque Cœlis
astra sensibilia. Atque hinc emanarunt catenæ illæ heracleoticæ, qui-
bus omnia ad unam aliquam ex diuinis virtutibus pertinenta referunt;
de quibus cum fusissimè tūm in Cabala, tūm in Medicina Hieroglyphica,
differuerimus, ea hoc loco minimè repetenda duxi; quare eò Lectorem
remittimus. Ex hac pariter Idealium rationum connexione deduce-
bant, quomodo vniuersum Mundum vel in minimam petram contrahere
possent; iisdem prorsus quibus vniuersum pollet, viribus, proprietatibusq;
ditatam; de quo vide Alchimiam Ægyptiorum; & de magicis teles-
matis, Astrologiam hieroglyphicam consule.

§ III.

*De Theurgico seu Magico sensu, quo Sacerdotes in hac Isidac-
tabula sacrificiorum instituendorum rationem, rituum adhæc
cœremoniarumque dispositionem per occultum symbo-
lorum contextum exhibebant.*

MAgnum quid & ineffabile sub recta & illibata sacrificiorum exhibitione latere putabant prisci Sacerdotes; vnde si vel vnicam ex ritibus cœremoniam non rectè peragerent, totum theurgicum opus in irritum labi certò sibi persuadebant, teste Iamblico. Hinc tanta in sacrificijs rectè & legitimè instituendis, cura, tanta animæ corporisque dispositio, tantæ purificationes, lustrationes, expiations. Cum enim sacrificia magnam, imò necessariam cum ordinibus rerum, Deorumque

Vegetabilia
fructus inuisi-
biles elementi

Elementaria
ex internis
elementis
profecta.

Catenæ he-
racleoticæ
vnde origi-
nem ducant.

Sensus theur-
gicus seu ma-
gicus eorum,
quæ in Tab.
Bembina con-
tinentur.

Sacrificiorum
ritè peracto-
rum vis iuxta
Veteres.

Iamblichus.

Sacrificaturi
ad quid atten-
derint.

catenis dependentiam connexionemq; habere cognoscerent; certè non à aliâ ratione magis votorum suorum sè compotes futuros rebantur, quâm si ad exemplaria singulorum ordinum, idealesque rationes sua sacra instituerent. Nôrunt etiam, primos Hieromantas diuino quodam furore raptos, ea tali ordine, talibusque mysterijs adornata adiuuenisse; vt ipse primæ rerum idea mystico symbolorum contextu exhibitæ, opus faciendum connotarent. Quæ omnia in hac Mensa Iisiaca ob oculos ponebant in adytis sacrificantium, vè ex ea singulorum Deorum rationes discerent, & iuxta præscriptas leges sacrificia peragerent. Quoniam enim singuli Deorum ordines suis symbolis, gestibus, habitibus, ornamentis, quibus vniuersiusque naturam, proprietatem, actionem exprimerent, instituti essent; hinc æquum iudicabatur, analogo & prorsùs simili rerum habitu, in conspectu Deorum, dum sacra faciebant, comparere, vt tandem, quod prætenderent, conièquerentur, hoc symbolico apparatu, quo nihil potentius, nihil efficacius, nihil ad Deos Geniosque attrahendos vehementius esse posse credebant: gaudent enim superiora inferioribus, tanquam causæ effectibus iuis; gaudent inferiora superioribus, tanquam ijs, à quibus vnicè dependent, quorumque influxibus substant; de quibus cùm amplissime in præcedentibus Classium argumentis egerimus, eò Lectorem remittimus. Mystæ itaque adyta sua, quæ loca' erant recondita, & ab omni humano consortio scmota, eâ industriâ constituebant, vt nihil ferè esset in rerum natura, quod ibi non contineretur: Et primò quidem pavimentum inferioris seu hylæi Mundi œconomiam, symbolico ei conueniente apparatu, vtpote ex omni mineralium lapidumque generibus adornato, riuulisque sœundo, exhibebat; parietes Siderei Mundi symbolis exprimebant; Tholus genialis Mundi rationem exhibebat; in cuius medio ara posita, veluti centrum referebat emanationum supremæ Mentis; quæ deinde in omnium Mundoru n peripheriam diffundebantur; atque adeo adyta nihil aliud quam vniuersas Mundoru series repræsentabant, ad quorum notitiam nemo aptus censebatur, nisi qui relictis sensibus, rerumque caducarum cura deposita, totum se intra se reciperet; quod adyta ipsa reconditis suis recessibus notabant. In sacrificijs itaque simili, quo Deos referebant, habitu comparebant. Corpora figurarum seminuda & inacilenta docebant, Sacerdotes nudos ab omni sensibilium rerū cura esse debere, abstinentiæq; quâ concupiscentia voluptatum refrænatur, deditos. Verenda recta tenent, ad animi corporisque puritatem, quâ instructos esse oportebat, indicandam. Capita velata habent, ad indicandum terrenarum rerum curam, quæ pilis inutilibus corporis exrementis notabatur, prorsùs repudiandam, vnde & Sacerdotes rasos esse oportebat. Tutulos in capite gerebant, floribus, pennis, serpentibus, stellis, animalibus, flammis, circulis, vasis, alijsque similibus, quibus Geniorum proprietates, & ideales rationes exprimuntur, compactos; quos in sacrificijs pariter imitabantur Sacerdotes, illis que notabatur, Sacerdotem continuò supernas Deorum ideas, quæ per tutulos notantur, speculari debere; hoc enim facto, se in eam intelligentiam,

Sacrificandi
rationem
continet tab.
Bembina.

Superiora
gaudent inferiорibus,
hæc illis.

Adyta Egy-
ptorum om-
nia contine-
bant.
Adytorum
pavimentum
parietes &c.

Sacrificantijs
habitus apud
Egyptios.
Figurard tab.
Bemb. habi-
tus docet sacri-
ficantium dis-
positionem.

tiam, quām continuò mente voluebant, transformari, eidemque vñiti, & quodammodo identificari sibi persuadebant; vñitos verò, & iam consortio Deorum adscriptos, omnem se felicitatis metam Θεοφόρος attigisse reban-
tur. Exempli gratia; ad Mundi trahendam animam spiritumque Vni-
uersi, coram imagine eō symbolorum apparatu adornata, quem solium
in medio tabulæ & asseclis eius exhibet, sacra faciebant; & sic operatio-
num similitudine, hymnorumque analogicè concinnatorum, animam
Mundi infallibiliter se trahere posse, ad id, quod volebant, arbitraban-
tur; & sic de cœteris tabulæ regionibus, Deorumque simulachris statue-
bant. Hinc ex vniuersis mundialium rerum seriebus eas tantū ad eum
Deum trahendum aptas asserebant, quem res singulæ sub dictis seriebus
exprimebant. Cùm enim hæc omnia sub idea, quam respiciebant, inuo-
luta & complicata laterent, ex necessitate naturæ Genios ijs rebus, quæ
ipsis analogæ forent, tractos se sistere posse putabant; vt vel hinc Ora-
culorum scientiam, originem suam sumpsisse luculenter pateat, vt alibi
dictum fuit; non secūs ac chorda tacta, consimiles & æquisonas mouet
& incitat, tametsi intactas. Præterea ideam quam rēs congestæ expri-
mebant, dum contemplarentur, mens eorum Ideæ principi conneßebe-
tur, & per vñionem intellectualem Deiformis reddita, omnia in pri-
ma Idearum Idea cognoscebat; vnde in animis eorum nascebatur, vti
putabant, prophetia & diuinatio, quâ de futurarum rerum eventibus,
dissitorumque locorum successibus, malisque impendentibus, determi-
natum iudicium se dare posse credebant. Cùm enim in Mente su-
prema omnia sint simul & indistincta, futuraque tanquam præsentia
sint; necessarium fore iudicabant, vt mox ac mens seu humanus in-
tellectus in supremæ Mentis intellectusque contemplatione absorbere-
tur, consequenter per hanc Deificam vñionem omnium futurorum
scientiam adipisci posset. Præterea omnia in tabula expressa simula-
chra nihil aliud erant, quam amuleta, seu prophylactica quædam
periapta, quæ dicto analogico rerum apparatu mox vt essent con-
secrata, superiorum Potestatum, quas referebant, virtutem in eadem
inevitabili quâdam necessitate deriuari; ijsque omnes malorum oc-
cursus, Geniorum, quos notabant, subsidio auerti, credebant; de
quibus cùm curiosè in Magia & Theologia hieroglyphica, ex omni-
gena autoritate actum sit, eò Lectorem remittimus. In occultorum
morborum cura magnæ huiusmodi magica schemata efficaciæ &
virtutis esse putabant; Genij enim quibus sacra dictis ritibus & cœre-
monijs persoluebant, putabantur ijs præuiâ dispositione expiatis in
somno apparere, & de medela morborum edocere eos; quemadmo-
dum de Epie sacro Scriba narrat Astrampsychus. Hic Iſis de mor-
bo incurabili consulens, noctu eandem astantem vedit, cornibus
bouinis, tutulo floriero, veste variegatâ, eo prorsus modo, quo eam
hieroglyphicè adornatam in adytis ponebant spectabilem; manibus
ipsi Motmutin herbam, morbi quem patiebatur vnicum medicamen-
tum offerebat; quam à somno vigil cùm inuenisset, & se, & quotquot

Animam
Mundi per
sacrificia tra-
hendi titus.

Genios rebus
ipsis analogis
trahere nite-
bantur Sacer-
dotes Ægypti

Divinandi
scientiam
quomodo
Ægypti in-
quirebant.

Bemb. tab.
simulachra
omnia sunt
Amuleta.

Bemb. tab.
figurarum vis
in medendo
apud Ægy-
ptios.
Iſis in somno
apparens do-
cet medicâdi
rationem.

eo morbo infectabantur, eius applicatione à manefesto mortis periculo liberauit. Hoc eodem pacto, de omnibus difficultatibus & dubijs Deos consulebant, per simulachra mystico ritu adornata, quorum Ideas intentâ mente dum contemplarentur, per varia signa, nutus, gestus, de veritate vel falsitate, vel in somno, vel mentis raptu se commonefieri credebant. Vide de his plura in Medicina & Magia hieroglyphica. Hinc nullus ferè; qui non huiusmodi iconculas secum gestaret, reperiebatur; de quibus in sequentibus fusiùs. In quibus tamen semper ferè Daemon occultâ fraude ad animas huiusmodi cultu superstitione illaqueandas se immiscebatur; vnde merito huiusmodi ab Ecclesia tanquam Diabolicæ artis illusiones prohibentur, & damnantur.

§. IV.

De significatione minutis characteris hieroglyphica, quem simulachra passim appositum habent; quoque interiores duo limbi inscripti conspicuntur.

Charactera
minutorum
hieroglyphi-
corum tab.
Bemb. signifi-
catio.

Characteres
hieroglyphici
conceptuum
notæ.

Characteres
hieroglyphici
ex omnibus
ad sacrificia
spectantibus
assumpti.
Characterum
hieroglyphi-
corum usus
varij.

IN hac tabula singulis ferè simulachris adscripti videntur minutis quidam characteres hieroglyphici; quibus & medius tabulae mediae regionis ambitus G H I K signatur; de quibus hoc loco agendum est, nè quicquam in huius mensæ expositione Lectorem curiosum celasse videamus. Notandum itaque, quod & alibi innuimus; characteribus Ægyptijs ita fuisse comparatum, vt non more Græcorum, vel Latinorum, sensum latentem per literarum contextum exhibuerint; sed absconditum fuisse sub ijs Idealem quendam conceptum, vt mox ac intuerentur vnum ex ijs, in abditæ significacionis notitiam venirent; vt si Accipitris figura occurreret, de abditis Solaris Numinis proprietatibus, ex insitis huius volucris facultatibus, omisso ulteriori discursu, iudicium formarent, vt in proprio Accipitris Hierogrammatismo docuimus. Notandum secundò, hos characteres ex omnibus rebus, quorum usus in sacris erat, fuisse assumptos, tanquam Deorum recondita symbola: vti enim analogas Mundorum catenas, respiciebant, ijsque connecebantur, ita magnam quoque ad Deos sollicitandos, vim & efficaciam in Theurgica operatione continere credebantur. Et primò quidem usus eorum fuit, in dictis Idealium notionum conceptibus formandis; secundò, in amuletis fabricandis, quæ similibus characteribus passim insignita spectamus, vt in sequentibus aperiemus; tertio, loco hymnorum & adiurationum erant, quibus Numen aliquod certum sollicitabant; atque huiusmodi hymnos seu adiurations significant minutis illi characteres, quos omnibus ferè simulachris appositos vides. Exempli gratia, prima fig. superioris regionis tabulae signata lit. P. duplē minutorum characterum ordinem appositorum habet, quorum prior signa-

Signatus litera Q, sacræ tabulæ inclusus amuletum notat, quo ad Numina Mendesia propitianda vtebantur. Secunda inscriptio signata litera R, hos characteres; quorum primus tænias Osridis, secundus Cœlum, tertius Canopicum vas, quartus hemicyclum, quintus Serpentem, sextus volucrem in vase Nilotico, significant: quorum sensus est; *Varietas operationum Solis & Lune ex cœlesti Mundo descendit in humidam Canubi substantiam, quo influxu in inferiori Mondo vita datur, & hanc adaptas disponitque Genius Niloticus ad fœcunditatem rerum.* Hunc autem Sacerdotes Ammonio choro sacrificaturi verbis hoc modo conceptis pronunciabant: *Per tænias Osridis cœlestis, per motum Canub, per Ophioniam vim, per sacrum Nili Accipitrem, te adiuramus, ut hoc vel illud nobis concedas.* Deinde illa eadem lapidi cuiam appropriato, aut idolo, aut alteri cuipiam materiæ inscriberant, cuius amuleti gestatione, Dæmonem inuocatum propitium se habere, Magicâ superstitione sibi persuadebant. Quod verò Ægyptij per characteres, Orpheus eorum discipulus paſſim suis in hymnis obſeruauit; qui postquam Deorum virtutes longo discurſu deſcripsit, tandem in fine p̄ecatoriam ſormam adiungit, hisce & ſimilibus conceptis verbis: Αλλα Σταύρον τεμανει βασιλευει ελθειν τερπηνον ηπειρων μουσην. Plurimum enim hymnis tota tribuebat antiquitas, tanquam vnico ad Deos quā placandos, quā ſollicitandos, incitamento. Atque tales exhibuiſſe minutos hofce hieroglyphicos characteres fuſiūs explicare, ſi Operis augmentum quoq; modo id permetteret; ad ſingula enim horum ſymbolorum ſignificata authoritatibus comprobanda neceſſarium foret, nouum Opus condere. Nē itaque Lector tanta rerum multitudine confundatur, harum ſignificationes hoc loco non tam explicare, quam indigitare vilum fuit. Accedit, quod conſulto ſingula non explicem; cum enim occultas Dæmonum adiurationes & inuocationes implicatas haberent, tenebris quam luce digniora existimaui, nē incauto Lectori priscæ Magiæ addiſendæ occaſionem dare videri poſſim.

Sed antequam hoc p̄ſens argumentum concludam, aliud non minūs conſideratione dignum in p̄ſenti tabula occurrit; & eſt limbus interior, medius inter supremum limbum varietate figuratum inſignem, quem iam explicauimus, & inter tres regiones interiores quas terminat, ambitu mysterioso ſpectabilis; vbi vides varijs ductibus more Scriptorum innexas iam florū, modò stellarum, paulò post vultuum variorum imagines; vbi inter cetera appetit caput Serapidis cum modio in capite, quod paulò post mediantibus floribus & ſtellulis ſequitur caput Iſidis, ſeu Pantamorphæ naturæ, eo proſſus modo, quo in binis columnis mediæ regionis M & H infra boues expressa ſpectantur; & hoc ordine in circuitu limbi identidem repetuntur. Quæritur itaque, vtrum hic limbus ornatūs tantūm cauſa, an ad aliquid ſublimius ſignificandum iuſtitutus ſit? Respondeo, Ægyptiorum ingenio ita comparatum fuiffe, vt nihil, quantumuis etiam exiguum, mysterijs carere voluerint; & ex dicto limbo pa-


Charakterum
hieroglyphi
corum non
nullorum in-
terpretatio.


Charakterum
hieroglyphi
corum lectio
apud Ægypti
os.

Orpheus in
hymnis p̄ſ-
catorijs Ægypti
os ſecutus;

tet : qui tametsi ornamenti tantum gratia appositus videatur, habuit nihilominus & is occultam quandam ad Theosophiam characteristicam , inter quam mediat, allusionem, dum videlicet ductibus illis, quibus principalia Deorum simulachra innescuntur, tacitis veluti quibusdam signis innuunt, à suprema Pantomorpha Mente usque ad ultimum Serapidem, Osirin videlicet subterraneum, quem Plutonem diximus , omnes Mundorum intermediorum series mirâ quâdam concatenatione neci, atque eâ ratione aptari, ut à primo omnium Numine , ad ultimum usque per intermedia, influxus agentium ac patientium similitudine expressi, miro quodam ordine in uniuersas Mundorum semitas diffundantur ; atque adeo nihil sit, quod non vitæ, motus, actionisq; suæ principia à tam benefica & necessaria diffusione participet . Habes itaque propositi limbi, non tam ornamenti, quam mysteriosæ significationis typo expressam interpretationem. Nihil igitur restat, nisi ut Isiacæ tabulæ expositione peractâ, iam pari passu, ausuque , Obeliscorum enodationem, cum bono Deo, ordiamur .

FINIS EXPOSITIONIS TABVLÆ ISIACÆ.





Continet Obeliscus hic a basiusq; litudinem. Latera maiora boreale et meridionali inferioris basis
palmos continent $13\frac{1}{4}$ mis et soliditas continet palmos 15129 cubicos id est 1031029 libras pendet.

OBELISCUS RAMSSESÆ SIVE LATERANENSIS

admodum nobis ex acta Interpretatio.

Iconismus Tomo III. fol. 101.
Interendus.



OBELISCVS

Omnium quoræ Egypti protulit maxima,
Quem Romæ Rex sedis sibi Thoth creverat anni ante Christum 1307.
Conseruans Regnum Cœm lo coenulâ quoniam Confidens regni delitum
Mortuus preuenitus Alexandria reliquit anno post Christum 215;
Cœfusus ultra Aegyptum Alexandriae auctor Romæ in Circumscriptio
Cœnatur anno post Christum 241.
Hunc deinde tempore auctor sepulti erexit, et in Campo Latiernensi
Eravit Sixtus V Pont Max anno post Christum 1587.
Quoniam tamen ab immemorabilis tempore nuntiis reddidit elagatis
FERDINANDVS III. CAESAR AVGVSTVS
Interpretatio Adianus Kircher Soc JESV.

Scala palmarum

S Y N T A G M A II.
 O B E L I S C V S R A M E S S A E V S,
 S I V E L A T E R A N E N S I S.



POTENTISSIMO, ET INVICTISSIMO
 F E R D I N A N D O III.

Romanorum Imperatori semper Augusto,
 Iusto, Pio, Felici.



B E L I S C V M omnium maximum nulli meliori iure, quàm TIBI,
 SAPIENTISSIME CAESAR,
 Regum maximo, inscribendum du-
 xi. Hoc saxeum trophæum alij ante Te Mo-
 narchæ, Regiæ veluti quoddam magnificentiæ
 symbolum, erexerunt quidem; at Tu illud post
 tot sæcula, ex saxe tandem barbaro fecisti hu-
 manum, ex muto eloquens; mortuo reddidi-
 sti vitam, dum Tua munificentia, quod condi-
 tum in eo, aperuisti; quod inaccessum priùs,
 referasti; quod tenebris inuolutum, elucidasti.
 Summo itaque merito Tuo præ cœteris dignio-
 ri, nouus hic erigitur Obeliscus, posteris quidem
 ad exemplum, Tibi ad nunquam intermoritu-
 rum Augusti nominis Tui honorem & gloriām.

SYNTAGMA II.

Obeliscus Rameffæus, siue Lateranensis.

PRAEFATIO.



V M in Obelisco Pamphilio de Obeliscorum figura, mysterijs, proportione, mensura, ceterisque proprietatibus fusè actum sit; nihil amplius hoc loco restare videtur, nisi, ut primò singularum ibidem propositorum historiam; deinde quoque eorumdem mysteria & arcanas significaciones exponamus; quod in hoc Syntagmate nos facturos pollicemur. DEVS Opt. Max. adsit ausibus nostris, & cepta secundet.

C A P V T . I.

Obelisci Ra-
mellæ histo-
ria.

Ramesses
Sothis filius
erigit Obelis-
cum omnium
maximum.

Ramessæo
Obelisco eri-
gendo 20000
hominum
operam im-
pendunt.
Ramesses al-
ligat filium
acumini Obe-
lico.
Plinius.

Constantinus
M. Constanti-
nopolis circu-
fabricatur.

Constantinus
M. mittit in
Ægyptum ad
quærendum
Obeliscum.

Historica relatio Obelisci Ramessæi siue Lateranensis.

 Nno post diluuium 1097, ante humani generis salutem 1297, surrexit in Ægypto Rex Ramesses Sothis filius, qui patris secutus exemplum cum plures Obeliscos erexisset, neque sibi satisfactum esset, dignas tanto Rege cogitationes alto souens pectorè, animum adiecit ad erigendum aliud, omnium, siue mysticas rationes, siue molis vastitatem spectes, & mysteriosissimum, & maximum eorum, qui vñquam in Ægypto constitutifuerunt. In cuius excisione, elaboratione, erectione viginti millia hominum laborasse feruntur. Et quoniam verebatur, nè in erectione tanta moles summo pondere frageretur, proprium filium suum acumini alligari curauit, vt Architecti reuerentiâ filij, eiusque conseruandi amore instimulati cautiùs circumspectiùsque tanti momenti opus peragerent. ita Plinius I. 36. c. 8. De huius Regis vita, moribusque abundè tractatur in Obelisco Pamphilio.

Atque hæc quidem prima fuit Obelisci Ramessæi erecțio, quæ facta fuit Thebis in templo Solis, in quo permanxit usque ad tempus, quo Constantinus Magnus Orbi illuxit.

Anno itaque post Christum 334 Constantinus Magnus Cæsar, animi magnitudine, quâ pollebat, impulsus, cum Urbem Byzantinam, à nomine suo deinde dictam Constantinopolim, Romæ in omnibus, siue magnitudinis, siue mirandorum operum, quæ in ea spectabantur, magnificientiam & maiestatem spectes, prorsus similem moliretur; inter alia memoranda Circum quoque, ad Romani Circi Maximi exemplar fabricare constituit; quod & perfecit. Cum verò omnes Romani Circi Obeliscis suis adornarentur; nè & suo illi nouiter constructo Circo deforet suus, in Ægyptum Architectos propediem misit, vt quos reperirent melioris no-

itæ Obeliscos, Constantinopolim nouam suam Romanam adducerent. Verum cum prædecessores Cæsares, Augustus, Caius Caligula, Caracalla, iam maiores omnes & integriores Romanam adduxissent, sibique inutiles, & temporis diuturnitate corrosos, uti & minores superesse viderent; penè conclamato negotio dum perplexi hærent, tandem ab indigenis antiquatum peritis certiores fiunt, Thebis vnum adhuc omnium, quotquot in Ægypto facti essent, maximum, in templo Solis constitutum, superesse; cui vel summus Cambysis furor, reliquis omnibus igne deprauatis, vni pepercera: dum enim Vrbem expugnaret, atque incenderet, ventumque esset incendium ad crepidines Obelisci, extingui iussit ignem, molis reuerentiâ, qui Vrbis nullam habuerat. Hic Obeliscus, tūm à Ptolomæis, tūm ab ipsis Romanis, siue ob religionem, siue ob inauspicatum, quod inde sibi adsciscere verebantur, augurium seruatus, integer illæsusque permanerat; verum Constantinus nouā fidei luce imbutus, & diuinæ gloriæ zelo ardens, Ethnicæ religionis superstitiones nihili dicens, eum loco suo auulsum Alexandriam, tanquam opportunum gloriæ suæ monumentum futurum, deportari curauit, hinc opportunè Constantinopolim mox deferendum, ubi nauis tantæ molis deuehendæ capax construeretur. Verum uti humanarum rerum dispositiones sunt incertæ, ita Constantinus quoque morte præuentus, in executionem, quod conceperat opus, deducere non potuit.

Rameſſæus
Obeliscus à
Cambysे li-
beratus ab
incendio.

Constantinus
M. curat de-
ferri Obeliscū
Rameſſæum
Alexandriam

Distributis itaque tribus suis filijs Imperio Romano, Constantino Italia, Illyricum, & Africa; Constanti Gallia, Hispania, Britannia; Constantio Asia, Thracia, & Ægyptus obtigit. Constantinus tertio Imperij sui anno occisus Aquilegiæ, fratrem Constantem Regni reliquit successorem. Sed & ipso à Magnentio ad Pyrenæos montes interempto, Constantius ad vindicandam mortem fratribus suorum, coacto exercitu Magnentium adortus ita vicit & prostravit, ut is omnibus amissis, & desperatione actus, sibiipsi vim inferens decesserit. Constantius itaque tam solenni victoriâ elatus, subiugatisque hostibus cum totum Romanum Imperium sui iuris fecisset, Mediolanum contendit, ubi aliquantisper moratus Romanam, quam nunquam viderat, adeundi magno ardebat desiderio. Quam & summâ pompâ ac magnificentiâ ingressus, cum Vrbem tot palitorum, templorum, porticum, thermarum, amphitheatrorum, circorum, fontiumque monumentis decoram & splendidam contemplatus fuisset, omniaque fama maiora reperisset; admiratione tantorum operum attonitus, nonnullum magnificientiæ quoque, in signum adeptæ victoriæ, primique sui in Vrbem aduentus, monumentum in eadem relinquendi accendebat desiderio. Consilijs itaque vltro citroq; initis, in mentem venit relictus à Constantino patre Obeliscus in Constantinopolitanæ vrbis ornamentum Thebis auctus; qui cum omnibus Romanis Obeliscis maior & integrior æstimaretur, æquum videbatur, ut quem nulla Augusti Cæsar, reliquorumque Romanorum Imperatorum potentia loco mouere potuisset, eum Romanum conductum excelsus Constantij animus & potentiae magnitudo erigeret. Itaque intentione sua

Constantius
Imperator
Româ vent.

Obeliscum
Rameſſæum
Alexandriæ
relicum de-
portari subet
Romam.

cum

cum Architectis communicata conclusum fuit, ut quantocydus Romam conduceretur. Quapropter summa celeritate nauem illam omnibus seculis memorandam, & trecentis remis instructam, tantæ molis conductricem fabricati, impositum onus ad portum Romanum Ostio Tyberino adiacentem summâ felicitate conduxerunt. Illinc per Tyberim ad vicum usque Alexandri delatum, hinc verò curribus scytalisque impositum onus, tandem infinitâ hominum multitudine in Circum maximum fuit promotum; ubi deposito Obelisco ab Augusto eretto, qui in medio Circi ab eodem statutus fuerat, in eius locum suum erexit Constantius; depositum verò Augusti Obeliscum, spacio trium passuum remotum denuò erexit, ut tanto Constantius Augusto potentior, quanto Obeliscus Obelisco eminentior unum cum altero comparanti demonstraretur. Verum de operosa huius Obelisci erectione, de hominum, machinarumque multitudine vide Ammianum Marcellinum l. 17. quem ad longum allegamus in Obelisco Pamphilio fol. 84. Partium huius Obelisci in Circu maximo erecti symmetria, quemadmodum ex dimensione Michaëlis Mercati patet, qui eum tempore Sixti V. quo detectus fuit, exactè dimensus est, sic se habet. Supra pavimentum Circi maximi, fundamento prius iacto, basis sternebatur, & supra hanc abacus ex marmore candido; qui una cum base decem palmarum à pavimento altitudinem obtinebat; supra quem alius abacus ex pyrite variegato imponebatur, forma cubi, latior tamen aliquantulum, ad altitudinem comparatus; videlicet altitudinem $13\frac{1}{4}$, 16 verò palmarum latitudinem habebat, ex sex frustis compositus, cum integrum tantæ magnitudinis frustum non suppeteret; sequentur supra hanc cubicam basin, quatuor sustentacula, quos Astragalos vocant, ex metallo fusa, $1\frac{1}{4}$ palm. alta, in quatuor angulis hinc inde disposita, quibus tota Obelisci moles innitebatur; cuius mensura ea est, quæ sequitur.

Abacus 1. ex
marmore can.
dioto.

Abacus 2. ex
pyrite.

Astragali.

Totius Obeli-
sci altitudo.

Obeliscus
Rameaus
a Gothicis pro-
cessitur.

Totius Obelisci longitudo exactè dimensa continebat 148 palmos; quibus si astragalos, & abacos, basesque adjiciamus, comperiemus totum Obeliscum à terra usque ad fastigium, tempore Constantij fuisse palmarum circiter $173\frac{3}{4}$, qui resoluti in pedes dant 13.2; & tantam quoque totius altitudinem molis fuisse Pub. Victor docet. Obelisco pila aurea imposta fuisse fertur, quâ fulmine deiectâ, in eius locum postea à Constantio figura ex metallo inaurato, in formam flammæ versatilis substituta fuit. In basi continebantur 24 versus Hexametri, in singulis lateribus sex, quos cum in Obelisco Pamphilio produxerimus, data opera eos hic omittendos duxi.

Hic itaque Obeliscus Constantij, Gothorum immanitate prostratus, uti ponderis magnitudine intra paludosum solum ad 24 palmarum profunditatem subsedit, ita quoque ab hominum & oculis & memoria usque ad Sixti V. Pontificis tempora adeò euanuit, ut non nisi obscura quædam ex Historicis indicia, hoc in loco eum constitisse, testimonium dederint.

Itaque Sixtus V. Pontifex incredibili animi magnitudine præditus, cùm magnis rebus ex insito sibi ingenio gerendis animo æstuaret, Romanque pristino suo splendori restituere aggrederetur, post multa & stupenda monumenta serè intra paucos annos in Urbe relicta, tandem vti ad Obeliscorum omnium, ita & ad huius quoque, quem alicubi in Circœ maximo terrâ obrutum latere ex antiquarum rerum peritis cognouerat, erectionem animum adiecit; itaq; vt quæreretur sine mora, Architectis præcepit. Paratum fuit in hunc finem primò ferrum longissimum, acutissimumque ad instar prægrandis subulæ, quo paludoso solo infixo, ex renisu ferri de latente Obelisco iudicium formaretur. Tentatum negotium, præter opinionem omnium feliciorem successum sortitum est: nam intra pauxillum temporis, ferri ope deprehensus Obeliscus, mox terrâ erutâ, magna hominum multitudine se noctu diuque impigrè applicante, detectus fuit, in tria frusta diffractionis: qui tamen ob subterraneorum aquarum redundantiam, paludosique soli inconstantiam merito sumnum Architecto metum rei feliciter gerendæ intulit; summâ tamen eius industriâ, & validâ operariorum manu, quorum pars terra eruendâ, pars aquarum diluuijs exhauriendis, pars denique Obelisco per ergatas attollendo continuò occupabatur, factum est, vt Obeliscus tandem per partes erutus lucem viderit; adeoque non minorum eum eruisse, quam erexitse sumptuum laborisque opus fuit. Primum fragmentum erat $65\frac{1}{2}$ secundum $43\frac{1}{2}$, tertium simul cum pyramidio 39 palmorum fuit, quæ addita dant Obelisci altitudinem 148 palmorum. Basis Obelisci suis ipsius ruinâ detrita, mutilata, & summè corrupta, cùm tantæ moli sustinendæ vix sufficere posset, hinc ad quatuor palmorum longitudinem, cum refecare oportuit, vt basis haberetur ei fulciendo apta. Vnde Obeliscus decurtatus, minorem à priori altitudinem sortitus est, quam & in hunc diem retinet 144 palmorum. Obelisco itaque eo, quo dixi, labore eruto, non minor eum in Campum Lateranensem peruehendi, ob cliuosam viæ longitudinis 1050 perticarum constitutionem, labor supervisit; omni tamen difficultate euicta in locum constitutum conductus fuit; vbi erectus in hunc usque diem perseverat, eâ figurâ, formâ, dispositione, prout in Iconismo hic apposito patet; cuius mensuræ epilogismus est, qui sequitur:

Epilogismus Symmetriæ Obelisci Ramessæi.

Obeliscus à basi ad pyramidum, sublatis primò quatuor

palmis ex longitudine, habet altitudinem 130 palmorum.

Pyramidum verò

14 palmorum.

Obeliscus totus à basi usque ad ultimum fastigij punctum 144 palmorum.

Obeliscus à terræ planicie usque ad ultimum fastigium 182 palmorum.

A Sexto V. P.
M inquiritur
& invenitur
in Circummo-
no.

Eruier diffra-
ctus in tria
frusta.

Singulorum
fragmentorum
magnitudo.

Obeliscus
Ramessæus
decurtatur 4.
palmos.

Erigiturque
in Campo
Lateranensi.

Symmetrie
Obelisci Ra-
messæi epilo-
gismus.
Obelisci
Ramessæi
altitudo.

Latitudo.

Latitudo sic se habet;

- Duo latera basis maiora sibi opposita latitudinem habent $13\frac{1}{2}$ palm.
 Duo latera basis minora sibi opposita latitudinem habent $12\frac{1}{3}$ palm.
 Duo basis pyramidij latera maiora sibi opposita latitudinem habent $9\frac{1}{4}$ palm.
 Duo basis pyramidij latera minora sibi opposita latitudinem habent $7\frac{3}{4}$ palm.
 Totus Obeliscus continet palmos cubicos siue solidos 15129, qui pendent 1310094 libras. Et hoc est pondus molis totius Obelisci.

Atque hic est Obeliscus ille tot Scriptorum elogijs celebratus, cuius antiquam à Constantio factam inscriptionem in Obelisco Pamphilio protulimus; quare nihil restat, nisi ut & modernas inscriptiones, quas ibi omisimus, hic apponamus.

Obelisci Ra-
messer inscri-
ptiones factæ
a Sixto V.
P. M.

Inscriptiones Obelisci factæ à Sexto V. Pont. e Max.

In facie Australi, quæ Porticum Ecclesie S. Ioannis respicit, hæc ponitur inscriptio.

CONSTANTINVS
PER CRVCEM
VICTOR,
A S. SYLVESTRO HIC
BAPTIZATVS,
CRVCIS GLORIAM
PROPAGAVIT.

In facie Orientali, quæ respicit Scalas sanctas.

FL. CONSTANTIVS AVGVST.
CONSTANTINI AVG. FIL.
OBELISCVM A PATRE
LOCO SVO MOTVM,
DIVQVE ALEXANDRIÆ
IACENTEM,
TRECENTORVM REMIGVM
IMPOSITVM NAVI
MIRANDÆ VASTITATIS,
PER MARE, TYBERIMQVE

MA-

MAGNIS MOLIBVS
ROMAM CONVECTVM,
IN CIRCO MAX.
PONENDVM
S. P. Q. R. DD.

In facie Boreali, quæ viam ad S. Mariam Maiorem respicit.

SIXTVS V. PONT. MAX.
OBELISCVM HVNC
SPECIË EXIMIA,
TEMPORVM CALAMITATE
FRACTVM, CIRCI MAX.
RVINIS HVMO LIMOQVE
ALTE DEMERSVM, MVLTO
IMPENSV EXTRAXIT,
HVNC IN LOCVM MAGNO LABORE
TRANSTVLIT,
FORMÆQVE PRISTINÆ
RESTITVTVM
CRVCI INVICTISSIMÆ
DICAVIT
A. M. DLXXXVIII. PONT. IV.

In facie Occidentali, quæ Hospitale S. Ioannis respicit.

FL. CONSTANTINVS
MAXIMVS AVG.
CHRISTIANÆ FIDEI
VINDEX ET ASSERTOR,
OBELISCVM AB ÆGYPTIO REGE
IMPVRO VOTO
SOLI DEDICATVM,
SEDIBVS AVVLSVM SVIS,
PER NILVM TRANSFERRI
ALEXANDRIAM IVSSIT,
VT NOVAM ROMAM
AB SE. TVNC CONDITAM
EO DECORARET
MONVMENTO.

C A P V T II.

Obelisci Lateranensis interpretatio.

Argumentum Obelisci Lateranensis.

Hermes Trismegistus, vti iam in Politica Aegyptiorum ostendimus, non profanæ tantum, sed & sacræ de Deorum cultu, doctrinæ institutor, cùm Regnum Aegypti neandum, vti in primordijs rerum utplurimum contingere solet, solidis ac firmis stabilitum legibus, nec vlla politica disciplina instrutum comperiret; vti bono communi natus videbatur, ita serio secum expendit, quomodo exactam viuendi formam Regno libero adhuc & summè dissoluto inducere posset. Quod quidem non nisi per saluberrimarum legum, quibus infraenis populi impetus, quasi repagulis quibusdam contineretur, conditionem fieri posse credit. Cùm verò, quâ fuit summi ingenij perspicacitate, aduerteret, nullam legem, nisi ad archetypam in diuinæ Mentis Idea latentem ordinata & disposita fuerit, subsistere posse, neque diuina lex nisi per religiosam quandam, & ad omnem iustitiae normam compositam vitam obtineri possit; sacram quandam atque oppidò mysteriosam doctrinam, quam & hieroglyphicam posteri dixerunt, summo studio, nec minori ingenij subtilitate elaboratam, teste Clemente Alexandr. 42 libris comprehensam, quibus vniuersa Politicæ & Philosophiæ Aegyptiacæ ratio continebatur, condidit. Verum enim verò cùm humanam in legibus seruandis caducitatem probè nosset, vt conditarum à se legum perpetuos successores haberet, Sacerdotum hominum sagacissimorum, sapientiâque, ac longâ rerum experientiâ exercitatissimorum, quibus solis post mortem Regis, ad Regni successionem aditus foret, instituit Collegium, quibus legum normam tradidit, eosque iuramento adegit, nè præter ordinis sui homines, eandem vlli alteri communicarent; quibus & Regni Coadiutores in quinque Classes diuisos adiunxit; leges verò nè bellorum turbinibus, similibusque infelicibus Regnorum eventibus deperderentur, saxis incorruptilibus cœū æternum duraturis insculpsit; de quibus vide Tom. I. de Politica Aegyptiorum fol. 114.

Trismegistus
condidit do-
ctrinam hie-
roglyphicam.

Eamq; tradi-
dit Sacerdo-
tibus.

Prohibendo
ne alios præ-
ter sui ordi-
nis homines
eam doceret.

Et saxis in-
sculpsereat;

Rameses
Obeliscum
maximum
hieroglyphi-
cis adornari
iubet ad poli-
ticam spectan-
tibus.

Obeliscus
Ramesseus
continet ra-
tionem ordi-
nandi Mundū
Politicum &
Archetypum.

Atque ex hisce Obeliscis hic Lateranensis unus est à Ramesse eretus, qui à Patre Sothi Obeliscorum instauratore Sacerdotali doctrinâ instrutus, ex libris Mercurialibus, quos apud Sothi superstites fuissent, in Obelisco Pamphilio ex Sozomeni, Eusebij, Africani, aliorumque auctoritate probauimus, optimâ quævis, quæ ad politica Regnorum, quæ disponendorum, quæ conseruandorum dictamina spectant, excerpta, vti maximi in rebus humanis momenti, ita maximo omnium qui facti sunt, Obeliscorum, veluti æternum duratura insculpsit.

Exhibit itaque primo Obeliscus hic, quomodo politicus Mundus ad Mundi archetypi & siderei rationes ordinandus sit, vt subsistere possit, cùm

cum nullum Regnum, aut Imperium, nisi in religione fundetur, consistere possit; Metum enim Deorum plurimū ad subditos in officio contiñendos valere, nōrānt Āgyptij. Præterea uti archetypi Mundi Ideæ infallibiles sunt, & omnes iustitiae partes nulli errori obnoxias inessabili quādam ratione complectuntur; ita humanas leges iuxta normam & immutabile exemplar primæ legis in Mente diuina existentis conditas infallibilem quoque effectum sortiri credebant. Supremum enim omnium Numinum Numen, dum Vniuersum tantâ legum æquitate gubernat, tantâ prouidentiâ disponit, tanto amore & benevolentiâ conseruat, quid aliud nobis exhibet, nisi Monarchici status absolutissimū quoddam exemplar? Quid Genialis seu Angelicus Mundus, in tot Classes distributus, in tam varia munia & ministeria distinctus, tam admirabili ordinum dispositione conspicuus, in quo tametsi varij atque disparati dominij & subiectionis gradus sint, omnes tamen hoc vnicum satagere videntur, vt simul vnâ voluntate & scopo concatenati, in Vniuersi conseruationem conspirent; quid aliud nisi absolutissimum Aristocratici dominij exemplar, cuius tota felicitas vno est & concordia Optimatum; stabilimentum eius, boni communis in singulis amor & cura? Quid denique sensibilis hæc Mundi machina ex astrorum orbitis, elementorumque corruptibilium mobili & instabili miscella composita, nisi democratici status formam exhibet, tantò periculosiorem, quantò factiosorum hominum tumultibus magis expositam videmus?

Āgyptij itaque hæc attentius considerantes, illum non immerito statum conseruationi aptiorem censuerunt, qui archetypæ Monarchiæ similior, & mutationibus minus obnoxius foret; in qua Angelici Spiritus, vnius Monarchæ, summi rerum moderatoris nutui parent, horum, verò singulæ rerum creatarum in hoc sensibili Mundo classes, absoluto & perfecto dominio subiiciuntur; summo studio, vt ad hanc Monarchici status normam, veluti exemplar quoddam suam adornarent Monarchiam, sedulò incumbeant. In qua Rex Monarcha Numinis supremi loco architectonicō quodam intellectu omnia moderabatur; Sacerdotes Optimates, siue politici Mundi Ciues, qui sunt Cantores, Horoscopi, Hierogrammatistæ, Stolistæ, & Prophetæ, veluti quintuplici ordine distribuebant; populus verò, tametsi in varia munia distinctus, vni tamen Monarchæ arbitrio relinquebatur. Atque hæc omnia Obeliscus exhibet. His enim ritè adornatis, Regnum Āgyptiacum in sua pace & inconcussa felicitate perduraturum sibi persuadebant. Exhibit autem hæc omnia Āgyptij in Obelisco per duodecim columnas, quarum singula latera tres continent, quæ tribus supradictis Mundis competit. Docetur in hoc, quomodo ad rationes archetypi intellectus, Sacerdotes, quibus ad Regnum spes foret, inauguri debeat; & quibus ritibus & cœremonijs consecrandi: deinde quomodo pantamorpha natura tribus Mundis sese insinuet, vnde vita & felicitas dictorum Mundorum resultat.

Proponitur autem hoc veluti prototypon quoddam, vt iuxta id le-

Leges humanae ad diuinæ legis normam condræ via habent.

Monarchici status exemplar Deus.

Aristocratici status exemplar Angeli.

Democratici status exemplar Mundus sensibilis.

Monarchicū statum Āgypti curant.

Monarchiæ Āgyptiacæ membra Rex, Sacerdotes, Populus.

Obelisci Rameflæi argumentum.

Osiris, Iis, Horus, Typho in Mondo politico quid.

Rex omnibus sui Regni rebus adesse debet.

Concordia regnum vnde.

Dissidia regnorum vnde.

Ægyptij ante consultatio nec Deos sacrificijs placabant.

Plato.

Prouidentiae Dei argumentum.

Leges necessariae hominum societatis.

ges Regno salutiferas condant; & intelligent, quâ ratione Osiris & Isis Typhoniae ty, annidi resistant, & Horus, vti & Osiris à Typhone occisus, ad vitam reuocentur. Per Osirin intellectum architeconicum Regis indicant, per Iisin prudentiam, per Horum leges salutiferas, per Typhonem, omne Regno perturbando importunum intelligent. Quocirea si Reipublicæ status quandoque à suæ felicitatis fastigio per dissidia, & factiosorum hominum perduelliumque prodiciones ceciderit; quibus modis similia boni communis detrimenta præcauere debeant, aut quibus ritibus & cœremonijs præsides locorum Genij contra omnia aduersitatum pericula, placandi sint, Obeliscus docet. Quemadmodum enim supremum Numen per polymorphum spiritum omnibus sese mundialis machinæ membris insinuat, dissidentia concordat, languidis & ferè desperatis rebus vitam largitur, omnia in omnibus est; ita Rex per præfatum à se super singulas Regni Prouincias constitutorum curam & vigiliam omnibus & singulis per dictamina subditorum Regis intellectui conformia, adesse & inesse debet. Hinc enim amor & concordia nascitur; hinc vnanimis ad quascunque Regno obnoxias perduellium machinationes profligandas conspiratio, quæ est salus & vnicum Regni fulcimentum. Fit tamen subinde, ut ob iniquitatem & iniustitiam Regis commissam subditorum dictamina sint dissimilia, vnde mox Typhoniae conspirationes bono communis contrariae nascuntur, quæ vti paulatim à lege supremi Numinis recedunt, ita ruinae & exitij Regni proxima quedam veluti proleænia sunt. Præsides enim à supra Mente constituti Genij, legis humanæ à diuina, dissimilitate absterriti, mox commissam sibi prouinciae tutelam deserunt; & deleto in Principe diuini intellectus & voluntatis charactere, omnia susque deque vertuntur; authoritas Principis erga subditos deperit; quâ pereunte, quid aliud Regno, nisi summa confusio, desolatio, & rerum omnium æra supererit? Hinc Ægyptij de rebus magni momenti consultur, sacrificijs prius purgati, ritibusque ac cœremonijs præuijs Deorum Oracula, quid agendum, sollicitabant. Nôrnat enim leges à Deo hominibus inspirari, quod amplissimè in suis de legibus Dialogis dedit Plato ab Ægyptijs edocitus; sic enim ex Trismegisti ea de te traditis sermonibus ratiocinabantur. Si natura, quæ nihil aliud est, quam insimum diuinæ prouidentiæ instrumentum, adeo prouide incedere videtur, ut non seipsam ducat, sed ab ipsa prouidentia ducatur, fines omnium, ordinesque & in seipso præscribat, & naturæ prout voluerit, inscribat; si inquam, natura talis neque abundat superfluis, neque in rebus deficiat necessarijs; certè diuinam prouidentiam in rebus necessarijs nunquam defecturam in confessu est; necessaria autem est humano generi, aliter non potenti vivere, congregatio mutua; euit haud dubie congregationi procul à lege subito peritura, lex summè necessaria: at legibus diuina authoritas pariter necessaria est, nè vel negligentia obsolescant, nec fraude & violentia confringantur; cuiquidem diuinæ comparandæ authoritati, tūm sanctimoniam vitæ, tūm pœnam supra humanas vitas formidandâ necessaria fuit. Si enim diuina prouidentia fin.

singulis elementorum, plantarum, animalium, membrorum usibus necessaria prospexit; multò diligentius per prouidentiam animalium a specie diuinitatis quadam tenus participi, in sanciendis legibus saluti hominum tantopere necessarijs, deesse non debuit. Nam vt recte Plato dicit. *Nullus plato.*
Princeps iustam Ciuitatem nauem quolibet turbine, procellis, & periculis innumeris agitatam, absq; cœlesti flamine ad portum usq; perducere potest. Deus ergo O.M. tūm occultis animarum inspirationibus, tūm miraculis manifestis, quoties necessitas exigit, & reuelat mysteria legum, & sancit palam atq; promulgat, tanquam legum exordium primum, & ultimus earundem finis; sine quo res humanas publicas, nec recte componi posse, nec compositas durare, certum est. Hinc tanto studio legum Authorem in hoc præsenti Obelisco, quā ritibus, quā cœremonijs imitari, diuinumque cultum tam impensè curare student, vt in decursu interpretationis videbitur. Atque hæc est summa in hac Mercuriali columna contentorum. Nihil porrò restat, nisi vt difficillimi, atque perquām ardui argumenti aleam cum bono Deo subeamus.

Deus leges
dat homini
bus.

C A P V T III.

Nota ad Lectorem de interpretationis statuendæ ratione.

Ordimur tandem cum bono Deo Obeliscorum interpretationem, quorum gratia tanti operis molem & apparatus construximus. Et vt debitam in eo methodum seruemus, ab ijs inchoabimus, qui veterum Authorum monumentis summam famam consecuti sunt, cuiusmodi primo merito loco sese offert Obeliscus Lateranensis; in cuius interpretatione forsitan Aristarchos quosdam incurram, qui seuerioribus obelis me configent, vel ex hoc capite, quod non omnia & singula suis authoritatibus fusè stabilierim. Sed non vereor morosorum hominum insolentiam, cum eum, qui difficiles & inaccessos hosce adytus cognōrit, de difficultibus Dei gratia superatis gratias debitas habiturum potius, quam Authorem inscitiae condemnaturum esse confidam. Est hic Obeliscus tot tamque obstruis rebus refertus, vt si singula fusè deducere voluisse, Tomus ingens & vastus ad ea cōprehendenda non suffecisset; quod tametsi, si temporis ratio permisisset, non mihi suisset difficile, quia tamen futurum videbam, ex tanta Authoritatum coaceruatione, interpretationis filum ita intricari, ita confusum reddi, vt qui posteriora legerit, priorum connexum neutquam sit percepturus, atque adeo tædio nimio à lectione verius alienari, quam allici Lectores posse; ideo rebus mature ponderatis consultius visum est, tantam rerum, quæ in hoc præsenti Obelisco continentur, farraginem succinctè & breuiter explicare, vt sic rerum in eo tractandarum connexio Lectoris animo sincerius sese ingereret, filumque non interruptum, rebus ordine dispositis, sine impedimento & perturbatione intellectum Lectoris dirigeret; quod in magna authoritatum coaceruatione adūtus esse videbam. Et cum hieroglyphica sæpiissime

Interpretatio
nis Obelisco-
rum ratio.

Rameſſei
Obelisci in-
terpretatio dif-
ficultis ob res
obſcurissimas
quas conti-
nec.

Obelisci Ra-
meſſei inter-
pretandi ratio

eadem occurant, satius ea statim in principio explicare, & authoritatibus congruis stabilire visum fuit, ne in interpretationis decursu eorumdem comprobationem toties repetere cogeremur. Nè tamen ea pro libitu explicasse viderer, vbique ferè loca & authoritates cum Obelisci Pamphilij, cum præcedentium Tomorum, vbi proposita symbola exacte exposuimus, allegandas duxi; vt si rationis cuiuspiam symboli cognoscendi desiderium quempiam incederet, locum vbi id expositum sit, reperiire possit; si quæ verò alibi non exposita symbola occurrerint, ea semper congruis adiunctis authoritatibus explicare & stabilire contendimus. Quod dum facimus, DEV M Opt. Max. luminis supremi datorem obnoxè exoramus, vt ingenij nostri tenebras discutiat, in arduis adsit, vt quæ ad diuini nominis ipsius gloriam fieri posse cogitauimus, ea cum spe rato fructu exhibeamus.

P R A E L V S I O.

Qua nonnulla ad meliorem rerum in Obelisco tractandarum notitiam praemituntur.

Occurrit sæpe sæpius in Obelisco præsente figura oualis, hoc quo vi des hieroglyphicorum apparatu instruēta; quam nos sacra tabulam appellare consueuimus. Erat autem sacra tabula certorum hieroglyphicorum complexus quidam, magnæ efficaciz & virtutis, eo quod eius vsu Numina non aliâ meliori ratione, quam hoc vel simili, conciliari posse sibi persuaderent. Erant autem huiusmodi tabulæ pro argumentorum, quibus Obelisci insigniebantur, diuersitate differentes. Et dicuntur sacræ tabulæ, eo quod vt plurimum ex Obeliscis excerptæ, separatis tabulis aut ligneis, aut lapideis in usum prophylacticorum incidentur. Sed quid præsens hoc ouatum scheina sibi velit, aperiamus.

Ponitur primò intus Ibis supra gnomonem seu normam, seu parametram mechanicam, in Alpha literæ formam transformatam; huic adiungitur iam incuruus baculus, nunc vncinus, modò pala agricultoria; quibus subiungitur triplex ramus inuerlus cum tribus terminis, loco quorum vt plurimum ponitur figura Scarabæi, subinde etiam omittitur, vt in col. i. è regione O & P videtur. Quorum quidem Idealis sensus ita se habet.

Hermes seu Mercurius Agathodæmon Literarum, Arithmeticæ, Geometrie, & Mechanicæ inuentor, partitionis anni in duodecim signa & menses Author, primus Ægypti Legislator. Sunt enim rerum memoratarum inuentiones ad Reipub. rectè beatèque administrandam cum primis necessariæ, cum Regna vt consistant, nec literis, nec scientijs & artibus, nec legibus carere possint, aut debeant; adeoq; rectè Ibis seu Hermes insitit gnomoni, primò quia, teste Plutarcho, Agathodæmon est, quod figura gnomonis ex A & Δ composita sat demonstrat, vt alibi fusè dictum fuit: secundò quia

Oualis figura
in Obelisco
Ramefeso.
Sacra tabula
hieroglyphica

Leges & scien-
tia necessariae
ad regnum
conservatio-
nem.
Hermes cur-
gnomoni in-
fissat.

Plutarchus.

quia gnomon primam in Alphabeto literam notat, cuius, vti & omnium aliarum literarum, inuentrix fuit Ibis, id est, Mercurius: tertio quia gnomon hic geometricum instrumentum est, ad recte aptèque singula dimetienda, distribuendaque inuentum; est enim πάντας τὸ μετρίως ὁ γέτης Εγύπτιος, vti recte Plutarchus docet. Exprimit & hic gnomon instrumentum mechanicum, lapidibus extollendis in altum accommodatum, quem Tollenonem vocant mechanici; cuius authorem Hermetem facit in suis Mechanicis Hero Byzantinus. Vides igitur, quare Ægyptij Ibidem in hoc schemate supra gnomonem, variorum ab Hermete inuento rum symbolum, posuerint. Hermetem quoque in figuram Ibidis transformatum, sub huius A figura primùm comparuisse in Ægypto, multaq; & varia docuisse, in Alphabeto mystico ostensum fuit in præcedentibus adducto. Figuræ A adiungitur baculus incuruus, vel lituus. Vbi notandum, esse in Ægypto, vti Theophrastus docet, certum quoddam arundinis genus, quod & ob leuitatem modò loco baculi superiùs artificiosè incuruati, modò ob concavitatem emedullatam loco litui in sacris usurpabant. Atque hoc hieroglyphico symbolo nihil ferè frequentius & usitatis occurrit. Et per baculum quidem superiùs incuruum, absolutum Numinum in inferiora influentium dominium, & summam, quam per hunc influxum rebus inducebant, symmetriam harmonicam indicabant. Quod aptè sanè per hunc arundineum canalem suprà versus inferiora incuruatum eximebant. Hinc passim hunc baculum fistularem, vti & normam, manibus Hori insertum videoas, vti in tabula Bembina exposuimus; vt ostenderent, Horum symmetriæ & harmoniæ totius Vniuersi Authorem. Verum hoc uberiori in loco citato expositum vide. Hanc


Gnomon instrumentum geometricū & mechanicū

Lituus seu baculus incuruus.
Theophrastus

Horus cum lituo quid si gallicet.

Perseæ ramus triplex inuersus.

eandem ob causam, hunc baculum fistularem Hermanubi apponūt, vt eum esse totius numeri, ponderis, mensuræ, ac musicæ authorem occultè innuerent. Quoniam verò nihil in humanis rebus ritè constitui potest sine temporis exacta distributione; hinc perseæ ramum triplicem inuersum, in quorum unoquoque quatuor folia, supponunt. Et perseæ quidem ramus Hermeti, Isi, & Osiri sacer erat, vti in Obelisco Pamphilio fol. 364 ostendimus; singulique quaterno foliorum ambitu conspicui, quibus tempus anni in tres partes, Veris, Æstatis, & Hyemis diuisum, quarum singulæ in quatuor menses pariter diuisæ, totius anni decursum signabant. Triplex erat, quia tribus anni totius moderatoribus Isi, Osiri, Mercurio consecrabatur, id est, Soli, Lunæ, Mercurio: Solis enim ac Lunæ motu per duo decim cœli domicilia annuo spatio facto, omnia



omnia conficiuntur; & Mercurio quoque, quæ est ratio dirigens omnia ad finem suum; vnde perseæ folia linguae, & fructus cordis figuram obtinent, quâ sapientia Mercurij in legibus tūm naturæ dirigendis, tūm politico Mundo imponendis appositè notatur. Cuius diuisionis Authorēm Diodorus Hermetem suisse refert. Quo aptè insinuabatur, omnes naturalium, humanarumque rerum actiones operationesque temporis substare, in quo sub terminis præfixis, totius naturæ, & politici Mundi leges veluti in cardine quodam verlantur. Ramis autem perseæ notatur, quia, Theophrasto Authore, perseæ singulis tribus anni portionibus nouos & nouos fructus profert, virore perpetuo gaudens. Verùm de hoc symbolo fuisse tractatum vide in Obelisco Pamphilio sol. 363. Sequuntur tres termini; quibus primò tripartitum anni tempus, quod à supremi Mundi legibus constituitur, indicatur; de quibus fuse in Obelisco Pamphilio sol. 425. In politico verò Mundo hi tres termini. leges indicant ad superioris Mundi leges constitutas. Hinc leges eadem Aegyptiacâ voce & leges, & termini vocantur; cuius ratio erat, totius Aegypti frequentibus terminis, ob Nili omnia confundentis inundationem, diuisio, vt hoc pacto per terminos, veluti positivas quasdam leges, vnicuique quod suum erat, exactâ iustitiæ mensurâ distribueretur; erantque termini eandem ob causam sacri Mercurio, vt vel hinc originem Hermærum agnoscas, quæ erant quadrangulæ statuæ Mercurij, quæ loco terminorum in agris ponî solebant, de quibus vide sol. 392. primi Tomi Oedipi. Hemycicla verò facies semper superioris terræ faciem siue Horizontem notat.

Sacra tabula
Hermetica
in honore
apud Agyptios,

Ex his, ni fallor, luculenter patet cur tanto in honore hanc sacram tabulam Hermeticam habuerint Aegyptij, quia mysticè omnia Hermetis in humanum genus collata beneficia abditissimo symbolorum contextu signat, ac proinde summæ virtutis & efficaciz esse putabatur ad dictum. Numen propitiandum, attrahendumque.

Sacra tabula
alia in Obeli-
sco Ramefiso

Occurrit & alia quædam tabula sacra in hoc Obelisco, quam pau- cis describendam duxi, nè postea cùm in eam inciderimus, eadem repe- tere cogamur. In ouata figura primò ponitur circulus, deinde muri duo. cim, aut septem, aut quatuor apicibus spectabilis figura, quam ab apicum numero iam δωδεκάπυγον, modò ἡβδόμαπυγον, nunc τετραπυγον vocamus. Huic supponitur subinde solius Scarabæi figura, nonnunquam Scarabæus cum tribus terminis, aliquando cum Nilometrio, aut cum figura A; quæ quid indicent, aperiam.

Sacra tabula
explicatur.

Mercurius
δωδεκ-
απυγον,

Sphæra indicat supremi, inuisibilis, & abstractissimi Numinis essen- tiam, vt in Hierogrammatismo circuli docuimus; ex qua omnia in omnes Mundos bona profluunt, & veluti ex centro quodam incomprehensibili emanant. Sequens figura muri δωδεκαπυγον siue duodecim apicum pri- mò notat duodecim cœli mansiones, siue duodecim domus Zodiaci, quæ Siderei Mundi arces dicuntur, quarum custodes sunt Genij singuli à suprmo Nume deputati, quibus totius anni gubernatio, iuxta leges ab Authore naturæ ipsis prescriptas, committitur. Ponitur subinde in sa-

era

cra tabula figura ἑβδόμογράφη, quo septem planetarum arx & propugnaculum præsidibus suis instructum innuitur. Est interdum τετραπύργος, quo quatuor elementorum regnum indicatur. His itaque tribus propugnaculis, cum vniuersa natura contra noxias potestates defendatur, aptè sanè eam muri figura πολυπύργος expresserunt. Quemadmodum enim supremum Numen primò in duodecim Siderei Mundi virtutes & potestates, sic istæ in heptapýrgi regnum influunt, & utrique in elementarem quadripartitum Mundum; ex qua vniōne, & perpetua influxus mutui communicatione, vniuersa Mundi machina ut conseruetur, necesse est. Ad leges itaque horum trium, Siderei, & Elementaris Mundi propugnaculorum, Ægyptij veluti ad exemplar quoddam conuersi, suam politicam disponebant, vti iam docemus.

Ægyptij itaque expressuri regnum, aut urbem, muri figuram ponebant, duodecim, vel septem, vel quatuor apicibus distinctam, quæ per totidem veluti coronæ radios quosdam in figura expressos indicantur; atque hanc figuram frequentissimè in subiecto ponunt Obelisco. Per murum δωδεκαπύργον, siue duodecim turrium, aut apicum, indicant analogiam ad dodecapyrgon cœleste, tūm idealis Mundi, tūm Zodiaci in Side-dereo Mundo, duodecim mansionibus veluti distincti; per murum heptapyrgum siue septem turrium, septem planetarum mansiones, ad quarum ideam Respublica instituenda; per murum tetrapyrgum quatuor Elementorum Regiones, quæ sunt veluti exemplar quoddam, iuxta quod Respubl. gubernanda sit. Quemadmodum enim duodecim Zodiaci mansiones varijs differentibusque proprietatibus instructas unus Sol perlustrat, & ad vnitatem in Mundo conseruandam animat; ita & Princeps in Regno suo maximâ curâ diuersorum populorum ingenia, eorumque diuersitate discrepantium animos in vnitatem & concordiam animare debet. Haud secùs de heptapyrgo, & tetrapyrgo ratiocinandum est. Quæ omnia adeo appositè Plato Dialogo 5 de legibus demonstrat, vt ad huiusmodi hieroglyphica respexisse videatur. Nam ex Ægyptiorum doctrina Vrbem regiam in medio regionis ponendam præscribit, quam & in duodecim partes diuidendam cenlet, totamque similiter regionem.

Sed audiamus Platonem hoc loco prorsus Αἰγυπτίαζοντα, cum inquit: Τὸ μὲν ἐπὶ μῆτραι, τοῦτον μὴν τὸν τόλμον ιδεῖνδε δῆτι μάλιστα ἐν μέσῳ, οὐ τὸν ἄλλον ὅτια
τοξοφορεῖ τόλμην τὸν ὑπαρχόντων ἔχοντα τόπον σκλεῖει μέρον αὐτοῦ. Καὶ τε οὐ εἴπειν εἰδέν χαλεπόν.
μή δὲ τῶντα μέρη δώδεκα δίχειδη, θέματα εἰσὶας τορῶτου καὶ Διοῖς τοῖς Αθηναῖς ιεροῖς, ἀκεφαλίν
οὐρανίοντα, κύκλον τοῦ βάλλοντος, αφ' οὗ τὰ δώδεκα μέρη τέμνεται τὸ τε τόλμον ἀντὶ τοῦ οὐ τόλμον
τὸν χάρας. Id est, Postea Vrbs primum in medio regionis maxime contatur, delecto in loco, qui ceteras quoque opportunitates complectatur, quas εἰ concipere & designare minimè difficile est; deinde in partes duodecim distributio fuit, vt Vesta prima Ioniq. atque Mineruæ consecretur, & illa vrbis pars Arx nuncupetur, εἰ septo diligenter muniatur. Et ex eo urbem εἰ regionem in duodecim partes distribuerint. Et paulò post: Ναυμάχος δὲ δῆτι καὶ δῆστρος αὐτοῖς εἰς δώδεκα μέρη, τὸν
τὸν ἄλλον εὐθὺς εἰς ὅτι μάλιστα τὰ δώδεκα μέρη συντεχόμενον διπολυεφύτευτον γενομένον,
οὐ δῆτι τὸ μέτρον δώδεκα Θεοῖς δώδεκα εκλήρους θέρτας, επανομάζονται καθιερώσαντες λαχὸν μέ-

Murus
ἑβδόμογρ-
αφη,
Murus
τετραπύ-
ργος,

Muri figura
significat re-
gnum, aut ci-
uitatem in
Obeliscis.

Murus duo-
decim-septem
quatuor apt-
cum quid h-
gauicet.

Plato. /
Vrbs regia
qualis ex Pla-
to ne esse de-
beat.

Plato.

¶ οὐδέ τις δέ τοι καὶ πάλιν ἀπτεῖται πανοράματι. τέμενον δέ αὐτὸν τὰ καὶ τὰ τούτων διόδην
 καὶ τριπάτα τὸν δὲ τὸν ὄντας τοὺς ἄλλους χώρας διένειπεν γε δύο νέμεσθαι τοις οἰκίσταις
 τοὺς δὲ ἐγένετο τῷ μέτρῳ, καὶ τοὺς τῷ ἐχάριτῳ· γε τοὺς μὲν κατέβαντεν ἔτω τελοῦ ἐχειν. Id est,
Vici præterea in 12 partes erunt distribuendi, sicuti εἰς ceteræ ciuium facultates;
 ut ex 12 partium constitutione cursum lustrationes commodiūs peragi possint.
 Duodecim quoque partes duodecim Dijis erunt deinceps attribuendæ; εἰς vnaquæ
 que pars ex eius Dei nomine, cui illa obtigerit, erit nuncupanda; ut Tribus ipsa
 sit suo εἰς tutelari Deo cognominis; sed εὶς duodecim vrbis membra, sicuti in reli-
 qua regione factum est, singulatim in duas habitationes fuerint diuidenda, quaruin
 una circa medium sit, altera circa extreum; εὶς habitationis quidem ordo εἰς
 ratio hunc in modum conformetur. Atque hæc est ciuitatis & regionis ali-
 cuius ad supernas ideas constituendæ ratio, quam Plato fundandam cen-
 suit. Sed cur in partes duodecim? vt intelligas molem tantam, tamq[ue] u
 laboriosam Vniuersi ipsius auxilio indigere, quo est in sphœras duodecim
 distributum; eodem prorsū modo ciuitatem aut regnum terrestre ad
 imāginem Regni cœlestis esse gerendum; cœlestis autem Ciuitas, inquit
 Plato, in signa duodecim, quasi in duodecim tribus est distributa; nec
 abs re Dijis duodecim, vti Aegyptij suum Regnum, ita Græci suum suis
 duodecim Dijis, qui duodecim signis præsident, consecrarunt, imò verò
 sex Dij, sexque Deæ, quorum nomina sunt:

Juno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venasque,
Mars, Hermes, Nephtun, Vulcanus, Osiris, Apollo.

Præpone iam singulis singula, membris quidem nostris signa, signis præ-
 terea Deos; & intelliges per hæc, ciuitatem aut regnum totum non
 aliter vnum ex ciuib[us] & incolis, quām vnum corpus ex multis membris
 esse debere; alia verò Numina masculina, alia fœminina dici, vt cognoscas, & quæ ad materiam passionesque, & quæ ad formas actionesque,
 pertineant, à Superis gubernari. Verūm cur Plato præcipuam vrbis ar-
 cem Vestæ, Ioui, & Palladi dat? vt intelligas, in diuinis tres omniū fontes
 existere. Vestam quidem essendi fontem, Iouem viuendi, & Palladem
 intelligendi; atq[ue] in his omnibus auxilium à Superis obtainendum. Quæ
 omnia ex Aegyptiorum disciplina profluxisse, in sequentibus aperietur.
 Quæ enim Græci per trinam Numinum Vestæ, Iouis, & Palladis assisten-
 tiā, ea Aegyptij Isi, Horo, & Osiri indigitabant; his enim omnia gubernari
 docebant. Hinc mysticè tres terminos, tres circulos, tres vrnas,
 tres secures, tres pennas, & similia dedicabant; leges cœlestes & ter-
 restres, per terminos; potestatem trinam diuinam in omnia, per tres cir-
 culos; per vrnas, in humidam substantiam dominium; per pennas, per
 omnia & in omnia penetrationem significantes. Sequitur murum poly-
 pyrgum Scarabæus, Regis fortitudine mascula incliti symbolum; qualem
 Osirim fuisse Diodorus describit; de quo cùm amplissimè in Hiero-
 grammatismo Scarabæi Obelis. Pamphil. differuerimus, eò Lectorem
 remittimus.

Tres termini
 circuli, vrnæ,
 secures, pen-
 nae.

Scarabæus
 quid?

Est itaque hæc sacra tabula nihil aliud, nisi Idea quædam politiaz Cœlestium Numinum, iuxta quam inferiorem politicum Mundum, ut subsistere possit, instituendum indigitant. Nam ut rectè Plato Dial. I I . de legibus ostendit, Lex omnis humana à Deo adiuventa & constituta est, eam seruantibus præmium, præuaricantibus verò pœnam proportionatam statuens. Est enim Deus totius Mundi artifex, totumque in seipso complectitur, ideoque inspicit singula, nè quis confidat prævaricando posse latere ; perque omnia circumvolvitur, nè quis speret, manus eius post delictum subterfugere posse ; est enim omnium legum fundator, Recta (verba Platonis sunt.) definiens, et peragens, id est, rectâ quâdam regulâ determinat singula. Et primò quidem singulis naturæ suæ modum, quæ, qualia, quot, quantaque sint, & ubi, & quando, & quomodo moueantur ; deinde animis quid agendum sit, quidque cauendum, determinat ; quam quidem determinationem legem esse constat rerum omnium penes Deum omnium authorem, eamque eodem actu ab ipso Deo sanciti, quo & omnia ab eo intelliguntur, & fiunt, actu scilicet circulari ; quem Timæus ait esse diuinæ Intelligentiæ naturalem ex seipso videlicet seipsum respicienti, seque respiciendo omnia semper consipienti. Forsan verò ultra circularem motum Deo internum subinsinuat motum quoque rectum, rerum à Deo processum, Deique per res omnes influxum, ideo recta, dixit, definit, & peragit ; & motum rectum à circulari pendere signavit, quo & perspicaciter seruatores legis, præuaricatoresque discernantur, & efficaciter quid potissimum debeatur cuique, decernatur. Quod quidem iudicium, quoniam potenter & discernit, & decernit, ineuitabilis sequitur peccatorum vltio, & obseruantium præmium. Obseruatio autem legis in hoc consistit, ut subditus perfectè se Deo similem reddat, similem, inquam, per temperantiæ puritatem, quâ tanquam regulâ & amissi omnia sua metiatur ; siquidem mensura, quod & Pythagoras dicit, omnium optima iudicatur, simillimumq; Deo efficit animum ; quæ est mensura omnium, præcipue nobis, qui videlicet eatenus vel prosequi, vel fugere debemus singula, quatenus diuinæ Menti, voluntatique vel congrua, vel dissona censemur. Hinc illud in Platonis epistola, Sapienti quidem viro Deus lex est, insipienti verò libido. Quæ omnia pulchre exhibentur in sacra tabula, ubi oualis figura Mundum denotat, architectonicum diuinæ Mentis intellectum Ibi gnomoni insistens ; huius enim dispositione omnia quæ in Mundo sunt, symmetriam & proportionem exactissimam acquirunt, harmonicamque constructionem per baculum fistularem indicatam, singula consequuntur. Hic vitam, mensuram, operationumque efficaciam largitur influxuam, polypyrgis cœlestibus, eorumque præsidibus munimen & custodiam ; ad quam inferioris Mundi legislator intellectus, per Scarabæum & tres terminos indicatus, in omnibus actionibus respicere debet, ijs suffulciri, nè in actionibus humanis ex se cœteroquin oppidò fallacibus, errorum incurrat præcipitum. Sed hæc alibi fusiùs ex Platone prosecuti sumus, qui & aperte dicit, se ex Antiquorum hæc monumentis extraxisse, quibus aliud non videtur indicat-

Plato.
Lex omnis
humana à
Deo ex Platone.

*Platonis de
Deo legistro
sententia.*

*Legis obser-
uatio consistit
in eo, ut sub-
ditos Deo
reddat simi-
les.*

Plato.

*Sacra tabula
significata.*

se; nisi Hermeticam & Orphaicam doctrinam, quæ, ut in Sphynge My-
thagoga demonstrauimus, exactè hæc omnia continet. Si enim Orpha-
eos de Ioue, de lege, de iudicio, de iustitia & Nemesi hymnos legeris,
hæc ad verbum omnia inuenies. Sed hæc de maximè in hoc Obelisco
hieroglyphicis Schematis obuijs, dicta sufficient.

C A P V T I V.

De inscriptione, & divisione Obelisci.

P R A E L V S I O.

Obelisci Ra-
meli divisione

Inscriptio seu
Epigraphe tri-
bus loculame-
tis contenta

Prima inscrip-
tionis Obe-
lisci Ramel-
se pars.

Ibis Mercuri-
um significat.

Plato.
Horus.
Plutarchus.

Ibis gnomon-
al insidens.

Obeliscus hic præsens quatuor habet latera, iuxta quadripartitam
Mundi partem disposita, quorum vnumquodque in tres denuò col-
umnas distinguitur. Hanc divisionem præcedit inscriptio tribus locu-
lamentis contenta, quorum duo A & B in pyramidio, tertium C, in prin-
cipio columnæ continetur; cestque in omnibus Obelisci lateribus ea-
dem, hanc ob causam, ut Authores Obelisci, ex omnibus Mundi parti-
bus statim in oculos incurrerent, & ad doctrinam in eo Deorum immor-
talium beneficio traditam summo studio seruandam animarentur.

Prima inscriptio immediate sub apice pyramidij sub A, figura oua-
li conclusa tenetur, hoc symbolorum apparatu. Ibis insidet gnomoni in
formam literæ Δ composito, cui figura formam muri referens supponi-
tur, & è regione huius baculus curuus; quibus tres limites, vna cum Sca-
rabæo, subiunguntur; quibus quidem symbolis nihil aliud indicatur, nisi
Mercurius Agathodæmon potens dominator, & politicarum legum con-
ditor, hieroglyphicæ doctrinæ institutor, ex cuius libris columna hæc
extracta sicut & concinnata. Sed hoc ita esse, iam omni studio nobis sta-
bilire incumbit.

Ibis Mercurium significare, innumeris huius Operis locis ostensum
fuit, & in Hierogrammatismo Ibidis Obelisci Pamphilij id copiosis au-
thoritatibus demonstratum. Mercurius siquidem sub Ibidis forma homi-
nibus comparere, varijsq; corporis gestibus, variarum rerum inventionem
edocere putabatur; vnde istiusmodi animal sacrum Mercurio ab omni-
bus habebatur. Certe Plato in Protagora apertè dicit, sub Mercurij no-
mine genus humanum leges primùm accepisse. Vide Horum l. 1. c. 10.
in fine, & c. 36. Plutarchum de Osiride & Iside, & Alphabetum Agy-
ptiorum mysticum suprà exhibitum. Horus: Καρδίας βελόμοροι λεάφεν, Ἡβί^η
ζωσερόστι, Τὸν ζῶν Εὔμεν φύσιον, πάσης καρδίας, καὶ λογικῆς διαπότη. ἐπεὶ καὶ οἱ Ήβίς ἀνθε-
καστῶν τὴν καρδίαν δένει εὐφεγης, καὶ εἰ λόγος δένει πλάστη παρ' Αἰγυπτίοις φερόμενος.
Cor volentes indicare, Ibin pingunt, quod quidem animal Mercurio attributum
ac dicatum est, cordis omnisque rationis presidi & moderatori; nam et Ibis per
se magna ex parte cordi similis est, de qua plurimi apud Agyptios agitantur ser-
mones. Sedet supra gnomonem, in hieralphan transformatum. Et
Alpha

Alpha quidem & ex & A compositum Agathodæmonem notare, in Alphabeto mystico, & alibi ostendimus; cuiusmodi ipse ab omnibus Ægyptijs existinabatur. In formam gnomonis adaptatur, vt ostenderent eum omnis iustitiae, quâ actiones humanæ vnicè diriguntur, authorem esse, & potissimum hanc in politica rerum administratione, quæ per symbolum in muri formam concinnatum aptè notaçur, prorsùs necessariam esse. Quia verò hæc sine viribus & potentia administrare non potest, hinc appositiè ipsi è regione baculus curuus, potentiae dominique in inferiora symbolum, adiungitur; infra quæ tres limites cum Scarabæo ponuntur. Per limites tres indicatur ratio archetypi intellectus, quo non secùs ac Sol, in triplicem Mundum, Intellectualem, Sidereum, & Elementarem agit; ita inquam Sol politicus, qui est in archetypo intellectu Legislator, & aptè per Scarabæum exprimitur, in triplicis generis homines, in seipsum, in Optimates, & populum agere debet, vim suam, quâ Mundi corpus vnicè sustentatur, exerendo. Nam vt Porphyrius loquitur lib. de abstinentia. *Αἰσθῆτος δὲ ἵστορας Τύνα καὶ θεού, ὡς εἶχεν τὸ λίθος ἐμπλυκότα. Αἴγυπτοι καλεῦσθαι Σcarabæum sicut viuam Solis imaginem.* Quod symbolum non tantum Soli huic sensibili, sed & Archetypo, & ex quo emanavit, Politico Soli secundum quandam analogiam attribui debet. Accedit quòd idem Scarabæus significatione ad mores translata idem, teste Horo lib. i. cap. 10. quod patrem, & masculam virtutem notet, quæ Regno administrando vnicè necessaria est; quâ paterno affectu, & bellicâ fortitudine Rex omnia Regno aduersa amolitur. Hinc Älianuſ l. 10. c. 15. & Plutarchuſ libro de Osir. & Iside aperte docent, Viris bellicosis sculpturam annuli Scarabæum fuisse, quòd maribus vniuersis pro patria pugnandum sit; quemadmodum Mercurium Ægyptij, non solum Legislatorem, sed & summum Numen tutelare, & Agathodæmonem, à cuius proinde cultu & veneratione totius salus Ægypti dependeret, præstare putabant. Hinc epigraphe seu inscriptio præsens non incongruè Mercurio siebat, ijs symbolis adornata, quæ & diuinas Mercurij virtutes exhiberet, & vna eundem ad Ægyptum fidei suæ commissam defendendam, hoc veluti potentissimo quodam perianimate sollicitaret.

Secundum spacium in singulis pyramidij lateribus duorum hominum figuræ mitratas, & lineis amiculis indutas exhibit, qui inter se de magni momenti negotijs tractare videntur. Certè hos Sacerdotes esse Ægyptiorum, ex Apuleio & Plutarcho liquet, quos mitrato vertice conspicuos fuisse, & lineis tunicis usos, aperte docent, hic in Iſi & Osiri, ille in sua Metamorphosi. Erat autem, ut Eucherius afferit, *κιδαῖος* pileus Sacerdotalis ex byſſo, quem nonnulli tiaram, quidam etiam mitram vocant. Atque hanc sapientiae symbolum fuisse, Author est Hesychius Hierosolymitanus, eò quòd in cerebro sapientiae organum esset à natura constitutum. Quo quidem Sacerdotes, utpote ad regni administrationem electos, perpetuò & vnicè sapientiae studio vacare debere, ostendebatur; lineis, non laneis vestimentis iudutos, quòd hæc ex lana excrementitia animalium superfluitate, Sacerdotum puritati contraria, origi-

Baculus curuus dominique signum.

Scarabæus Solis symbolum

Horns.

Aelianus.
Plutarchus.

Scarabæus sculptus in annulo quid significat.

Secunda inscriptionis Obelisci Ramessæi pars.

Apuleius.
Plutarchus.
Sacerdotes
Ægyptij mitrati.
Eucherius.

Cidaris seu mitra Sacerdotalis sapientiae signum.
Lineum amiculum Sacerdotis Ægyptij puritatis symbolum.

nem sumerent; illa vero ex lino, quod benesica matre tellure, immediate pullularet primò florem cæruleum ætheris colori similem, deinde thyrsum, qui varie præparatus tandem telam suppeditaret, vestibus Sacerdotalibus conficiendis, teste Plutarcho & Porphyrio, conuenientissimam; hæc enim amicula candoris & eximæ puritatis, quæ in Sacerdotibus perpetuò Deorum consortio gaudentibus, elucere debebat, symbolum erant. Sacerdotes itaq; dictos duos mitratos exprimere nullum dubium est ei, qui quæ de habitu Sacerdotum in primo Tomo differimus, rectè perceperit. Imò verisimile est, ut & Michael Mercatus putat, has Sacerdotum figuræ Sothi & Ramessem filium eius, Reges & Sacerdotes Ægypti, exprimere: hi enim primi fuerunt, qui post cladem omnibus seculis memorandam, Deo per Mosen Pharaonicam contumaciam viadante, per Ægyptiorum in mari rubro submersionem, ducentis ferè post annis, Regnum Ægyptum pristino splendori & magnificencie restituerunt. Nam continuò cum Sacerdotibus conuersabantur & ipsi Sacerdotes, librosque Hermeticos, quos vndique conquisitos apud se inæstimabilis thesauri loco habebant, summo studio ad uitæ religionis, quæ sub hieroglyphicis symbolis comprehendebantur, instauranda dogmata evoluerunt. Nam vt rectè Plato in librō de Regno ostendit, nullus apud Ægyptios ad Regni administrationem admittebatur, nisi Sacerdotis titulo gauderet; imò si quis ex alio genere Regnum vi usurpasset, eum post Regni assumptionem sacris initiari oportebat, ut & Rex esset & Sacerdos. Nam, vt Platonis verbis utar, *Sacerdotum ergo Vatum ratio magnanimitate, intelligentia, ergo claritate abundat, propter eorum, quæ tractant, magnificientiam.* Hinc, teste Plinio, collato studio & labore hi duo Reges & Sacerdotes primi fuerunt, qui octo Obeliscos, quos in Obelisco Pamphilio enumeramus, extruxerunt. Verùm Ramesses à Sothi patre suo apprimè instructus, aliquid sublimius animo volens cùm prædicti Obelisci animi sui magnitudinem non adæquarent, maximum omnium hunc Obeliscum politicâ doctrinâ ad Regni salutem conseruandam necessariâ instructum, Thebis erexit. quæ ita se habere Plinius refert his verbis: *Potest, inquit, ergo alijs Regum in supradicta Vibe, Sothi quatuor numero quadragenum octonum cubitorum longitudine; Ramesses autem, quo regnante Ilum captum est, quadraginta cubitorum, idem digressus inde ubi Mnevis Regia, posuit alium longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor; opus id fecisse dicuntur 20000 hominum.* Hæc quæ de Sothi patre, & Rameſſe filio diximus, ita se habere, docet Manethon apud Africanum in fragmento Bibliothecæ Pereiſcianæ. Σοτης ἐβασίλευε ἔτη ξγ', ὃς ἐπειρ τολλας τὰς πνευμάδας. Καὶ τὸν καπόντης εἰς Θεοὺς εἰσένετο, καὶ τὴν ιερὰν συγκατατελεφαντιβλαυ, λόγω μέσα γενῆς ἐν Αἴγυπτῳ οὐδὲν οὐδὲν. Sothi 63 annis regnans, multas erexit pyramides (intellige Obeliscos); hic enim primus Deorum contemplator, de Diis sapienter pronunciabat, ergo sacrum librum mandauit conscribi, quem veluti ingenis pretiorem in Ægypto existens possidebat. Quæ omnia confirmat Abenephius Arabs, cuius verba vide in Obelisco Pamphilio in prolegomeno historiæ Obelisci. Cùm itaque Sothi & Ramesses, Reges & Sacerdotes Ægypti, vnicè sacram

Michael
Mercatus.

Sothis & Ra
meliis figura
in Obelisco
Ramesso.

Plato.
Sacerdotes
erant Reges
& Reges Sa-
cerdotes,
apud Egy-
ptios,

Plinius.

Abenephius.

sacram hieroglyphicorum doctrinam vnanimi consensu primi promouerint; verisimile est, Ramessem ad æternam rei memoriam se patremque in hoc præsente Obelisco insculpere voluisse, ut coniectis in hanc inusitatem Obelisci molem oculis, quantum ipsis deberent Ägyptij posteri, perpetuâ recordationis gratitudine, animo reuoluerent.

Post hanc epigraphen primo loco in Obelisco occurrit quadratum loculamentum signatum litera C, in quo figura capite mitrato conspicua, & nuda, throno insidens, aliam ante se genibus prouolutam extensis brachijs. in modum potentis & obsecrantis quidpiam, habet; cui benedictionem impertiri videtur; in muro vero variæ videntur ouatæ figuræ, quæ sacras tabulas nuncupamus; quæ quidem nihil aliud sunt, quam sacra quædam amuleta ad Deos propitiandos constituta. Dicimus itaque, hosce schematismos in quatuor Obelisci faciebus prorsus eosdem nihil aliud denotare, nisi primò quidem Mundum Genialem, eiusque munimen veluti exemplar quoddam politices; secundò ipsum adytum Ägyptiorum, in quo Sacerdotes ijs, quos vides, ritibus & cœremonijs inaugurabantur; & eo quidem modo; quem exponemus.

Primò Sacerdos supremus, cidari seu tiarâ, sapientiæ symbolo conspicuus, throno insidebat, potestatis summae symbolo, supremi Numinis Hemphita vices referens; hoc enim Numen in adyto, pari symbolorum apparatu effigiatum tenebant; quo indicabant, supremi huius Numinis in omnia rerum à se productarum genera supremum ius, absolutissimum dominium, omniumque sibi subditorum rerum necessariam dependentiam, sine cuius concursu & benigno influxu nihil subsistere possit: nudum exhibetur, quia id ab omni rerum materialium contagione longè remotissimum, nullius indigum, sibi ipsi solum sufficiens est.

Ab hoc Intellectualis Mundus Sidereus & Politicus, quicquid boni habet, secundum analogiam quandam participat. Hinc Sacerdotes, vt actiones eorum huic supremo Numini conformiores essent, in adytis suis, ad supremi Numinis iam memorati similitudinem, inaugurationes suas, cœteraque sacra peragebant; quæ quidem nullam vim aut efficaciam obtinere sibi persuadebant, nisi analogo symbolorum apparatu perfecta fuissent. Et vt operationes eorum in sollicitatione Deorum maiorem vim haberent; sacras quasdam tabulas ijs hieroglyphicis, quæ maximè Numini, quod vrgbabant, congruebant, adornatas, in adytis ponere solebant; quas tūm ex abdita sacramentorum, quæ ibidem peragebantur, virtute, tūm Deorum particulari influxu, magnam vim acquirere putabant ad id, quod à Numine petebatur, impetrandum. Sed de arcana adytorum dispositione vide fol. 393 primi Tomi, alijsque passim locis tūm Oedipi, tūm Obelisci Pamphilij, quorum omnium opticas delineationes in tractatu de Muuijs Ägyptiacis exhibitas contemplare. His itaque præmissis, iam particularem Obelisci interpretationem tandem bono aspirante Numine auspicemur.

Quadratum loculamentum litera C signatum in Obelisco Ramesse.

Ritus quibus inaugurabatur Sacerdotes Ägyptij.

Hemphita supernum Numinis.

§ I.

*Prima Columnæ primi lateris Borealis
interpretatio;*

Latera singula Obelisci Rameiæ diuina in ternas columnas.
Prima columna.

Secunda columna.
Tertia Columna.

Aspis è globo emergens, & Crucis ansatæ se insinuans.

Virgilius.

NOtandum itaque primò singula huius Obelisci latera internas columnas, & separatas ab inuicem, diuisas esse; quarum prima, quæ denotatur Aspide ex globo emergente, & quæ flexu facto se Crucis ansatæ seu Tautico characteri insinuare videtur, & supremum in columna locum obtinet, exhibet nobis supremi Numinis Archetypum Mundum, è quo exiens in vniuersas entium classes, ea animat, viuificat, conseruat. Secunda columnæ Accipitrem denotatur, quo Sidereus Mundus indicatur, cuius moderator Sol est, qui in subiectam sibi Elementaris Mundi oeconomiam, virtutem ad Archetypi Numinis Ideam exerit. Tertiâ columnâ Sacerdotis figura præsignata, Mundus Politicus denotatur, quo Rex Sacerdos, ad utriusque tūm Archetypi, tūm Siderei Mundi rationes Politicum Mundum, statumque rerum publicarum ordinat. Atque hæ tres figuræ, triplicem Mundum, Archetypum, Sidereum, & Politicum, referentes, in unoquoque latere Obelisci primum locum, unaquæque in appropriata sibi columna, obtinent, suntque veluti dicti triplicis Mundi quædam epigraphe.

Notandum secundò, cùm ob multitudinem figurarum, singulas literis suis distinguere non potuerimus, ad confusionem vitandam, nos in margine singula latera literis Alphabeti distinxisse, quæ tribus columnarum spacijs essent communes, sicque in singulis columnis figuræ parallelæ eandem literam respicerent. Quibus præmonitis, iam primam lateris Borealis columnam, cuius primum spacium D litera signatur, exponamus.

Prima figura in columna lateris A Borealis, è regione D, Aspis est è globo emergens, & Crucis ansatæ se veluti insinuans; quo supremum Numen archetypum notatur. Eglobo euoluitur Aspis, quia Deus è sphæræ diuinæ & interminabilis veluti centro quodam euolutus primò Mondo Angelico, deinde Sidereo, (qui duo Mundi aptè per duos circellosposphæræ impressos indicantur) se insinuans, ex hisce demum in Mundum inferiorem Hylæum seu Elementarem, qui per Crucem ansatam, seu Tauticum characterem pulchrè notatur, descendit; atque hinc denique sursum elatus suæ sphæræ restituitur; vt vel huc Virgilius allusisse videatur.

*Principio Calum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra,
Spiritus intus alit, totumque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Aspidem autem hunc, supremum Numen esse, quod omnia virtute suâ per-

peruadat, expresse docet Horus l. i. c. 2. *Mundum exprimere volentes, Horus.*
Serpentem pingunt, qui suam ipsius caudam rodat, varijs interstinctum squamis;
per squamas quidem stellas, quibus Cælum Mundusque distinctus est, obscurè in-
nuentes. Ceterum hoc animal non secus ac terra grauissimum est, lauissimum au-
tem ac maximè lubricum in morem aquæ. Insuper ut serpens quotannis pelle,
similque senio exuitur; sic & annus verens, qui Mundi circumactu produci-
tur, immutatione facta renouatur, ac veluti reiuenescit. Quod verò velut cibo,
suo vtatur corpore, significat id, quæcunque Dei prouidentia in Mundo gignun-
tur, ea rursum in eadem resoluti, & tanquam immutationem sumere. Quo
quidem symbolo non Mundum tantum hunc sensibilem, sed & insensi-
bilem archetypum, & intellectualem Geniorum, sidereum, & elementa-
ram secundum quandam analogiam expressisse videntur. Circulus qui-
dem diuinæ Mentis motum ad extra denotat; aspis multiplici squama-
rum ordine distinctus, primò stellas in archetypo, quæ diuina attributa
& perfectiones sunt, dein in Mundo intellectuali diuersos beatarū Mentiū
exercitus; denique in sidereo astra, in elementari varias inferioris Mun-
di entium gradus rectè designat. Atquæ hæc omnia supremum Numen
peruadens, vti suâ sapientiâ gubernat, sic eadem summa prouidentia con-
seruat. Quæ omnia fusè explicata vide in Obelisco Pamphilio fol. 370.

Proximè ab Aspide in spacio D sequitur papilio *Dracontomorphus* D
cum thyrso papyraceo, quo Pantamorpham seu omniformem naturam,
seu potentiam denotabant, in quam proximè & immediate suprenum.
Numen influit. Hanc Platonici animam Mundi, Ægyptij verò arcario-
res fundum paternum vocant, ex tribus triadibus compositum, vt in ta-
bula Bembina exposuimus; eò quod per tres Mundorum triades insinua-
ta omnibus vitam & motum tribuat. Quomodo autem, & cur Ægyptij
huic papilioni, vilissimo animali, tot ac tantas excellentias & prærogati-
vas attribuerint, amplè ostendimus in Obelisco Pamphilio fol. 500, quò
Lectorem curiosum remittimus, nè semper eadem exscribere cogamur
cum excessu Operis incremento. Adiunctum papilio habet papyra-
ceum seu iunceum thyrsum, quo rerum necessiarum vberitas, quam in
Mundorum memoratorum ensia, pantamorpha natura ideis referata
confert, notatur. vide cit. loc. Suprema itaque natura naturans primò
se pantamorphæ huic naturæ communicat, quæ vim participatam trans-
fert in inferiores Mundorum Horizontes, quos duo hemicycli infra papi-
lionem positi, notant; virtutem Pantamorphæ participat Agathodæ-
mon trium sectionum, vt Ægyptij vocant; & Agathodæmonem quidem
notat figura A, vti in Alphabeto mystico & alibi varijs in locis docui-
mus; tres verò secures sequentes indicant trinam dicti Agathodæmonis
potentiam, quâ, quidquid in triplici Mundo Typhonium seu Bebonium
est, resectum extirpatur. Atque hoc ita esse, ostendit huius Agathodæ-
monis statua, oppidò frequenter inter hieroglyphicos schematismos ob-
via; quæ sub forma humana, oblongâ veste inuoluta, manu dextrâ gno-
monem, sinistrâ securim tenet; quibus symbolis pulchrè sanè huius Aga-
thodæmonis officium exprimitur, quod est, iniusta æquare, ærustrare seu

Serpens cau-
dain suam
mordens.

Papilio Dra-
contomor-
phus cum
thyrso pa-
pypaceo.

Papyraceus
seu iunceus
thyrus.

Agathodæmon
per literam
& significa-

secures cre-

incomposita ritè componere, aeḡt̄ ad perfectam temperiem redigere; quæ quidem symbola in sequentibus Syntag. de Canopis hieroglyphicis amplius describimus: Græci certè Louis Labradæi simulachro, non aliunde nisi ab Ægyptijs edocti, securim, teste Pausania, adiecerunt; estenim Labris Lydorum linguâ nil aliud, nisi securis, ac proinde optimo iure Labradæum, ab effectu videlicet, quo Mundum reflectis superfluis & inutilibus expolit & exornat, appellandum censuerunt.

Louis Labra-
dei simula-
chrum.
Pausanias.

Concordia
Genius duæ
cornices.

E quorum ope, recisis omnibus malignis, Mundi in sua prosperitate & in columitate subsistunt & conseruantur, salus & vita conceditur; quæ omnia indicantur per symbola inter E F contenta. Quoniam verò hæc felicitas & concordia diu conseruari non potest, Numinibus *aiτιτέχνους* in dissidiorum concitatione strenue inuigilantibus; hinc Ægyptij Mom-

Momphæū
Numen quid.

F phtæi Numinis simulachrum, quod iuxta F ponitur, sacro ritu consecratum *aiτιτέχνους* Dæmonibus, qui aptè per Noctuam significantur, oppone-re solent. Est autem in singulis Mundis Momphæa idem, quod vis effi-cax, robusta, vigilans, & prorsus Martia, siue in Mundo Archetypo diuinæ Mentis; siue in Intellectuali eorum Geniorum, quos hypozocos siue succinætos vocat Zoroaster; siue in Mundo Sidereo Martij sideris Præsidis; siue in Elementari, ignea seu Otimazæa vis, Arimaniæ, quam Noctua indicat, potestati *aiτιτέχνης*: hâc enim omnis inimica Arimaniarum potestatum vis profligatur & perimitur: desertur enim per omnes Mundorum semitas, singula corroborando animandoque; vnde aptè eius defluxus exprimitur per baryn nauim, quæ sub Noctua immediate ponitur; ac proinde Ægyptij quotannis simulachrum huius barys per fluenta Nili, in terra vero trahæ impositum sub incrementi Niloticæ principium de ciuitate in ciuitatem, multis cœremonijs, vt Manethon refert, transportatum, tandem in Isidis templo, iuxta statuam eiusdem collocabant; quæ omnia aptè exhibentur per baryn & Sacerdotem cum stella, & traha seu vehiculo, & denique per mulierem nudam, seu Isidem throno insidentem, & manu baculum Cucuphæ capite insignitum, varie-tatis rerum indicem, præferentem.

Barys nauis.

Sacerdos cu-
stella.

Ibis throno
insidens.

Tabula sacra.

Figuræ inter
I, K, L, com-
prehensa in
Obelisci Ra-
messerlatere
Boreali.

H tatis rerum indicem, præferentem. Quia verò Arimania seu Typhonia, Mundorum vis, dominio potens & ipsa per Mundos diuagata, nihil intentatum relinquit, vt Geniorum concordia, Momphæ & Isiaci Numinis hucusque memoratorum catenas perfringat, vti symbola inter H & I conclusa indicant; hinc sacram tabulam, efficacissimum amuletum præ-scribunt, estique ovalis figura, quam I litera indicat, in quâ sphæra, mu-rus, & Scarabæus, cum tribus limitibus ponitur; vbi circulus semotum Deitatis recessum, Scarabæus Osirin, murus Politicum Mundum, tres ter-mini leges triples, Monarchicas, Sacerdotales, & populares, in quas tota Ægyptiorum politica resolutebatur, quas vti terminos quosdam hu-manae rationis præterire non licebat, indicant.

I Sequuntur symbola inter I, K, L comprehensa, muri figura cum ba-culo incurvo, sceptro conico cum circulo, quæ sequitur sceptrum *aiτιμοφόρ*, id est,

id est, capite Hircino conspicuum, cum quadrifido Mundo, & hydro- L
schemate, quæ Serpens, hemicyclum, sceptrum simplex, oculus, & muri figura, cum tribus circulis sequuntur; quæ omnia effectus indicant sa- cræ tabulæ, videlicet firmum præsidium, diuini regiminis miram sœcun- ditatem in quadripartitos Mundos diffusam, humidi vitam, diuina seu archetypj intellectus vigilantiam supra trium Mundorum administratio- nem politicam; quâ Arimania vis, quam Noctua sequens exprimit, ex- terminatur.

Symbola post Noctuam inter spacia L, M, N, comprehensa sunt, fi- Figuræ inter
L,M,N, com-
prehensa.
L
M
N
gura sedis, hemicyclum, cum quadrangulo, & penna, quadrifidus Mun-
dus, cum tribus terminis, binis semicyclis, circulo, & tribus securibus,
quæ sequitur murus septem apicibus distinctus, cum hydroschema, &
penna, quæ sequuntur duæ fauissæ & cycloides, caput Hori, vultur, oculus,
hydroschema, serpens, anser. Quæ nihil aliud, quam abditas in Archetypo Mundo latitantes virtutes significant, vti explico. Est in Archetypo Mundo, non secùs ac in reliquis Mundis, Regia potestas, quæ indica- Archetypi
Mundi virtu-
tes latitantes.

tur per throni figuram, infima superis coniungens; est penna Ibis, id
est, vis profligatiua malorum in ternas quadrifidi Mundi leges diffusa,
cum tria excisionum potestate in septem arces superioris & intellectua-
lis Mundi, quæ per murum septem apicibus insignem indicantur (allu-
dunt ad hoc, quod sicui in Mundo Sidereo sunt septem planetarum ar-
ces, sic & in Archetypo secundum analogiam simile quippiam reperitor)
à quo supramundano munimine aqua scaturit Osiridis in piscinas cœle-
stes, quæ sunt principium veluti quoddam passuum, in utero suo om-
nium generabilium rerum semina excludente, vti rectè l. i. c. ii. de Horas.

Vulture tradidit Horus. Quoniam verò cœlestes piscinæ concipere non
valent, nisi oculo cœlestis Osiridis continuo soueantur; hinc oculus re-
ctè positus est, sub quo hydroschema, serpens, anser, traha, Isis throno
insidens cum sceptro Cucuphomorpho; hinc enim humida substantia
vitam acquirit, influxusque eius per cœlestia penetralia deriuatus, in
Isidem descendit, totius inferioris substantiæ, varietatisque in ea produ- Figuræ inter
O & P com-
prehensa.
O
P
cibilis matrem. Quæ symbolis intra O & P inclusis luculenter indican-
tur; humore enim sœundat, quod hydroschema; cum sceptro testicu-
lis insignito indicat; vitam præbet, vti Serpens docet; Aouibidis beni-
gnous influxus & vis benefica, per Canem iacentem, & brachium exten-
sum significata, & simul Osiridis vitalis motus per Accipitrem, & Ser-
pentem adiunctum indicatus, in vniuersum Mundum per Hori caput in-
dicatum, transfunditur; ita diuinus Hermes Agathodæmon dominio
præpotens, sacrorum, temporum, legumque conditor sapientissimus do-
cuit, quæ inter P & S onalis figuræ inclusa symbola significant, quæ in-
sequentibus fusiūs explicabuntur. De reliquis, quæ sequuntur, symbo-
lis, in fine explicationis huius Obelisci fusiūs agetur:

Vides igitur curiose Lector, quomodo in hac prima columna supre-
num triforme Numen amore quodam se ad extra communicandi agita-
tum, se principalibus Mundorum Genijs communicauerit, ideis suis ex- Prime colum-
na lateris
Borealis Obe-
lisci Ramessiæ
epitome.

pleuerit, Mundorum curam reliquerit; ac primò quidem influxum suum deduxit in Pantamorpham Mundi naturam omnium moderatricem; hæc in Agathodæmonem potentissimæ virtutis quæ ad profliganda extirpandaq; mala apta est, transfundit, quâ Mundorum pax & vnamis conspiratio conciliatur per Genios concordiæ; hi in Momphæ ad concordiam conseruandam transmittunt in Momphæ Numinis imperium, cuius officium est, aduigilare contra omnes aduersas & Typhonias potestates, quarum studium est, concordiæ partum distribuendi & extirpandi. Harum machinationibus Nephta, Osiris, Horus, Isis, singuli in appropriatis sibi Mundis obstant, rerumq; sibi commissarum curæ inuigilant; unde ex hac Geniorum concatenatorum conspiratione, Mundi ab omni confusione & perturbatione immunes consistunt; vna & perfectissima, ad quam Hermes politicum statum ordinari debere præscripsit, idea & exemplar, vt in tertiaz columnæ explicatione patebit. Sed his ita expositis, iam secundam Siderei Mundi columnam auspicemur.

§. II.

Secunda
columnæ pri-
mæ lateris Bo-
realis Obeli-
sci Rameslei
interpretatio.

*Secundæ columnæ lateris Borealis interpretatio. Side-
rei Mundi Numinum connexionem
monstrat.*

Accipiter
tutulatus.

Bos Apidem
significat.

Aspis, & Acci-
piter dormiēs

Eusebius:

Decunda columnæ primi lateris Borealis primum locum obtinet Accipiter tutulatus; qui in hoc Sensibili Mundo choragum agit, Solare videlicet Numen, quem Osirin vocant, vt iam sæpe dictum est. Insidet quadrangulo parallelogrammo, cui inferuntur bos, brachium extensa manu conspicuum, cum hieralpæ, cui appositus est circulus, cum I. Quadrangulum hylæum Mundū cui dominatur notat Bos Apidem, Osirin terrenum Cœlesti subdelegatum, cuius beneficâ vi per brachium extensem notatâ, & à Cœlesti Osiri participatâ omnium in inferiori Mundo necessiarum rerum vbertas emanat. Hinc ab Ægyptijs non incongruè Agathodæmon inferioris Mundi dicitur, vt A figura cum globo & I supposita docent. Verùm hanc eandem figuram cùm in omnibus ferè Obeliscis sequentibus exposituris simus, eamque in Obelisco Pamphilio fol. 44² exposuerimus, eò Lectorem remittimus.

Sequitur quadrangulum Aspis squamato pectore surrecta, frequenter, vti in hoc, ita & in alijs Obeliscis obuia, ponè quam Accipiter, qui contracto collo veluti dormire videtur, assidet. Per hunc Osiris indulgens, per Aspidem, teste Eusebio, Agathodæmon Ophionius indicatur; quæ duo in vnam statuam conflata Ægyptij in solemnitatibus Comasarum, ἵερον μορφου, id est, Aspidem Accipitris capite horrendam producebant; de quo Arius apud Eusebium his verbis: *Primum, idque diuinissimum animal est Serpens Accipitris formam habens, valde gratosum; id si palpebras eriget, primogenitam omnem suam regionem replebat; cùm vero*

clau-

clausos tenebat oculos, tenebrae fundebantur. Sed explicemus mysterium. Osiris cœlestis iniquâ mortaliū vitâ offensus subinde dormire rebus fidei sux commissis videtur; vnde magna Mundo incommoda & perturbationes nasci, eo verò vigilante, omnia veluti lætitia compleri necesse est; dormiente Osiri, Aspis subdelegatus eius Agathodæmon vitæ mortisque arbiter, omnia inferiora conuelliit, dissipat, & vt Horus l. 1 c. 2. ait, solo flatu interimens omnia: Osiri verò conuenientibus cœremonijs culto, omnia Mundo bona proueniunt; vnde Ægyptij meritò singulari cultu tam implacabile Numen mulcere solebant: quod si intra sacra oculos tenuisset clausos, summorum id infortuniorum, quæ regnum subire debebat, omen erat; oculis verò patulis, & benignis, iucundisque visum, magnam promittebat bonorum in Regno vbertatem. Appositè itaque hoc loco diuina symbola ponuntur: quorum Accipiter Osiris denotat clementiam, bonitatem, pietatem, & beneficentiam; Aspis verò Martio rigore tumidum, vti squamatum pectus, quod surrigit, satis ostendit, iustitiam, seueritatem, & rigorem summum Osiridis, qui tunc primùm emerserit, quando clementia & pietate Osiridis deposita, rigor iustitiae in Mundum influxerit. Tunc enim in Cœlo malignorum influuum coaceruatio, in elementorum verò Mundo, summa rerum dissidia, sterilitas in terris, contagio in aëre, in rebus publicis tumultus ac seditiones mox nascuntur; quæ aptè sanè per sequentem Noctuam è regione literæ F indicantur; quæ, vti iam sæpe dictum fuit, Typhonis, id est, omnium malorum symbolum est; hic enim trino sceptro præualens, Osiris craterem, quem Accipiter cum subiecto craterem exprimit, exsiccare omnibus modis laborat. Vnde imminentibus huiusmodi calamitatibus Sacerdotes Osiridis Σάρων, id est, catenam, quam Sacerdos cum apposita figura catenæ exprimit, id est, Geniorum iuxta ternas. tripli Mundi leges dispositorum catenam continuis sacrificijs sollicitare, solent: his enim primò polymorpha Mundi natura, per Papilionem alatum Δεκαπτυχοφόρον, indicata attrahitur, & rerum necessiarum vbertas, quæ per thyrsum papyraceum indicatur, expulsis malis, conceditur. Ad quod plurimum sequens tabulæ sacræ amuletum ouatæ figuræ inclusum consert; & est, circulus, murus septem cuspidibus conspicuus, cum Scarabæo: per circulum supra diuinitas; per murum septicuspidem, septem principalium Mundi Geniorum præsidium, quibus Solare Numen per Scarabæum expressum vnicè dominatur, exprimitur. Vidi mus amuletum, iam effectus quoque eiusdem examinemus. Sequitur ouatam figuram murus duodecim cuspidibus insignis, quas arces Ægyptij nominant, Arabes جروج berugts; Græci πύγες, turre, vt alibi, & potissimum in Obelisco Pamphilio fol. 510 ostensum fuit. Per hoc duodecim Geniorum, qui Zodiaci signis præerant, notatur præsidium, quod huius amuleti vsu, septem planetariorum Numinum cum hisce dodecadespotis concatenatorum seriem trahi putarent. Sequitur penna, cum hydro-schemate dupli, ansere intermedio, & sceptro testiculato, quæ sequitur Serpens, baculus incuruus, & perfecta tribus ramis conspicua, cum binis hydro-

Aspidis cul-
tus apud
Ægyptios.

Horus.

F.

Noctua Ty-
phonis symbo-
lum.

Osiridis cate-
nas.

H

I

Amuletum
columnæ se-
cundæ lateris
Borealis ad
lit. I.

Figuræ inter
literas K, & L
cōprehensæ.

K

L

hydro-

hydroschematis, Serpente, Ibide, Noctua. Quibus quidem symbolis aliud non indigitatur, nisi effectus, qui attractum illum consequitur, humili superlunaris in Genium Lunarem per Ibin expressum traductus, quo sœcundantur, & viuificantur omnia, & totius anni, cui præest, & per M duodecim menses distributi decursu, quem triplex ramus indicat, vita omnibus conceditur. Lunaris siquidem Genius per Ibidem, Typhoniam Noctuæ vim profligat, fortis Latrator Anubis accubans quadrifidi Mun-
Ndi custos, in Typhoniaz Noctuæ machinationes pariter inuigilans, catenam canarium Osiridis, rerum omnium necessiarum prouidi Numinis,
O vti & Hermanubin ad subueniendum mouet; quorum duorum Geniorum efficax est sacræ tabulæ sequentis prophylacticum & periaptum attractuum. Sed symbola eius explicemus. Ibis Alphæ in formam nor. mæ adaptatæ insidens notat Mercurium Agathodæmona exactum omnium dispositorem; Scarabæus Osirin, cuius instrumentum in palæ figuram eidem superpositum agriculturæ index est; triplex ramus, 12 menses, quibus vterq; & Hermanubis, & Scarabæus Osiris Mundū peragrantes totius anni decursu, rerum omnium vertutem præstant. Totius huius speculationem vide magna authoritatum farragine comprobata in Obelisco Pamphilio fol. 363. Huius enim periammatis vi, efficacia dodecadespotorum Zodiaci per murum θωρακινον in inferioris Mundi sacras piscinas, quæ per circulum hemicyclum, & tria trapezia perforata indicantur, deriuatur; de quibus cum alibi fusè dictum sit, modò sileo. Reliqua symbola inferiùs posita, vt sunt, Alpha cum duabus pennis, Crux ansata eum pyramide, & vena Nilotica ansata, cum penna, pariter ad dietas supernas virtutes trahendas efficacissima amuleta sunt ex mente Aegyptiorum, vt paulò post dicetur.

§ III.

Tertiæ columnæ lateris Borealis interpretatio. Politicum Mundum exhibet:

E regione Clemens Alexand. Stolistarum officium. **D** **I**n tertia columna primi Borealis primo loco ponitur Sacerdotis figura ex eorum numero, quos Stolistas vocant, teste Clemene Alexan. lib. 6. Strom. iustitiæ cubitu & calice ad libandum instruti; quorum officium erat, ad ea omnia, quæ ad sacras disciplinas & instituta pertinebant, inuiolabili rigore seruanda, & illibato vigore custodienda sollicitare; præterea de rerum publicarum, negotiorumque politicorum administratione ex sacris libris decreta, bono communi proficia, & ad regni stabilimentum conducibilia depromere. Ad quod ritè præstandum duo potissimum requirebantur, iustitiæ cubitus, onerum, officiorum, præmiorumque regni summâ æquitate & iustâ mensurâ distribuendorum symbolum; alterum erat cultus diuinus, totius felicitatis politicæ finis & scopus ultimus. Exprimit hæc ipsa Sacerdotis ad Numina conuersi, atque ex-

extensâ manu voluntatem eorum veluti explorantis figura; cubito iustitiae ad omnes iustitiae partes complendas se promptum paratumque exhibit, omne studium in hoc ponens, ut ad normam tûm Archetypi, tûm Siderei Mundi omnia ritè adaptet; appositas habet sacras tabulas seu amuleta, quibus stetus omnia se executioni iuxta Deorum voluntatem daturum confidit; norma paulò post sequitur, iustitiae & æquitatis symbolum; pala normæ iungitur, è regione Apidis, quâ innuitur, in rebus publicis rectè administrandis nihil adeo necessarium esse, quâm agriculturæ opera, quibus Mundi Politici corpus quadantenus sustinetur & conseruatur. Sequitur Accipiter inter duos globos, Osridis vtriusque Siderei & Elementaris Mundi Numinis, à quo leges sumit Rerum publicarum benè administrandarum. Leges verò inscriebantur duabus columnis, in singulis quatuor leges potissimum cernebantur, vti è regione E patet.

Per has figuræ indicant Sacerdotes mystæ, columnas Hermeticas seu Isiacas, in quibus octo leges maximi momenti inscriebantur, vti Iamblichus testatur, & Plato lib. 4 Dialog. de legibus, iuxta Antiquorum traditionem recenset; & sunt. Prima, prouidentiam nunquam deesse hominibus, modò sibiipsi non defint. Secunda, Regibus superbiam, & lasciuiam, quæ ex summa rerum licentia & potestate ut plurimum originem suam ducunt, summopere vitandam esse. Tertia, sicuti bestiæ non possunt à bestijs absque humano pastore, sic nec homines ab hominibus absque Deo Duce optimè gubernari; sine quo omnis vita misera bilis & laboribus plena efficitur; præ omnibus itaque alijs vnicè diuinus cultus & religio, tanquam finis ultimus politiæ, amanda & quærenda. Quarta, ipsa Mentis distributio est lex quædam, cui in omni & priuata, & publica gubernatione obtemperandum; Quinta, nullæ constitutiones appellantur leges, nisi commune bonum procurent. Sexta, qui obseruantius parent legibus, his magistratus, maximèque diuini cultus munera committantur. Septima, interitus Ciuitati vel Regno paratus est, in qua non leges Magistratibus, sed Magistratus legibus dominantur. Octaua, non nisi prudentiâ conspicuis & Senibus esse committendum Magistratum. Atque hæ sunt leges Hermeticæ, seu leges insculptæ columnæ Isiacæ, quas Plato suis interseruit Dialogis de legibus, quemadmodum Marsilius Ficinus & Iamblichus lib. de mysteriis docet; quas quidem octo leges vti hic, sic & hieroglyphicè expressas in sequentibus Syntagmatiis planius exhibebimus. Quoniam verò quatuor legum in columna poni solitarum meminit Herodotus in Clio, eæque hieroglyphicis hoc loco apprimè exprimuntur; eas hic opportune explicandas duxi.

In more positum erat Ægyptijs, teste Herodoto in Clio, columnæ inscriptas monstrare quadruplices leges studiosè obseruandas, quas binæ columnæ quatuor sceptris transuersis exornatæ monstrant, quarum prima Mundo Sidereo, altera Politico, qui leges suas à Sidereo accipit, conuenit. Est autem lex quadruplex, Regia, Sacerdotalis, Nilotica, agricul-

*Leges octo
Hermeticas.*

*Iamblichus.
Plato.
I. Lex*

*Marsilius
Ficinus.
Iamblichus.*

Herodotus.

*Quatuor
Ægyptiorum
leges ex He-
rodoto.*

Quatuor præ
dictarū legō
hieroglyphica
lex Regia.

1 lex Sacer-
dotalis.
Clement.
Alexand.

3 lex Nilotica

4 lex Agricul-
tura.

F
Tibullus.

cultoria; quibus veluti columnis vniuersa Regni felicitas sustinetur, hisce veluti sceptris quibusdam omnia in Regno administrantur; & hæ quatuor leges sequentibus symbolis indicantur. Prima thyrso papyraceo, quâ Regia lex indicabatur, & symbolum erat, vnicam Regis curam esse debere, de rebus Regno conseruando necessarijs prouidere; ex hac enim felicitas Regni & pax resultabat, & summus omnium erga Regem prouidum & benignum, affectus. Secunda Sacerdotalis lex innuitur per duas pennas Accipitris, quas Sacerdotes sacris operam dantes, in capite, teste Clemente Alexand. l. 6. Strom. gestare solebant; per quas quidem nihil aliud indicabatur, nisi sacræ contemplationis studium, & diuini cultus cura, sine qua Regnum diu consistere minimè posse, rectè nōrānt, sat benè secum geri sentientes, si per religiosum cultum honore & reverentiâ Diis exhibitâ eos sibi conciliarent, à quibus totius Reipubl. salus, bonorumque omnium affluxus prorsus dependeret, vt pote apud quos omnium es- set constitutum arbitrium. Tertia Nilotica lex ad Prophetas spectabat, quæ appositè sanè per vas Niloticum, cuius figuram collo, aut brachijs, tanquam rem sacerrimâ gestare solebant. Hoc vas præ cœteris portabant Prophetæ, quorum officium erat, sacris præesse, librosque quos Sacerdo- tales vocant, & continent leges, & Deorum cultum, & vniuersalem Sacer- dotum doctrinam, custodire; vestigium quoque distributioni præ- erant. ita Clemens Alex. l. 6. Strom. quem vide allegatum quām fusissimè Tomo I. fol. 117. Nilotica verò lex continebat Nili, Geniorumque eius Præsidum cultum, quem statutis anni diebus populo intimare debe- bant Prophetæ; præterea de fertilitatis aut sterilitatis ex incremento Ni- li prouenientis quantitate, iudicium ferre; quod si fertilitatem sponde- ret, debit is sacrorum solemnitatibus Deorum beneficia testari; si ste- rilitatem, Deorum iram placare, & aliunde de noua Regno annona pro- uidere. Quarta lex erat Agriculturæ, & indicabatur per sequentem tra- ham, instrumentum georgicum, quo vnanimis subditorum conspiratio notabatur in ijs rebus impigro labore exequendis, à quibus omnium salus & felicitas dependeret, cuiusmodi agriculturæ studium erat; cuius tres potissimum sunt Præsides; Mendes, qui indicatur per Hircinum caput, & fœcunditati præest; Momphæ, qui indicator per M symbolum κυριολογικόν, & aquæ ac humidæ naturæ præest; & Osiris cœlestis cum brachio extensi manu Capreolum vitis tenente, cui subiungitur rastrum agriculturæ instrumentum ad glebas diffingendas aptum; Osiris enim te- ste Tibullo lib. 1.

*Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.*

Primus inexpertæ commisit semina terre, &c. ut suprà.

Osiris agricultura invenit,

Vnde Ægyptij ad beneficam eius vim innuendam, brachium extensem cum manu Capreolum vitis tenente ponebant, vti copiosissimè ostendi- mus in Obelisco Pamphilio fol. 442. & in primo Tomo de Nilo. Mendes

ita-

itaque per Hircinum caput, Momphta per *M* figuram, & Osiris per brachium extensum significata Numinia potissimum in agriculturæ studio inuocabantur, trinisque trium Mundorum legibus præesse dicebantur; uti aptè exponitur per tres terminorum triades sub rastro positorum. Hi autem omne bonum à Pantamorphæ naturæ præsidio, quod per Papilionem *Δεκανός Τυπογένης* notatur, ut iam sèpe diximus, hauriebant, cuius periamma erat sequens sacra tabula ouata, intra quam circulus, murus *Ιωάννης Θεοφάνης*, & Scarabæus cum tribus terminis, cuius in præcedentibus expositam interpretationem vide. Sequitur figura instar laquei, estque potentiae Osiriæ index, quâ Typhon subiugatur; & exprimuntur per chordam, brachium, & Noctuam; hoc vitalis Osiridis potestas per Mundi semitas delata, varietatem quadrisido Mundo confert; quæ omnia per brachium extensum, Serpentem, temonem, vas Niloticum funiculo suspensum, pennam, & segmentum circuli, sceptrum Vpupæ capite insignitum, & figuram circularem cruciformem indicantur, & omnia ad politicam hoc pæsto traducuntur. Tabula sacra cultum diuinum indicat, ouata figura Mundi rationem, quam Archetypus Principis intellectus in omnibus imitari debet, quod enim diuinus in omnibus intellectus, hoc intellectus Principis in Mundo Politico. Murus quod in Mundo Sensibili per septem planetarum regimen indicat, id in Politico statu per septem diuersorum hominum; & ex ordine quidem Sacerdotum erant, Cantores, Horoscopi, Sacri Scribæ, Stolistæ, Prophetæ, ex plebæo ordine Milites, Agricolæ, Artifices; quorum officia singula fusè descripta vide in Politica Ægyptiorum Tom. I. fol. 115. His enim vniuersa Regni moles sustinebatur. Per Scarabæum verò Rex masculâ virtute, & summâ fortitudine, & prudentiâ præditus indicabatur, cuius directione tota politici status moles legum veluti præfixis terminis agitabatur; per chordam verò quæ ouatam figuram sequitur, leges innuuntur; per brachium extensem Principis liberalitas & beneficentia, quibus solis omnes Typhonæ coniurations dissipantur; beneficentiâ siquidein, & legum quâdam æquitate & iustitiâ, vita Mundo Politico inducitur. Quæ omnia fusiùs sequentibus symbolis indicantur.

Sequuntur duo capita Accipitrina, de quibus ita Horus: Martem, verò *Ερυθρανη* Venerem notantes, duos pingunt Accipitres, eoram marem Marti, fæminam Veneri comparantes, in quo non feciùs ac Sol ter denaritum numerum explet in congreſsu Lunæ, ita Accipiter in fæmina, que si vel tricies in die à mare comprimatur, ab eo digressa inclamataque paret iterum. Ægyptij itaque hoc symbolo significare volunt Solis actiones in Politico Mundo imitandas esse, qui sicuti in Luna influxibus suis imprægnanda triginta dies consumit, ita Rex Regnum suum singulis mensibus salubrium consilio- rum intimatione imprægnare debet; leges enim & consilia, quanto crebrius repetita, tantò firmiores in subditis radices agunt. Sequuntur iam vas Niloticum funiculo appensum, cum penna Accipitris muro immimentia; quo leges Niloticæ indicantur politico regimini necessariæ, cùm humidum immortalium Numinum donum sit, quo Ægyptus desti-

I
Politica docu-
mena.

Scarabæus
Regé de-
bet.

Horus.
K
Accipitrina
capita duo
quid signifi-
cent.

Rex Solē Smis-
tus debet.

L
Vas Niloticum
funiculo ap-
pensum.

tuta, vt interiret, necesse est. Summo itaque Osiris & Momphta, quo, duos Niloticos Genios Accipiter & Leonina statua indicant, honore colendi sunt, ob beneficentiam humidi, vnde vita rerum redundat; & ob beneficentiam legum, vnde vita pariter Reipul. statui emergit; sine legibus enim fieri non potest, vt conseruari possit; quæ omnia aptè insinuantur per symbola inter K, L, & M contenta, vt Lectori vnum cum altero comparanti patebit. Sequuntur porro Accipiter cum flagello, cui supponitur hydroschema, Serpens, duæ Noctuæ, Scarabæus, Serpens, Noctua, sceptrum testiculatum, tres limites, hydroschema, claudit agmen Ibis. Quæ symbola ita interpretor. Osiris auerruncus Genius (hunc enim aptè exprimunt Accipiter cum flagello illi anteposito) in vitalem humorem tripotens (quæ per hydroschema, sceptrum, Serpentem, & tria sceptra indicantur) Typhoniam vim in Austro & Borea stabulantem, per duas Noctuas & binos terminos indicatam, vna cum subordinato sibi terreno Osiri, per Scarabæum indicato, ita Typhonem profligat, vt tamen eum viuere patiatur. Alludunt hoc ipso ad politicum Regni statum, cui subinde bonum est, aduersarijs premi, cùm aduersitates huiusmodi Reges vigiles, prudentes, & ad omnes aduersariorum machinas penetrandas circumspetos; contrà diuturna pax, & bonorum omnium abundantia improuidos, languidos, & somnolentos reddat: idem enim in Politico Mundo Typhonem præstare nōrant, quod in Sidereo Martem ad Solem & Iouem comparatum, qui tametsi malignus, virulentus, & prorsū perniciosus sit, sua tamen in siderea œconomia emolumenta confert, vti in Politica Ægyptiorum fusè traditum fuit. Typhon enim non adeo sterilis est, vt non suam fœcunditatem habeat; quæ quidem nihil aliud est, quam exactissima legum ab Hermete præscriptarum insubditis obseruatio, quâ vna cum iustitiæ rigore vigente, dū omnes in commune bonum, & contra Typhonem vigilant, rectam inde rerum administrationē in Politico Mundo resultare necesse est; vnde perquā in appositiè hæc per Scarabæum, & Serpentem, & Sceptrum testiculatum, quibus Noctua intermediat, vti & per tres limites, sceptru Momphæ, hydroschema, & Ibin expresserunt. Concluditur itaq; idealis discursus, per sacræ tabulæ schema inter O & P, intermedium, quod cùm in præcedentibus exposuerimus, hic eidem diutiùs immorari noluimus. Symbola quæ sacræ tabulam sequuntur, sunt, murus cum penna, Bos, Ibis, Serpens, Alpha cum duabus pennis, & pyramis cum Cruce ansata; quibus sacræ tabulæ effectus indicantur, qui sunt attractus Apidis, Hermetici Agathodæmonis, & vitalis Animæ Mundi influxus, vt alijs probatum fuit. Vides itaque ex hoc ideali tertiae columnæ discursu, quomodo Ægyptij leges suas tūm ad Archetypas, tūm ad Siderei Mundi leges, appositè adaptare conati fuerint?

Politico na-
tūræ subinde
prolunt ad-
versa.

C A P V T . V.

*Interpretatio secundi lateris Meridionalis Obelisci
Lateranensis.*

Habet hoc latus Meridionale Obelisci Ramessei siue Lateranensis Latus Meridionale Obelisci Ramessei figuras A, B, & T communes prorsus & easdem cum figuris primi lateris Borealis A, B, C; quorum significatio cum in precedentibus fusè exposita sit, eam hic minimè repetendam duximus. Post epigraphen A itaque A, & duorum Regum Ægypti Sothis & Ramessis huius Obelisci B erectorum consultationes B, inaugurationemq; Sacerdotum in adyto T, T notatu dignum occurrit, quod Sacerdos inaugurandus flexis genibus supremi Numinis vices gerenti Sacerdoti mitrato, & throno insidenti supplicare videtur ad influxu suo imbuenda duo punica poma, aut verius papaueracea capita, quæ manibus gestat. Quæritur itaque, quid sibi volunt duobus istis pomis granatis, aut papaueraceis capitibus? Respondeo, eos nihil aliud intellexisse, nisi Regnum: sicut enim in pomo granato, seu papauere natura perfectissimam coronam effinxit, intra corticem verò in numeros inclusit acinos in diuersa quædam receptacula disperitos, reuera tamen cortice veluti muro quodam omnes unitim conclusos, ita in statu politico sub una quidem corona diuersi status, diuersæ conditionis homines, quæ officijs, quæ muneribus distincti continentur; qui quam diu sub cortice regni, quæ est legum obseruantia, sunul continentur, tam diu publici status vigent & conseruantur; si verò læso cortice vel unum receptaculum læsum fuerit, totum computrescere necesse est. Ita Eusebius: Eusebius: Papauer Ciuitatis symbolum fuit, quia uti in ciuitate multi homines habitant, sic in papaueris capite, quasi intra eadem menia, multa sunt semina; ergo ut Ciuitas in vicos ergo domus est distributa, sic ergo papaueris caput in multis intus partes est diuisum, multaque interstitia habet. Pierius verò in hunc locum ita commentatur: Papauer quidem Cererem, atque adeo terram omnem humano commercio habitatam hieroglyphico suo referebat; neque hoc unatantum de causa; orbicularis enim figura eius, perinde ac terræ, protuberat, Undecunque conuallibus quibusdam veluti subsidentibus, montium quodammodo iugerumque specie, locorumque reductorum effigie, interiora denique folliculis quibusdam distincta gerit, veluti etiam nationes hominum & fluuijs, & montibus, & urbibus despiciuntur: innumera præterea includit semina veluti homines, quæ iustitia & legum latione administrantur. De malo verò punico ita disserit: erat autem illud præcipuum eius mali symbolum, ut populos gentesque varias uno Collegio congregatas significaret; id ea de causa factum putem, quod grana illa sine folliculis quibusdam aliquo numero ab ijs segregata, Provinciarum veluti limites quosdam præ se ferre videantur; & singula hominum vel Collegia, vel Nationes potius iuribus dissitas ab alijs distinguere; varijs enim loculi Circo quodam suo descripti cum granis suis, varias ibidem gentes, suis quasque finibus terminatas indicant. In solen-

Pierius.Pierius.
Papauer terræ symbolumMali punici symbolum.

Mala punica,
sive papauera
offerentur
Sacerdotes
Ægypti.

nibus itaque festis de rerum publicarum statu in adytis consulturos Sacerdotes, sive papauera, sive mala punica supremo Numini obtulisse, vel ex hoc adducto Schemate patet, dum similia genibus flexis offert Numini, abdito quodam symbolo innuens, earum potissimum rerum curam habendam esse, quæ occulta sive papaueris, sive mali punici significatio exprimebat, & de quibus hoc in Obelisco essent tractaturi. His itaque præmissis, iam ternas huius lateris Australis columnas interpretari auspicemur.

V
Columna pri-
ma lateris se-
cundi Obeli-
sci Ramessæ.

V - Primo columnæ loco è regione V, Sacerdos mystico habitu indutus, throno infidet, Accipitrem veluti extensis brachijs excipiens; quo indicatur Politici Mundi Principem rationes legum ab Osiri, id est, Siderei Mundi anima accipere, quemadmodum hic à Pantamorpho Mundi spiritu omnia peruvadente, qui per Aspidem signatur. Et in præcedente quidem latere, Archetypus Mundus primum locum in prima columna obtinet, qui virtutem suam Sidereo Mundo secundæ columnæ communicatam, tandem in Politicum Mundum tertiaræ columnæ influit, hoc veluti de sensu quodam in binas Mundorum series facto. Hoc verò latere, Politicus Mundus ascensu facto à Politico Mundo in Sidereum, & hinc in Archetypum, ex singulis, regnis bene beatèque administrandis, necessarias rationes legesque elicit. Quod quomodo faciat, iam exponendum restat.

§ I.

Interpretatio primæ columnæ secundi lateris Australis, quæ Politicum Mundum exprimit.

Finis eius
gratia homo
conditus à
Deo optimus.

Finis hominis
in actione cir-
ca optima
consilii.

CVM Deus atque natura hominem agendo producant, eum certè producunt ut agat; agat, inquam, gratiâ diuinorum. Quemadmodum verò aliis finis est, cuius gratiâ natura efficit pollicem, aliis cuius gratiâ manum, sive pedem, aliisque rursum, ad quem totum efficit hominem; sic aliis finis est, ad quem hominem dirigit singularem, aliis quoque ad quem familiam, item aliis, ad quem Ciuitatem atque Regnum; aliis denique finis ille existimandus est optimus, cuius gratiâ Deus totum genus humanum procreauit. Nemo verò existimet, cum proprij cuiusque cœtus sit finis, nullum esse totius; cumque humanæ vitæ partibus insit ordo, in Vniuerso vitæ genere esse confusionem; & cum partes ob finis vnius intentionem inter se habeant vniōnem, eādem carere Vniuersum, atque adeo dispersum disiunctumque manere. Quamobrem necesse est, certum esse humani generis finem, cumque in actione quadam circa perfectiora consistere, per quam & superiora pro viribus imitetur, & diligenter inferiora gubernet, scientiâ quidem naturalia perscrutetur, prudentiâ verò disponat humana, pietate autem diuina colat atque veneretur. Quæ quidem perfectio absoluta tot tantisque adminiculis indiget, ut ne-

que

que à paucis quibusdam, neque à multis, sed ab vniuerso simul hominum genere duntaxat possit expleri; neque enim fieri potest, ut tā diuersæ gentes per media tam diuersa ad vnum omnium communemque finē perducantur, nisi ab uno per vnam quandam legem cunctos in vnum pariter conduceante. Hinc Ægyptij Monarchicum statum præ cœteris, vt pote ad diuini Numinis, cui quām simillimus est, exemplar adaptatum, semper magni fecerunt; quod & Plato in libro de Regno approbat, vbi dum Mundus Monarcham querit, Architectum producit in medium, cuius arbitrio & directione diuersæ conditionis homines, tametsi diuersis rebus artificiis alibus differant, in vnius tamen arbitrio & directione eius subditi, in vnum finem, qui est tūm fabricæ extructio, tūm eiusdem conseruatio, conspirant. Hinc statim in prima columna symbolum ponitur, Papilio Dracontomorphus cum papyraceo thyrso, quo ad omnia ea, de quibus hucusque discurremus, respiciunt. Est hoc animal variaz metamorphoseos legibus, vt in Obelisco Pamphilia ostendimus, subiectum; hinc aptissimum meritò Pantamorphi spiritus est symbolum; sic enim principalis totius naturæ Monarcha, omnia operans in omnibus, entia innumera diuersitate dissidentia, summâ pace gubernat, disiuncta summâ vnione in unum congregat, & ad desideratam singula felicitatem perducit. Atque hoc primum fuit Ægyptijs propositum politici dictaminis exemplar, quod Regem semper ob oculos habere oportebat, vt inde regiminis rationes exciperet, & iuxta eas operaretur. Insinuabant itaque hoc symbolo, Regis Monarchæ esse, dictamine suo omnia in omnibus sibi subditis operari, Protei more ex omnibus omnia factum; quod aptè per Papilionis Ægyptij metamorphosin exprimit; hoc enim vniiformis subditorum ratio siebat rationi Regis, sine qua vniiformitate Regnum vt constat, impossibile est, vt rectè Plato docet in citato libro; quod quidem dictamen nihil aliud est, quām singularis Monarchæ prouidentia, quā singulis subditis prospicitur de singulis rerum necessariarum usibus; quæ aptè per thyrum papyraceum notatur Papilioni appositum. Deinde, cùm Regni limites varijs hostium insidijs infesti sint, neque humanis consilijs omnia pericula euadi queant; necessariò cultus Deorum immortalium adhibendus est, atque eorundem ira, si quando iniuitates populi effuerbuerint, solitis religiosis ritibus placanda, vel ultrò summa ijs ad succurrentum insita pronitas, populi religione aduocanda. Et limites quidem Regni aptè indicantur per quaterna segmenta, & segmentum medium, ad quatuor Mundi Sensibilis horizontalia segmenta, quibus analoga sunt, & per sequentem proximè sacram tabulam, quam in præcedentibus passim explicauimus, disposita. Sequitur sacram tabulam murus ^{Δωδεκαπτυχ}, Regni Siderei symbolum, quod indicat, ciuale regimen ad eius exemplar componendum. Sequitur baculus incuruus dominij à Superis concessi symbolum; sequuntur tres pennæ cum A figura, quo symbolo Agathodæmonis Momphæi virtutes in Regni negotijs exequendis imitandum esse innuitur. Hic enim supremi Osiridis minister sublimitate conditionis suæ omnia supereminet, subtilitate omnia penetrat,

Monarchieū statum Ægyptij approbat.

Papilio.

Rex omnia in omnibus suis subditis operari debet.

Dei cultus adhibendus ad conseruationem regnum.

X

Y

trat, celeritate motus omnia conficit, quæ sunt dicti Agathodæmonis

Z proprietates per tres pennas indicatæ; imitandum & Monphæum Numen per statuā Leoniformem; hic Agathodæmonem per hieralpham, quod manu gestat, indicat, qui dominio à Superis sibi commisso, ut baculus incuruus illi superpositus indicat, maximam in humidam Nili substantiam vim exerit, vnde magna Vrbibus atque agriculturæ commoda, uti symbola Z, innuant, profluunt; hinc quotannis, teste Plutarcho, statuam eius Bary per Nilam deducebant, tanquam beneficium Aegyptiæ telluris Numen, ut Barys expressa, & binæ manus extensæ sat indicant.

Barys nauis. Per Baryn nauem indicabant politicum Regnum summâ curâ gubernari debere, ut inde dicta emolumenta resolvent, ac Vulturis instar politico cœlo assiduò incubare, & inuigilare contra Typhonias machinationes

A debere. Sequitur figura globi, è cuius fundo duo pedes emergunt; quo symbolo, uti in Obelisco Pamphilio ostensum fuit, occultus supremi Numinis per vniuersas Mundi semitas motus exprimitur, Regibus vnicè imitandus: Regi enim ad intima Regni sui penetralia sensibilis processus minimè necessarius est; sed pedes eius esse debent rectæ rationis dictamina, quēis dum salubria Regno instituta conduantur & promulgantur, Rex meritò totum Regnum peruadere, & præsentia suâ omnes animare censabitur; & hoc eft, supremi Numinis occultum per vniuersi Mundi semitas motum imitari. Et tametsi hic motus supremi Numinis occultus sit, maximè tamen is, & sensibili quadam ratione elucescit in Pantamorphia Mundi natura per varietatem effetuum, quam præstat, quæ per sequentem Papilionem indicatur; ad innuendum, Principe in constitutionum suarum executoribus, Consiliarijs, & Præfectis, per effectus, quos

Papilio. **B** iustitia, & legum obseruatio causat, potissimum elucere debere. Vnde tabula sacra præscribitur dictorum ectypon, & diuino Osiridi Legislatori attrahendo potentissimum periapton; quod in præcedentibus expositum fuit. Sequuntur sacram tabulam duæ Noctuæ, quibus intermediet globus cum binis segmentis; quibus indicatur, portantes eam, Osiris. Isinque de periculis, dirisque euentibus Regno imminentibus (quæ per Noctuas aptè indicantur, ut fusè Hierogrammatismo Noctuæ docuimus) vt de rebus mature dispicere possiat, monere. (Nam ut Manethon refert, si quis Sacerdotum in somno Noctuam vidisset, id omnino dirum & inauspicatum habebatur) Regesque de Typhonij machinationibus à supradictis tutelaribus Numinibus quadantenus edoceri, ut tempestiuè, quibus modis ijs resistere possent, prospicerent. ita Abenephius Arab lib. de seruitute Aegyptiaca.

Noctua in sommo vita malum omen

Abenephius.

وقالوا أن الهمام هي مبشرة بفطأة الأهؤم وصيروا أن مفطا جوي الهمام يبشر كل ما يستقبل على دني الناس *

D Dicebant enim Aegyptijs, quod Noctua nuncia sit Numinis Hemphæta, quæ est prima apud eos diuinitas, & annunciatrix omnium, quæ euentura essent bonibus. Dira itaque ostenta per Noctuam indicata, Monphæa Niloticum Numen profligate putabatur; vnde eius statuam supponunt Noctuæ

Etius Leonino capite & flagello conspicuam ; hoc enim Numen omnia, quæ terræ, aquis, ciuitatibus, aris dira diris ominibus portendit Noctua, auertere, & in bonum conuertere credebatur, vti ex D, symbolis patet. Sequuntur hæc tres portæ cum quinque limitibus ; quo indicatur tribus portis Agathodæmonis Ophionei quinque leges fuisse incisas, quas recitat Aristæus Memphis, vt est apud Pausaniam ; quarum prima erat, catenam Deorum trahe ; secunda, fasciculum papyraceum custodi ; terria, supernum infernumque Horum benefica Numinæ liga ; quarta, Accipitres binos probè imitare ; quinta, beneficentia Horum stringe, quod fiet, si ad quadridam Mundi plagam sacra ei obtuleris. Quām hæ quinque leges aptè exhibeantur per symbola, aperiamus. Cycloides figuræ supra Ecum quinque terminis positæ, indicant tres portas Agathodæmonis Ophionei, qui vñus erat è ministris Momphæ, vt Aristæus asserit ; hisce à Sacerdotibus incidebantur quinque leges cum primis obseruandæ, & publicæ administrationis felicitatem respiciebant. Prima lex, *Catenam Deorum trahe*, appositè exhibitetur per figuram E in morem catenæ efformatam, quæ desinebat in ocularem figuram ; per catenam, concatentatio Geniorum Mundi, cuius vertex oculus supremæ Mentis archetypus est, diuina videlicet prouidentia, indicabatur, quam trahendam lex præscribit ; Deorum autem catenam trahere, nihil aliud est, quām ordinem rerum in Mundo cognoscere, eundemque assiduò contemplari ; ex huīus enim contemplatione veluti attractu quodā Deorum assecle se sistunt in omnibus postulatis tuis obedientes ; potissimum si sacra illis institueris, operationibus Geniorum Mundi analoga, vti passim in toto hoc Opere docuimus. Secunda lex, *fasciculum papyraceum custodi*, quam thyrsum è regione catenæ exprimit ; ostendimus autem in superioribus, thyrsum papyraceum nihil aliud indicare quām rerum omnium abundantiam ; & hoc ideo, quia ex papyro Ægyptij omnia vñibus humanis necessaria preparabant, & symbolum erat Pantamorphæ naturæ, quam Papilio in Draconis morem tumidus innuebat, & cui semper appositum inuenies. Itaque papyraceum thyrsum custodire, nihil aliud significat, quām summo studio incumbendum esse primoribus Regni, vt de omnibus rebus vitæ humanæ necessarijs, si subditos in pace & tranquillitate conseruare velint, prouideant. Tertia lex erat, *Horum supernum infernumque beneficia Numinæ liga* ; quæ sanè aptissimè per laqueum capiti Hori adiunctum, cui paulò infrà mediante Scipente aliud caput ponitur cum duabus manibus extensis, indicantur. Horus, vti passim in toto hoc Opere docuimus, nihil aliud est, quām Sensibilis Mundus, qui, teste Plutarcho, duplex est, Horus superior, id est, Sidereus, & inferior, id est, Elementaris. Hunc itaque lex ligare præcipit ; quo nihil aliud innuitur, nisi ordines rerum inferioris Mundi applicare superioris ordinibus per certam quandam analogiam, atquè demum politicum statum iuxta dictorum analogiam per legum ad amissim vtriusque adaptarum dispositionem, constituere. Quarta lex est, *Accipitres binos imitare* ; quæ aptè per binos Accipitres e regione F exprimuntur ; bini autem Accipitres, teste Ho-

Quiaque le-
ges tribus
portis incise.
Pausanias.

E

Prima legis
hieroglyphi-
ca.

Secundæ
legis hiero-
glyphica.
Papyraceus
thyrus abun-
dantiam se-
gnificat.

Tertiæ legis
hieroglyphi-
ca.

Horus duplex
superior &
inferior.

Quartæ legis
hieroglyphi-
ca.

F

ro,

Concordia
symbola Accipitres binis.
Quinta legis
hieroglyphica.

ro, quem in præcedentibus citauimus, concordia symbolum erat, quam lex præcipit, discere ab Accipitrum natura mirabili, quam apud Horum l. 2. c. 8. vide. Hac enim Numinum beneficentiâ, vti brachium extensem significat, Horus, ad necessiarum rerum vertatem concedendam ligatur, quæ symbola inter F & G pulchre indicant. Quinta lex erat, *iuxta quadrifidam Mundi plagam sacra institue*; quæ lex exprimitur per circulum cruciatum sub G, cui aræ figura adiungitur cum tribus terminis; quæ omnia fusè indicata sunt Tom. I. Syntagm. 3. de sacrificijs Ægyptiorum.

Isis legum ini-
uenterix.
Diodorus.
Papaveracei
sceptrum si-
gnificat poli-
ticam admi-
nistrationem.

Sequitur hæc Serpens, atque statua Isis auerrunca, vti flagellum in manibus docet, cum sceptro papaueraceo; quibus symbolis Isidis apotropaæ cultus potissimum persuadetur: Isis enim, teste Diodoro, legum inuentrix est, & ideo legifera passim vocatur; sceptrum vero, vti paulò supra ostendimus, papaueraceum indicat politicam administrationem, in qua quod in capite papaueris corona, id in politico statu Rex, aut Princeps; quod in capite contenta semina, id in politica subditi; quod denique folliculi distincti in papauere, id diversæ iurisdictiones in politico statu; atque adeo appositi Isis papaueraceum sceptrum appositum habet. Huiusmodi leges si seruâris, per scalam Hermeticanam Accipitrinam pennâ elatus, dominij felicitatem obtinebis, quæ per alam, scalam, & baculum incuruum exprimitur; vitalis humor rerum omnium abundantiam conferet, vti hydroschema cum Serpente, & thrysus papyraceus indicant. Sequitur denique Ibis cum Serpente, & Nilotico vase, sceptro trinodi, & terminis binis; quæ indicant, leges Hermeticas in hac columna descriptas, vitam præbere, & salutem toti dominio Nilotico, qui est Ægyptiæ felicitatis finis.

H

I

§. II.

Columnæ
secunda late-
ris secundi
Obelisci Ra-
messæ.

Secundæ columnæ lateris secundi Australis interpretatio, & continet Niloticas leges.

Accipiter
quadrangulo
insidens.

V **P**rimum mediæ columnæ locum obtinet Siderei Mundi anima Accipiter, qui quadrangulo insidet, Elementaris Mundi, cui dominatur, symbolo; in quo subordinatos sibi Genios habet, Apidem, beneficium Numen, qui Mendesio sceptro Typhonie sterilitatis perniciem secunditate suâ propulsat; quæ per bouem, extensem brachium, Noctuam, & Hircini capitum sceptrum aptè exprimuntur, vti alibi explicatum suit: habetque se per modum epigraphes; quæ ita legetur: *Siderrei Mundi dominatori Osiri, & Elementaris Mundi Genio Apidi beneficio & secundo, Typhonie sterilitatis propulsatori.*

Accipiter
dormiens.

X **H**ac peractâ incipit symbolicæ literaturæ contextus, vt sequitur. Osiri dormiente vti omnina tristi luctu tabescunt, ita eo vigilante omnia viuifico lucis radio tacta, interno quodam gaudio turgida dilatantur; quæ indicat Accipiter dor-

mien-

Ophionius
Agathodæ-
mon.

mientis specie è regione Y comparens ; cuius symbolum in præcedenti-
bus expositum vide . Hinc Ophionium Agathodæmona , qui per Aspi-
dem ipsi assidentem exprimitur, precibus & sacrificijs sollicitare solent ,
ad Osirin iratum & dormientem à somno auocandum ; Deorum catenæ
ad rerum necessiarum defectui consulendum trahenda est , in huius
enim catenæ oculatæ vertice prouidentia habitat , cuius virtute Osiris
excitatur, virtus Ophonia instauratur, & Typhonia vis expellitur; quæ
omnia per symbola inter Y & Z posita , catenam oculatam , thyrsum
papyraceum, Noctuam cum amuleto Nilotici vasis ansati, significantur.

Est in Sidereo Mundo crater Osiridis beneficus , cuius defluxus
benignos quicunque in inferiorem piscinam deriuare nōrit , is Momphta
vtrumque, & cœlestem, & terrenum attrahet, & per Pantamorpham na-
turam rerum necessiarum abundantia replebitur . Hic crater exprimi-
tur per figuram immediate sub Accipitre è regione Z positam, radiorum
que diffusione veluti stillicidijs quibusdam profusis conspicuam , quam
liberalem crateris cœlestis diffusionem manus extensa notat ; infra quam
figura piscinæ cum tribus quadrangulis est, quæ notant receptum in in-
feriori Mundo, iuxta tripartiti anni conditionem , crateris effluxum ;
nam huius stillicidio crateris quicunque particeps fuerit , is sibi Mom-
phta vtrumque, per duo Leonina capita, cœlestem & terrenum, tūm cra-
teris superioris, tūm inferioris piscinæ custodem propitium habebit ; &
Mundi vitam ad rerum abundantiam concedendam attrahet ; quæ per
Papilionem, & thyrsum papyraceum indicantur, vti iam sœpius dictum
est. Sed mysterium paulò luculentius exponamus . Hic crater cœlestis
nihil aliud est, quam Siderei Mundi receptaculum , omnigenâ influxuum
varietate refertum, qui continua in inferioris Mundi receptacula seu ci-
sternas sacras (piscinas seu fauissas vocant veteres Hieroïnantæ) bene-
volâ Osiridis manu distribuuntur in omnia Mundi membra . Quia tamen
nihil tam salubre est, nihil tam benignum, cui Typhoniæ potestates non
aliquid malignum & perniciosum inferant , quo benigna ab Osiri com-
municati crateris munera corrumpuntur ; ideo contra eas Momphta, id
est, Nilotici incrementi, atque adeo totius humidæ substantiæ Præses sa-
crificijs placandus est, & anima Mundi ad copiam rerum expulso Ty-
phone suppeditandam, trahenda ; quod fieri posse credebant per sub-
iectas binas sacras tabulas in locis Typhonijs potestatibus infestis exposi-
tas, quarum prior circulum, επίστρυγον, Scarabæum, circulū cum Niloscopio
continet ; vbi circulus seu globus diuinæ Mentis prouidentiam notat ,
cuius secunda vbertas in septem cœlestiū planetarum arces seu crate-
res diffunditur ; Osiris autem per Scarabæum notatus, eam ex crateribus
supernis in infernas Niloticas piscinas & fauissas deriuat, Politici Mundi
exemplar, ad quod Regnum disponi debet . Altera verò tabula, cùm ad C
idem alludat, eaque iam in præcedentibus sat superque exposita sit, ea
prætermissa ad sequentia progrediamur .

Harum enim intuitu tabularum sacrarum suprema Mens , oculus
Mundi, vitalem humorem, qui per hydroschema & Serpentem innuitur,

Z
Crater bene-
ficus Osiridis.

A
Crateris be-
nefici mysteri-
ria.

B

C

Dauget; omnem adustiuam & Beboniam vim Noctuinam tollit, præterea perpetuò Zodiacū virtute suâ influit; & hinc in Nilotica fluente, per tria vasa, teste Horo, notata, humoris vitalis receptacula, & tandem vitam desideratam per motum influxuum dodecapyrgi in cisternas siue fauissas subterraneas, per tria receptacula hemyciclo supposita transmittit. Erant autem fauissæ seu cisternæ sacræ in subterraneis adytorum penetralibus,

Equædam receptacula, quæ ex Nilo per occultos meatus originem suam traducebant, quarum aquæ ut Dijs immortalibus consecratæ erant, ita præ omnibus Mundi aquis summam energiam habere putabantur. Verum de huius fauissæ constitutione vide quæ copiosè tradidimus in Obelisco Pamphilio fol. 473. In hisce fauissis columnæ Nilometriæ erant positæ, ex quarum gradibus tempore incrementi Nilotici, Sacerdotes de futura anni constitutione diuinabant. Sed hæc non incongruè per scalam Nilometriæ certis gradibus distinctam, quam Sacerdos ei assistens contemplari videtur, exprimuntur. Per has itaque Niloticas magni momenti leges ante omnia Regno alicui rerum necessiarum abundantiam procurandam esse censebant, quâ durante, Regnum consisteret, subditi in pace & tranquillitate viuerent, Principemque ob prouidentiam erga subditos debito amore & benevolentia prosequerentur; his verò defientibus, nihil aliud, nisi murmura, seditiones, similiaque Reipublicæ nocimenta, Regnum in ultimam ruinam ducere posse existimabant. Sed iam ad filium.

FSequitur post Nilometriam columnam *ὑδρόφιον* schema, ex aqua & Serpente conflatum, & est vitalis humor; cui cum Typhonia vis Noctuina contraria sit, Porta adyti temone Canub insignienda, & cœlestibus triplicis Mundi legibus adornanda, vulturis imagine, naturæ principio passiuo; ad aram quoque cœremoniæ solitæ iuxta quadruplicem.

GMundi plagam peragendæ. Hoc pacto Typhon à Regno profligabitur. Quæ omnia ijs symbolis, quæ inter F, G, & H continentur, significantur. Vides è regione H veluti coronæ figuram, tribus papaueraceis capitibus, & binis perseæ folijs intermedijs ornatam; quibus ostenditur, Regem semper memorem esse debere suorum subditorum, vt eos vnione

Hgubernet, sapientia dirigat, beneficentia conciliet, Niloticas leges exactè, veluti Regni fulcimentum, seruari curet; sic Typhone fœcunditatis Ægyptiæ aduersario, prouidentiâ Regis propulsato, vita rerum per influxum supernarum potestatum in inferiorem Mundum hylæum, factum, summo omnium emolumento conceditur.

*Corona pa-
paueribus, &
perseæ folijs
ornata.*

I & **K**

§ III.

*Tertiæ columnæ lateris secundi Australis inter-
pretatio.*

A Picem huius columnæ tenet Aspis, è circulo emergens, & omnia Mundi membra penetrans, symbolumque exhibit Pantamorphæ naturæ, seu, ut Platonici volunt, animæ Mundi; quod symbolum cùm iam sèpius explicatum sit, hic immorari noluimus. Hæc sub se habet anserem sacræ tabulæ insistentem, quo notabant potentia animæ Mundi immediate in Osirin influere; hic in Mercurialem œconomiam, vti ouata sacræ tabulæ figura, Ibide gnomoni Alphamorpho insidente conspicua ostendit, & magnæ virtutis periaptū est, vti dictum fuit. Mercurij enim supramundani munus est, à Pantamorphæ natura & Osiri ipsi concessum, omnia rationis libra ponderare, & ad symmetriam adaptare, annui temporis emolumenta disponere; id quod in sidereo regno idem præstat Mercurius, & in Politico Mundo Mercurij minister Rex; adeo vt nihil in inferiori Mundo sit, quod non eminentiori quodam modo in superioribus Mundis sit, ac proinde superioris Mundi Ideæ, exemplaria quædam sunt, ad quæ inferiores, atque adeo politicus Mundus adaptari debant, sine quibus consistere inferior non posset, ab ijs veluti à causis essentialiter, ut Scholæ loquuntur, dependens. Atque tale exemplar est hæc tabula sacra, toties in hoc Obelisco proposita, cuius effectus iam exponamus; & sunt sequentes: primò felix præfigium; secundò necessiarum rerum suppeditatio; tertio malorum fuga. Prius ipsum Nilometrium cum adiunctis signis; secundum Accipiter cum thyrso papyraceo; tertium Noctua explicat. Deinde sacrorum cura sequitur, per aram, & pennam adiunctam signata, ut alibi dictū est; his enim diuina prouidentia per oculum indicata, dum occulto motu per duos pedes indicato, omnes Mundi semitas peruadit, humorē vitalem, quem hydroschema & Serpens notant, fugata Noctua Typhonia, craterem Mendesium fœcunditate refertum, ex tribus Mundis per tres circulos signatis, in Politicum Mundum, qui per sceptrum, cui caput papauera-ccū impositū est, & Serpens transuersus insit, notatur, deriuat; hâc enim appositiè sanè indicatur, vitam ex cratero supramundano in subordinatos sibi Mundos, & tandem in politicum statum deduci, cuius vita sunt, rectum dominium, & legum obseruatio in subditis, agriculturæ quoque studium, cui in regni conseruationem impigrè incumbitur, vnde fœcunditas in quadripartitam Mundi faciem resultat, quæ per tres partes, hircini capitum sceptrum, & figuram cruciatam indicantur. Osiris & Horus cœlestis, vitalis humoris præfides attrahuntur per 2 tabulas sacras C, D, magnæ virtutis; ijsque prouidentia Pantamorphæ naturæ conciliatur. Verùm horum significata vide iam supra declarata. Sequuntur sacram tabulam hydroschema, Serpens, Alpha Geniale, cyclo. E

Aspis è circu-
lo emergens.

V

Anser sacra
tabulae insis-
tens.

X

Mercurij
munus.

Y

Z

A

C

Horus.
Lepus vigilantis Regis symbolum.

des, manus extensa cum pyramide, cui subiungitur lepus dormiens; quæ symbola ita explicò. Vitalis humor Nili per Agathodæmonem cœlestem, beneficâ vi influitur in Regem regno suo inuigilantem; siquidem teste Horol. I. c. 26. Αἴοιξεν δὲ Θέλωντες δηλῶσαι λαγών ζωγράφους, εἰδέντες οὐ φθαλμεῖς αἰεωνότας ἔχειν τέτοιον ζώον. Patulum autem apertum quid significare volentes, leporem pingunt, quod semper apertos oculos habeat hoc animalis genus. Vnde teste Pierio, Regis vigilantia supra suum regnum eo indigitatur. Manus autem Pyramidem tenens beneficium influxum, uti fusè in Obelisco Pamphilio traditum est, indicat. Reliqua symbola, cùm iam in præcedentibus explicata sint, explicanda non duximus, cùm ea quiuis, qui præcedentia probè intellexerit, leipso explicare & interpretari possit.

C A P V T VI.

Interpretatio lateris tertij Occidentalis, in quo infestæ Typhonie potestates, & Reipub. perturbatrices exhibentur, & quomodo eæ superandæ sint.

A **I**N hoc latere tertio Occidentali, figuræ A B C D prorsùs eadem sunt,
B quæ in reliquis lateribus; quare cùm eas in primo latere exposuerimus, hinc eas repetendas non duxi. Quare ad trium columnarum in hoc
C existentium interpretationem calamum conuertamus.

§ I.

Columnæ primæ lateris tertij Obelisci Rameissæ interpretatio.
Tres megistæ. Dæmones boni & mali Mundo dominantur ex Trismegisto.

Lateris tertij Occidentalis columnæ primæ expositio.

Mercurius malos & bonos Dæmones Mundo dominari afferuit, maximè in plaga Occidentali, tanquam tenebrarum quas diligunt, origini proximâ stabulantes, vt Theupolus Academ. quæstionum libro fol. 115 ex Mercurio recitat, & doctrinæ Hermeticæ in huius Obelisci latere congruit. Nam & noxios, & salutiferos Genios statuit, & veteres statuas ijs consecisse ait, quas Deorum loco colerent. Genios itaque malos status politici perturbatores in hoc latere Occidentali posuit, ostendens quomodo eorum technæ superandæ sint, & quibus modis & rationibus hi propulsandi, illi verò aduocandi.

Discordie symbolum.
Horus.

Etaque in prima columna ponitur polymorphæ naturæ symbolum, Papilio, cui subiungitur iam sæpè expositum sacræ tabulæ Schema, veluti prophylacticum quoddam contra Typhonias potestates. Sequuntur tres volucres, quarum prima Passer, secunda Noctua, tertia Cornix; irreconciliabilis simultatis symbolum. Nam vt recte Horus afferit, Noctua diffidet

det à Passere, dissidet & à Cornice. Vtrumque ostendamus. Pierius ita Pierius.
 de Noctua & Cornice loquitur: Si hostes duos capitali odio detrimenta,
 & insulias alterum alteri sempiternis indignationibus molientes, manusque mutua-
 rum cædium sanguine commaculantes, notare vellent Ægyptij Sacerdotes, No-
 ctuam & Cornicem ponere censuerunt, quarum usq[ue] adeo immortales inimicitiae
 sunt, vt & hec, & illa in mutua semper damna odium exerceant. Cornix enim
 interdiu ora Noctuae rapit, assimitque sibi conscientia Noctuam interdiu cæcutire;
 & Noctua contrâ, noctu ora Cornicis inuidit, quæ suffuratur vt edat: sicque al-
 tera interdiu, altera noctu potentior, vnde confusum vtriusque sanguinem coire
 non posse, sunt qui sibi persuadeant. ita Pierius. De Passere verò & No-
 ctua sic Horus disserit. Hominem qui ad proprium patronum configiat, nec Horus.
 eius subleuetur auxilio, monstrare cupientes, Passerem & Noctuam pingunt;
 hic enim dum Accipitum venatione petitur, ad Noctuam accurrit, à qua mox op-
 primitur. An non hisce symbolis aptè insinuatur tyrannica rerum poli-
 ticarum administratio, appositè per Typhoniam Noctuam expressa?
 Quid aliud Passer nisi simplicem denotat populum, qui varia afflictione
 agitatus, dum configium suum apud male sanum Principem querit, tan-
 tum abest, vt tutum ibi refugium inueniat, vt potius ab eodem mox op-
 primatur, vel iniusta pecuniæ exactione, vel alijs grauamjnum intolerabiliū
 impositionibus; vnde odium populi versus Principem prorsus
 nascitur irreconciliabile, & ex consequenti seditiones, tumultus, cædes,
 aliaque Reipublicæ detrimenta; quæ Regno ultimum exitium porten-
 dunt. Hunc tyrannicum Regis animum aptius adhuc exprimit sequens
 è regione F symbolum Coturnicis cum thyrso papyraceo, rerum regno
 necessariarum ex prauitate Regis defectus symbolum. Huius volucris
 malignitatem hisce verbis graphicè describit Horus l. i. c. 49. Horus:
 δὲ γεφύτες ἔργα (sic enim meliora exemplaria habent, vt alibi à nobis
 demonstratum fuit, non ὄργα) ζωγράφοι. Porro impium scelestumque ani-
 mus notantes, Coturnicem pingunt. Auis sanè Ægyptijs tanto inauspica-
 tor, quanto in Deos immortales irreuerentior habebatur; non impuri-
 tate tantum infamis, sed quod impunitati Deorum contemptum, odium
 que religionis adiunctum haberet, tantoperè ab Ægyptijs execrabilis.
 Nam quotiescumque Luna oritur, inauspicatos clamores, teste Horo, ex-
 citat aduersus eam, non quod saluere Deum iubeat, aut laudibus Diis
 debitibus prosequatur, sed manifestissima dat indignationis aduersus eam
 signa; quod apud ipsos magnæ dabatur impietati, cum summo Lunam
 cultu prosequerentur. Ante omnia terram sodicat, pupillasque sibi
 identidem conscribillat, vt pote Lunæ impatiens, quam nè quidem
 aspectu dignatur; idem cum Solis diuini sideris exortu præstat. Hæc
 eadem in solitarijs, quibus afficitur, locis, si quem limpidæ aquæ fontem
 repererit, simul ac biberit, aquam reliquam rostro pedibusque corrum-
 pere, lutosamque reddere, puluere in eam ingestio, nititur, nè cuiquam
 alteri animali ad potum appetatur. Quo sanè aptè tyranni malitiam, au-
 ritiam, & prauitatem occultè dotuerunt, qui non bonum commune &
 politicum pro scopo habet, sed propria commoda in omnibus sectatur.

Nam

Noctu &
Cornicis diffi-
dium.

Passer sim-
plicem populu-
denotat.

Tyranni sym-
bolum Co-
turnix.

Horus:

Coturnicis
proprietates;

Tyrannis ex Aristotele. Nam vt recte Aristoteles ostendit, Tyrannis nihil aliud est, quam Regnum ex Principis impietate in labem & corruptelam degenerans; cum Princeps *ἀναρχίς* bonorum omnium vberitate affluens, non indigentium populorum commoda, sed sui ipsius quærit; vnde mox inquietudo populi, ex inquietudine murmuratio, seditio ex murmuratione, ex seditione bellum, ex bello ultimum tandem Regno exitium patet. Tyrannus Coturnicis instar, Solis Lunæque iura despicit, dum dictamini rectæ rationis contrarias leges imponit; terram fodicat, dum thesauros bono publico debitos in proprios usus absimit; quid aliud est, aquam limpidam turbare & lutosam reddere, nisi tranquillitatem publicam oneribus intolerabilibus disturbare, aliorum bonis inuidere, adeoque quibuscumq; modis & medijs eorum intercipiendorum occasionem operire? Sed & hæc omnia sequentia symbola inter F, G, H, I inclusa sat docent, oculus videlicet, sceptrum tuberosum, quadratum, segmenta bina minus & maius, tres secures. Per oculum & sceptrum prouidentia Regni sublata, suprema medijs, media insimis confusa, trinâ veluti excisione per tres secures, omnium interitum adducunt; Passer ad Noctuam aduolans mox opprimitur, quæ per auem cum penna è regione G pulchrè indicantur; vita cœlestis Osiridis Regni norma confunditur, vti Serpens, cycloides, & duo pistilla opposita notant. Tres temones H Regni ad normâ triplicis Mundi constituti, & prosperi conductus symbolum, per transgressiōnem legum, quæ sunt veluti termini quidam humanis actionibus constituti, contrariæ vitæ actione, oppositis Serpentum motibus notatâ, pervertuntur. Osiris I intellectus de rerum necessiarum vberitate prouidens cœlo coërcetur, vnde legibus supernis infernisque confusis benefica vis, & ab urbibus, & à vitali humore agriculturæ necessariò desistit; quibus quidem malis nullum aliud remedium superesse videtur, nisi tri-formis Numinis religiosus cultus, vti tripus, & amuleta vasorum Niloticorum, cum statua mitrata indicant. Statua Hemphita dominio potens L in tripartitum anni tempus, & Leoniformis Momphita vitalis motus principium & prouidentia Noctuam Typhoniam, id est, omnia aduersa tūm à σωδειαπύξι τrium Mundorum Zodiaci cœlestis, tūm ab Elementari inferiori Politicoque! Mundo ad eius exemplar constituto eliminabunt. Vitalis humoris præses Isis rerum necessiarum Agathodæmon, vitam Mundorum contritam tūm munificentiâ, tūm benedictione resuscitabit per prouidentem naturæ progressum, qui propriè Isidi, vnde nomen habet, & pes inter terminos positus satis innuit, vti & statua M cum thyrso papyraceo binis Serpentibus intra bina pistilla constitutis, & bina brachia, quorum prius manum extensam, alterum in modum benedicentis eleuatâ tenet, indicant. Hac enim Typhon & Nephtys, vt Horus explicat l. 1. c. 8. per duos Accipitres aut Cornices indicati, nuptiali leges coniuncti, è Nilo religiosè culto rerum necessiarum abundantiam producunt; Nilo ad temperiem, si quando excesserit, ducto, Osiriaca prouidentia adustiuam Noctuæ vim per Anubidem beneficam, quadruplicis P Niloticæ aquæ præsidem, abigit, vnde canales Osiris rerum necessaria- rum

rum prouisoris & custodis complebuntur; ad quod efficax erit prophylacticum, quod sequitur, iam saepe expositum.

§. I I.

Interpretatio secundæ columnæ tertij lateris Occidentalis.

IN hac columna Siderei Mundi mala, & eorundem antidota indicantur, exemplumq; est Politico Mundo ad imitandum propositum. Est enim in siderea œconomia vis quædam maligna, tūm ex siderum dispositione, & irradiatione, tūm ex præsidum Geniorum contrariorum influxu resultans, quâ omnia inferiora subinde horrendum in modum vexantur. Quomodo verò huic fatali necessitatí, quam Ægyptij asserebant, occurrentum sit, & quomodo à fato absolui possint, columna explicat. Et primò quidem quadrangulo insidens Accipiter, vt iam saepe dictum est, Elementarem Mundum indicat, cui Siderei Mundi anima Osiris dominatur. Ponuntur autem intra dictum quadrangulum bos, cum brachio extenso, Noctua, & statua Momphæ; quibus indicatur nescio quæ antipathia ignis & aquæ, quarum utrilibet si præualet, magnas calamitates importari certum est; estque fatalis quædam necessitas, vt dicunt; de qua paulò altius disceptare visum fuit.

Porphyrius docet, Ægyptios motui stellarum arbitrium nostrum supposuisse; quod quomodo intelligendum sit, Iamblichus libro de mysterijs ex Mercurialibus sententijs sive doctrina Hermetica explicat. *Duas*, inquit, *homo animas habet*, vt *Mercuriales literæ*, id est, *Hieroglyphicæ* docent; una quidem est ab intelligibili primo, quod est *Hemphta supremus omnium* & *primus intellectus*, ipsius *Opificis potentiae particeps*; altera verò ex vita cœlestium nobis indita, in quam & anima diuinorum speculatrix irrepit. *Anima itaque à Mundis in nos descendens*, *Mundorum quoque circuitus sequitur*; que verò ab intelligibili veniens intelligibiliter adest, illa geneticum circuitum supereminet; atque per hanc à fato soluimur, & ad intelligibiles Deos ascendimus, & religionem habemus ad æterna teudentem. Nequaquam igitur putandum est, omnia insolubilibus necessitatis vinculis, quod fatum vocant, colligari; habet enim anima principium in se proprium, quo ad intelligibile sese conferat; & descendit quidem ab his quæ gignuntur, ad ipsum verò Ens accedit atque diuinum; neque Dijs proprie, vt Iamblichus ait, fatum conuenit, quos tanquam à fato soluentes in templis, sacrificante, & statuis venerabantur Ægyptij; sed fatum peragunt naturæ quædam vltimæ à Dijs descendentes, atque generationi, Mundique corporei miscellæ implicatae. Hinc Ægyptij non sine ratione omnem Dijs sanctimoniam adhibebant, vt ipsi quidem soli per intellectualem persuasionem dominantes necessitati, mala ijs à fato imminentia soluerent. Non enim totum in natura fati ligatum est, sed est & aliud principium animæ, & natura & generatione præstantius, per quod & Dijs se posse copu-

Columnæ
secundæ late-
ris tertij Obe-
lisci Rameſſæ
interpretatio.
Mala Mundi
siderel, eorūq;
antidota.

Iamblichus.
Stellarum
motui arbi-
trium suppo-
suisse video-
tur Ægyptij.

Fato non
subiectur
anima nostra.

copulari, mundanum ordinem superare, sempiternam vitam agere, atq; supramundanam Deorum actionem participare posse arbitrabantur. Cūm verò fatum non solum particularem hominis, sed maximè uniuersalem alicuius Regni statum respiciat; hoc loco ostendit, quomodo Rei publicæ status à fato solui possit. Sed iam tempus est, ut dicta hieroglyphicis expressa ostendamus.

F

Papilio, seu
musca Aegyptiaca, & poly-
morphus
sensibilis
Mundi Dæ-
mon.

Post quadrangulum itaque è regione F, Papilio Dracontomorphus seu musca Aegyptia occurrit, sub cuius pedibus Serpens, quem sequitur nullibi non obuia sacra tabula, & iam sèpius exposita. Per Papilionem, vti alias docuimus, polymorphus Sensibilis Mundi Dæmon in vitas rerum dominio potens, fati totius dominus indicatur. Cūm enim omnibus se se inuoluat & impliceat Sensibilis Mundi corporibus, influxuque gubernet singula, vti sacra tabula ostendit; per globum quidem Intelligen- tias præsides, per *σωδικάτηγον* Siderei Mundi, globorumque cœlestium, potissimum Zodiaci œconomiam, & per Scarabæum Osiris inferiorem, denotant. Fatum autem cūm conuersioni & dispositioni siderum sit al ligatum, nemo eius fatalem influxum secundùm opinionem Agyptiorum iuxta præscriptas à necessitate leges effugere potest; est enim polymorphus hic Dæmon solo Intelligibili Mundo inferior: hinc Sacerdo- tes Agyptij, totos se se impendentis fati tempore ad intelligibilem Mundum conferebant. Et fatum quidem, teste Horo, exprimebant per figu ram Stellæ, Mundum verò Intelligibilem per globum tripodi insisten tem, solo triformis Numinis supremi, vitalis & intelligibilis Mundi do minatoris munere gubernatum. Hunc Sacerdotes, quos figura humana extensis brachijs in obseruantis morem effigiata notat, ritibus & cœre monijs non sensibilibus, sed intrinsecis varijs intellectualibus operatio nibus contra fatales Noctuæ Beboniæ machinationes sollicitabant; huic, vti sequentia symbola, tres termini, ara, penna, quadratum, segmentum, circulus monstrant, sacra peragebant mystica; per pennam, eleuationem mentis; per aram nudam, mentem testabantur ab omni humanæ contagionis labe imminuere; per quadratum, stabilem mentis in Ænum erectæ quietem, & inconcussam constantiam, teste Pierio; per tres ter minos, cum segmento & globo, legum diuinarum seu Mercurialium ob seruationem illibatam. Et per pennam, id est, mentis eleuationem fatalis heptapyrgi influxus superatur; per quadratum & inconcussam con stantiam Noctua Bebonia eliminatur; per legum obseruantiam terminis indicatam, fœcundum quoddam dominium conceditur in Nilotici vitalis humoris œconomiam, quo violentia Noctuæ à dodecapyrgo trium Mundorum prohibetur, in vitæ custodiam catena vitalis Agathodæmo num contra aduersarum potestatum catenam trahitur; per legum Isiacarum exactam obseruantiam in columnis Isiacis descriptarum) his enim vitæ destruetrix Noctua cedit) vitalis humor conceditur. Oportet au tem Sacerdotes hoc pacto negotium instituere. In adytis compareant toti intellectualibus operationibus dediti, gestus exprimant Hemphas supremum Numen, nudi sint, vt se ab omni terrenæ missionis inuolucro immu-

G

Horus.

Fati hiero-
graphicum.

H

I

K

L M

N

O

Sacerdotum
ritus & cœre-
monia in
adytis.

rum iuxta præscriptas à necessitate leges effugere potest; est enim polymorphus hic Dæmon solo Intelligibili Mundo inferior: hinc Sacerdo- tes Agyptij, totos se se impendentis fati tempore ad intelligibilem Mundum conferebant. Et fatum quidem, teste Horo, exprimebant per figu ram Stellæ, Mundum verò Intelligibilem per globum tripodi insisten tem, solo triformis Numinis supremi, vitalis & intelligibilis Mundi do minatoris munere gubernatum. Hunc Sacerdotes, quos figura humana extensis brachijs in obseruantis morem effigiata notat, ritibus & cœre monijs non sensibilibus, sed intrinsecis varijs intellectualibus operatio nibus contra fatales Noctuæ Beboniæ machinationes sollicitabant; huic, vti sequentia symbola, tres termini, ara, penna, quadratum, segmentum, circulus monstrant, sacra peragebant mystica; per pennam, eleuationem mentis; per aram nudam, mentem testabantur ab omni humanæ contagionis labe imminuere; per quadratum, stabilem mentis in Ænum erectæ quietem, & inconcussam constantiam, teste Pierio; per tres ter minos, cum segmento & globo, legum diuinarum seu Mercurialium ob seruationem illibatam. Et per pennam, id est, mentis eleuationem fatalis heptapyrgi influxus superatur; per quadratum & inconcussam con stantiam Noctua Bebonia eliminatur; per legum obseruantiam terminis indicatam, fœcundum quoddam dominium conceditur in Nilotici vitalis humoris œconomiam, quo violentia Noctuæ à dodecapyrgo trium Mundorum prohibetur, in vitæ custodiam catena vitalis Agathodæmo num contra aduersarum potestatum catenam trahitur; per legum Isiacarum exactam obseruantiam in columnis Isiacis descriptarum) his enim vitæ destruetrix Noctua cedit) vitalis humor conceditur. Oportet au tem Sacerdotes hoc pacto negotium instituere. In adytis compareant toti intellectualibus operationibus dediti, gestus exprimant Hemphas supremum Numen, nudi sint, vt se ab omni terrenæ missionis inuolucro immu-

rum iuxta præscriptas à necessitate leges effugere potest; est enim polymorphus hic Dæmon solo Intelligibili Mundo inferior: hinc Sacerdo- tes Agyptij, totos se se impendentis fati tempore ad intelligibilem Mundum conferebant. Et fatum quidem, teste Horo, exprimebant per figu ram Stellæ, Mundum verò Intelligibilem per globum tripodi insisten tem, solo triformis Numinis supremi, vitalis & intelligibilis Mundi do minatoris munere gubernatum. Hunc Sacerdotes, quos figura humana extensis brachijs in obseruantis morem effigiata notat, ritibus & cœre monijs non sensibilibus, sed intrinsecis varijs intellectualibus operatio nibus contra fatales Noctuæ Beboniæ machinationes sollicitabant; huic, vti sequentia symbola, tres termini, ara, penna, quadratum, segmentum, circulus monstrant, sacra peragebant mystica; per pennam, eleuationem mentis; per aram nudam, mentem testabantur ab omni humanæ contagionis labe imminuere; per quadratum, stabilem mentis in Ænum erectæ quietem, & inconcussam constantiam, teste Pierio; per tres ter minos, cum segmento & globo, legum diuinarum seu Mercurialium ob seruationem illibatam. Et per pennam, id est, mentis eleuationem fatalis heptapyrgi influxus superatur; per quadratum & inconcussam con stantiam Noctua Bebonia eliminatur; per legum obseruantiam terminis indicatam, fœcundum quoddam dominium conceditur in Nilotici vitalis humoris œconomiam, quo violentia Noctuæ à dodecapyrgo trium Mundorum prohibetur, in vitæ custodiam catena vitalis Agathodæmo num contra aduersarum potestatum catenam trahitur; per legum Isiacarum exactam obseruantiam in columnis Isiacis descriptarum) his enim vitæ destruetrix Noctua cedit) vitalis humor conceditur. Oportet au tem Sacerdotes hoc pacto negotium instituere. In adytis compareant toti intellectualibus operationibus dediti, gestus exprimant Hemphas supremum Numen, nudi sint, vt se ab omni terrenæ missionis inuolucro immu-

immunes, & quām simillimos Numini constituant, aquis mundissimis lo- p
ti, ut figura inter N & P notat; portæ adyti duplici Anubidis, id est, Canis imagine insignitæ sint; quo occultè alludebant Sacerdotes, teste Horo I. i. c. 39. 40. 41. eos, qui hoc munere fungi voluerint, oportere multa meditari, assiduèque omnibus Canum more allatrare, nullique gratificari in ijs, quæ legum strictam obseruantiam concernunt; intentisq; in Deorum simulachra oculis prospicere, ad eos in omnibus actionibus suis imitandos: valuæ quoque templi eo sint artificio constructæ, vt se- ipsas ad voluntatem Sacerdotum, quando id voluerint, in operatione sacra aperiant claudantque, nihilque adeo sit, quod non ingenium & operationem intellectualem sapiat; prophylacticam potissimum illam sacram Hermeticam tabulam continuò ob oculos habeant propositam, R animo imprimant, & locis publicis insculptam venerentur. Atque hæ sunt leges in hac columna contentæ.

§ III.

Tertia columnæ tertij lateris Occidentalis interpretatio; et continet leges, quibus Numina sollicitantur ad Aegypti salutem.

P Ræmisso itaque polymorphi Dæmonis per sacram tabulam cultu; E postea sequuntur heptapyrgum, pennæ, quatuor statuæ quatuor Larium principaliū, quæ sunt imagines portatiles veluti fascijs inuolutæ, quas vario cultu, ut alibi dictum fuit, prosequi solebant, & Theraphim in sacris literis, ab Aegyptijs Serapes dicebantur; quæ omnia fusè iam exposuimus in Pantheo Hebræorum, tractatu de Theraphim, & in sequen- F tibus peculiari tractatu exponemus. Cultus itaque horum in Vrbium salutem præcipitur; quibus Apollinis θρησκείᾳ, & triformis Numinis trioræi cultus adiungendus est. De Appoline trioræo per Accipitrem & tres terminos expresso vide Pausaniam; de triformi Nume per tripodem & tres terminos expresso, vide quæ in præcedentibus egimis. His enim propitiatis, Cœlorum sata propitia habentur apud illos. Præterea G Momphta necessariarum rerum abundantia præses per solitas cœremonias à Sacerdotibus saepius adiuretur; hoc enim catenæ beneficorum Numinum attrahuntur, fugatis aduersis omnibus, & inauspicatis Noctuæ H moliminibus; prouidentia suprema per canales occultè influens in opera I culturæ Aegypti, per vitalem humorem, & per beneficam vim, Osiris rerum omnium vitæ humanæ necessariarum largitoris. Porro Noctuâ Principi, Reipub., & liquori vitali Coturnice insidias tendentibus, sacris dictis inuigilandum; per hoc enim vis maligna dissipabitur, Coturnix diris K deuouebitur, per sacras trium vigilarum leges, quas in adytis seruare L oportebat, de quibus in Politica Aegyptiorum fusiùs disceptatum est. His enim vitalis prouidentia vitalis humoris hostem Typhoniam No- M

Quam à trium Mundorum œconomia exturbabit, vnde vita politico Mundo, Sacerdotibus quoque Niloticis sacris strenuè incumbentibus, vitalis liquor primò deriuabitur in Osirin cœlestem, & hinc in Horum, & sacrorum vi peractorum in Momphta Mendemq; seu Hircum sacrum, & ab his in quadripartitam Mundi plagam; ad quæ plurimùm conserunt sequentia prophylactica, quæ omnia symbolis inter literas N, O, P, Q, R, inclusis indicantur; quorum significata cum iam sæpè exposita sint, ea cum tædio Lectoris minimè iteranda duximus.

C A P V T VII.

Quarti lateris Orientalis Obelisci Rameffæi interpretatio.

Quartum la-
tus Obelisci
Rameffæi co-
tinet reme-
dia contra
Typhoniam
viii.

Continet hoc latus remedia contra Typhonias & Bebonias machinationes; quæ fiunt per religiosum Deorum beneficorum cultum; & per Numinum catenæ tractum. Explicatis itaque iam in præcedentibus imaginibus in A, B, V, X, loculamentis positis, primam lateris assumpti columnam explicemus.

§. I.

Columnæ
primæ lateris
quarti Obel.
Rameffæi in-
terpretatio.

Interpretatio primæ columnæ lateris quarti Orientalis.

Cuius primo loco sæpe sæpius propositus & explicatus Papilio, vñā cum sacræ tabulæ ectypo, occurrit; post quam sequitur Accipiter Y inter tres circulos, & tres quadranguli, quibus Osiris trium Mundorum superiorum & inferiorum seu hylæorum moderator indicatur; qui Notuam Beboniam Mundorum crateri insidiantem perpetuò infestatur, Z tanquam iurisdictioni suæ subiectorum iniustum inuasorem. Osiris enim A hisce vitam dat, leges eis statuit; cuius vxor Isis est, Niloticæ substantiæ dominatrix; quorum assecla Anubis vigil terum custos. Hæc Numinæ conuenientibus sacris culta, dodecapyrgi defluxum mouent, & vita- B lem fœcunditatem spondent. Osiris anni quadripartiti moderator Notuam à benefica piscinæ & canalium benificentia remouet; Apotropæum Numen Momphta vitalem humorem Hori regno vndique permisit; Hermanibis inuigilat Noctuæ crateri trium Mundorum insidianti, E nè canalibus cœlestibus vitalibus noceat, ad bonorum per tres fasciculos notatorum vbertatem procreandam in Mundis inferioribus. Huic simili F liter Noctuæ inuigilat moderator anni Osiris, & Coturnicis Beboniæ malignitatem, canalibus inferioribus insidiantem, sistrorum strepitum pellit; G vti figura è regione G docet. Hinc enim & agricultura, & vita dodeca- H pyrgo vigebit, expulsis Bebonijs malis; occultus diuinitatis motus, per pedes cycloidi insertos notatus, peruidens vitalem liquorem canalibus I insitum animabit, Anubidis sacris ritibus culti, prouidentia liquorem vita-

vitale in conseruabit, vi & efficaciâ sequentis sacræ tabulæ iam sæpius exposita.

§ II.

Secundæ columnæ quarti lateris Orientalis interpretatio.

ACcipiter insidet quadrangulo, in quo statua Isidis, & Coturnicis, cum Alpha & duabus pennis includitur. Quo sanè nihil aliud primâ fronte indigitatur, nisi dominium, quod Osiris Accipitritinus obtinet in Elementarem Mundum, cuius Isis, id est, tellus principalem sedem tenet, totius naturæ inferioris & hylææ fulcimentum. Qui autem Isidem pro Luna accipiunt, hi per Isidem intelligunt, præcipuum in Mundum hylæum, vtpote cui confinis est, dominium, actuum rerum omnium. Lunæ subiectarum principium; cui in præcedentibus dixi Coturnicem, id est, Typhoniam quandam vim Lunari humiditati contraria esse; quo quidem nihil aliud intelligitur, nisi rerum in sublunari Mundo maximis alterationibus, & contrarijs qualitatibus obnoxiarum simultas; vbi frigida cum calidis pugnant, humentia siccis, regni hylæi contrarietati & antipathie ita necessarijs, vt Mundus inferior sine ijs consistere minimè possit. Discant ex hoc politici, ad vigilantiam in Regno conciliandam, & vigorem animi roborandum, subinde necessarios esse intestos regni hostes; hoc enim pactoleges exactius obseruantur, Rex vigilantior & cautor redditur in regni administrandi cura, & ad contrariæ factionis machinas circumspectior. Si enim solum in Mundo inferiori frigidum, aut calidum, aut humidum, aut siccum regnaret, omnia deficere necesse foret; ita in regno, vbi nullus hostis ibi languor & otium, vbi nullus metus, ibi luxus & discordia, quæ sunt vicina quædam veluti regni totius præcipitia, interitum regno ultimum portendentia. Innuunt hoc pulchre, teste Plutarcho, Ægyptij per Isidem & Typhonem, qui Isis Horis fortitudine captum Typhonem, regno Ægyptiaco ultimum exitium molientem, tantum abest ut occiderit, vt potius, tametsi non undequaque liberum dimiserit, eum tamen, tanquam necessarium curæ & vigilantiæ in regno administrando incitamentum, ad cautelam detinuerit; quæ omnia hucusque exprimit in quadrangulo, statua Isidis cum Coturnice. Verum de his vide, quæ pluribus egimus in Politica Ægyptiorum Tom. I. Synt. II. fol. 30.

Quæ omnia, sequentibus quadrangulum symbolis, declarantur, hoc Y verborum sensu: si Accipitre dormiente, Ophioneus Princeps surrecta Z ceruice vigilet, Momphta Leoniformis dominetur, Agathodæmones com- A missæ sibi gubarnationi insistant, Osiris crateri naturæ inuigilet, Cœlo do- B minetur Horus beneficus, polymorphus Dæmon per sacram tabulam, C cui insistit, heptapyrgum, & Nili incrementa, & dodecapyrgon influxu D suo fœcundet; tunc Noctua depulsa ab Vrbibus, & Nili incrementis vi- E

Columnæ
secundæ late-
ris quarti
Obel. Ra-
messæ i inter-
pretatio.

X
Accipiter
quadrangulo
insidens, in-
qua statua
Isidis.

Sublunarî
Mundi rerum
diffidium.

Y

Politicum
documentum

Isis Typhonē
cur non occi-
derit.

F ta cœlestis liquoris per prouidentiam Osridis tripartiti anni, & tetrapygi, id est, quatuor Elementorum præsidis, quadrifidi influxus beneficentia obtinebitur, Noctua Bebonia vincetur, Chenosiris vigil per anserem volantem, & Scarabæum indicatus, motu omnia penetrans, Coturnicem importunam, ac humidæ substantiæ insidiantem continebit, H prouidentiâ suâ Mundi tripartiti legibus prospiciet, dodecapygi piscinis & fauissimis vim noxiā remouens, oculo vigili humorem vitalem conservabit; ad cuius attractum L sequens præscribitur prophylacticum.

§. III.

Columnæ
tertiæ lateris
quarti Obel.
Ramei inter-
pretatio.

*Tertiæ columnæ lateris quarti Orientalis interpretatio;
& continet malorum originem:*

Archetypus
Mundus nullum continet malum.
Plutarchus.

Quod ut intelligatur, notandum est, in Archetypo Mundo nullum esse malum, nec ab eo quicquam malorum seu defectuum procedere effectuè, sed omne malum Sensibilis Mundi operaciones cæteroquin bonas, tanquam robigo, teste Plutarcho, ferrum consequitur. Dispositione itaque Siderei Mundi, ut fati, ita in alorum, & aduersorū omnium causam, ratione dispositionis suæ, vti in Politica docuimus, censem Ægyptij; quibus quidem alia ratione occurri non potest, nisi exacto religionis cultu, prout in hac columna præscribitur.

Primo itaque loco post Aspidem, & Idealis Mundi Pantamorphi spiritus symbolum, occurrit baculus incuruus, cum capite Hircino, & vase Nilotico, & tribus pennis, quibus succedit Noctua, cui subduntur tria brachia, intermedij tribus terminis; quibus aptè indicatur, esse in Munde supremo Pantamorphæ naturæ fœcunditatem quandam Mendesiam, Nilo supramundano congruam, & à triformis Numinis mente proficiscentem, à qua bonorum omnium copia profluit; quæ tamen mox ac in Sensibilem Mundum propagata fuerit, nescio quid malignitatis contrahat, per Noctuam indicatum, & triplici diuinæ Mentis beneficentiae vitali, vti tria brachia monstrant, contrarium; quæ quidem maligna vis in Cœlorum motibus contrarijs agitatorum dominio patet; quâ beneficentia Numinis in hylæis Mundis quadantenus coërcetur. Vis hæc maligna in θωδειανέγγει legibus elueficit, in quo vti signa signis, ita domus dominibus, & mansiones mansionibus Deorum contraria reperiuntur: horum enim influxu in inferiorem Politicum Mundum, mala subinde, veluti triplici vehiculo inuecta multiplicantur, αἰτιτέχνη Numinum potentiam, quæ humidæ substantiæ communicata varias contagionis pestiferæ species, per Scorpionis figuram signatas, politico statui infert. Prouidentia tamen cœlestis virtute suâ omnibus medebitur, si catenas Genialium Numinum traxerint, si frequentibus cœremonijs Sacerdotes pro anni dispositione, & Regni legibus dictos Genios sollicitauerint: his enim Noctua conteretur; Coturnix importuna Sacerdotum industria fugabitur; tres Excubii.

cubitores, Chenosiris, Anubis, & Hermanibis, per tres anseres indicati, vna cum Iside Genio auerrunco, vita vitalibus influxibus fœta, Noctuam Typhoniam cœlestis vitæ prouidentiæ contrariam dispellent; beneficentia vitali fœcundus Osiris, humorem vitalem inferioris Mundi Osiri H conseret; hic in auxilium polymorphum Mundi spiritum sacræ vitæ tabulae sequentis, & per legum in columnâ Isiaca descriptarum obseruationem, attrahet; atque hoc modo Noctuâ malorum omnium beboniâ profligatâ, rerum vbertas quadrifido Mundo restituetur.

Ex his omnibus hucusque propositis interpretationibus luculenter patet, hunc Obeliscum hieroglyphicis suis prænotatum nil aliud, quam Regni politici, ad supernarum mentium exemplar instituendi rationem monstrare; neque enim ullum Regnum consistere posse existimabant, nisi in religione, qui est supremi Numinis cultus, fundatum. Quæ omnia adeo clarè lib. 10 de legibus lato exponit, ut ad Ægyptiorum normam respexisse videatur. Compertum enim habemus, rerum in natura elucescentium ordinem vbiique à ratione pendere, & ordinem quidem nusquam & nunquam interruptum à præpotente ratione, ordinem denique commodum, congruum, & mirificâ vniōne omnia connectentem ab optima ratione emanare. Cùm itaque Vniuersitùm dispositio, tūm progressio ordinatissima sit, ac semper & vbiique talis, neque id sine summa commoditate; necesse est Mundum ab optima potentissima que ratione disponi atque moueri. Cùm verò vnum sit Vniuersum, vnum verò à diuersis non fiat, nisi ab uno; consequens est summam esse eiusmodi rationem. Esse præterea rationes plures diuinæ sub summa ratione diuina, vti in uno Mundano opere, ratione summâ ordinato, complures sunt globi specie inter se, & virtute multiplici distincti, omnesque mirâ ratione ordinati, adeo vt Mundi quodammodo multi in amplissima videantur Mundi vnius circumferentia contineri; pariter multi Mundorum quasi angustiorum rectores deinceps dispositi sub uno amplissimi Mundi Rectore comprehendantur. Qui sanè cùm non duntaxat ordinatior sit, sed ipse, vt ita dixerim, immensus ordo; ordinatore, quam ordinato, multò magis gaudet. Quocirca si multis in Vniuerso ordinatis proculdubio delectatur, multis quoque eum ordinatoribus delectari necesse est; quippe cùm amplissimi Regis excellentissima in hoc amplitudo consistat, vt non angustos tantum seruos, sed amplos quoque multosque infra se Reges habeat. Cùm præterea supremum Numen, quæ facit, intelligendo faciat; ac si totum facit, totum quoque intelligat; si cognoscat totum, cognoscet & partes, ex quibus totum constat; si partes, ergo necessarias particulas, ex quibus partes coalescunt: potest ergo, & scit Vniuersum gubernare, qui scit & potest eidem prouidere: totum verò gubernare, nisi gubernatis partibus, non potest; non negligit itaque minima gubernare, qui facere minima non neglexit. Neque difficultis est gubernatio, cui facilis est procreatio. Nam quantò plus à Deo dependent opera Dei, quam artis, vel naturæ opera ab arte, vel natura; tantò omnibus & singulis diligenter prouidet, vt pote per cuius prouiden-

dentiam cœtera quoque id habent, ut similiter suis quæque prouideant. Cùm itaque hæc prouidentia circa politicum quoque corpus sit, cuius gratia reliqua omnia constituta sunt; certum est, Regnum quoddam ad diuini intellectus & prouidentiæ exemplar conditum, non alia firmiore fundamento niti posse, quæm analogo quodam ad supremæ Mentis, reliquarumque mentium subordinatarum normam, ordine constitutum. Qui finis fuit & scopus rerum in hoc Obelisco, sub occulto symbolorum contextu demonstratarum.

Atque hæc sunt, quæ nobis in hoc Obelisco Lateranensi veneranda Ægyptiorum antiquitas per Ramessem Regem filium Sothis, legenda & intelligenda proposuit. Poterit etiam Lector Politicam Ægyptiorum, Tom. I. Syntag. II. traditam consulere, vbi omnia fusiūs tradita reperiet.


FINIS SYNTAGMATIS SECUNDI.



SERENIS^{MI} ET POTENTIS^{MI} RI HVNC OBELISCVM PSAMMIRTAEVN,

q̄ è Soc. Iesu eiusdē interpres.

Inseratur Tom. III inter
212. et 213.




Obeliscus praesens à basi usq; ad pyramidicib; si pyramidion 10. palmorum accedat, tota eiusdem altitudo, uti olim 110 palmorum longitudinem, itariori, ubi pyramidion contingit 6 $\frac{1}{2}$ lat. obtinet. Duo uero minora opposita latera in inferiori Basi 9 $\frac{1}{2}$. In sic quantitas exurgit.

SERENIS ET POTENTIS FERDINANDI IV AVGVSTISSIMI ROMANORVM REGIS IMMORTALI HONORI HVNC OBELISCVM PSAMMIRTAVM

qui et Sennesertanus, aut Psammeticus dicitur, aeternum erigit, dicit, conseruat. Athanazius Kircherus e Soc. Jesu eiusdem interpres.

Inseratur Tom. III. folia

212. et 213.



Scala palmorum Rom.

Relicus praesens a basi usq; ad pyramidion olim 100 palmarum longitudinem obtinebat, modo trium palmarum fuita diminutione, et post longius perseverat, et hinc si pyramidion 10 palmarum accideret, tota eiusdem altitudo, si olim 100 palmarum longitudinem ita modo 107 eorumdem obtinet. Itinus hoc, et opposite latera majora, et inferiora basi latitudinem etiam per superiora, ubi pyramidion contingit, et lat. obtinet. Duo vero numeri opposita latera in inferiori basi 95. In superiora iuxta pyramidion 14 palmarum latitudinem continet. Et quicunq; totus obeliscus excedat et inolis quantitas excedat.

S Y N T A G M A III.
OBELISCVS FLAMINIVS,
OLIM SENNESERTAEVS.



A D A V G V S T I S S I M V M
F E R D I N A N D V M I V.
Regem Romanorum.

FERDINANDO Quarto Regi Augusto præsentem erigo Obeliscum, iam olim ab Augusto Cæsare ex Aegypto deductum, & in Circo maximo, immortalitati nominis eius, honoris veluti trophæum quod-dam erectum. Augustos, Obeliscos erigere; Augustis, eosdem consecrare decet: vt quemadmodum Obelisci, insolenti sua altitudine cœlum ferire videntur; sic Reges vltra communem hominum conditionem, nil nisi altum, sublime, gloriosum, arduum sapere, ex hoc veluti symbolo quodam discerent mortales. Quod vti Tu, **A V G V S T I S S I M E REX**, præstas; ita me occulto quodam mentis præsagio impulit, vt quanta Mundus de Tua sibi Heroica virtute polliceatur, hoc Flaminio Obelisco, veluti abdito quodam & abstruso symbolo, posteritati comprobarem. Vale.



SYNTAGMA III.

Obeliscus Flaminius, olim Sennesertæus.

C A P V T I.

Historica relatio Obelisci Flaminij.

Obeliscus
Flaminius
a Sennesertæo
Rege Aegy-
pti erector
secundum
Plinium.
Plinius.

Herodotus.
Diodorus.

Obeliscus
Flaminius à
Plaminiæq;
erector.

Psammireaus
vnde dictus
& quo tem-
pore vixerit.

Pythagoras
quo tempore
in Aegypto
fuerit.

Sixtus V.
erexit Obeli-
scum Senne-
sertæum in
via Flaminia.



LINIVS hunc Obeliscum à Rege Aegypti Sennesertæo erectorum l. 36. c. 9. asserit his verbis: *Is autem Obeliscus, quem D. Augustus in Circo maximo erexit, excisus est à Sennesertæo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, 125 pedum & dodrantis, præter basin eiusdem lapidis.* Putat itaque Plinius, hunc Obeliscum à Sennesertæo fuisse erectorum, eumque

vltimum post deuastatam à Cambyses Aegyptum, Regem fuisse. Verum cum alij Amasin, vti Herodotus; alij Nectanebum, vti Diodorus, vltimum Aegypti Regem fuisse asserant, quomodo hæc conciliari possint, aut debeant, non video. Nequaquam itaque verisimile est, Obeliscum tam celebrèm eo tempore, quo Aegyptiacum Regnum ad interitum iam declinabat, fuisse erectorum, cum Reges tam conclamato rerum statu de Obeliscis non dicam erigendis, sed nè cogitandis quidem animum adjicere potuerint. Quando itaque hic Obeliscus, & à quo Rege erector fuerit, aperiendum duxi. Dico itaque, hunc Obeliscum non a Sennesertæo, sed à Psammirtao fuisse erectorum; Plinium vero vocum similitudine delusum, vnum pro altero posuisse, certum est. Nam cum vigesimæ sextæ Dynastiæ tertium Regem, quem Manethon, Psammum, Ctesias Amirten vocat, rerum Aegypti potitum esse, ex Chronologia nostra constet; verisimile est, duobus nominibus Psammo & Amirteo in vnum confusis Psammirtaū emersisse, corruptè vero Sennesertæum. Vixit autem hic Rex 1527, vel vt alij 1622 circiter annis post diluvium, circa principium Olympiadum, & conditæ Vrbis, à Sesostris Imperio quasi 340 annis, vti ex Chronologia Regum Aegypti primo Tomo & Syntagmate exhibita patet. Atque hic Psammus Amirtæus siue Psammirtao hunc Obeliscum eo ipso tempore, quo summo in Aegypto hieroglyphica doctrina in flore erat, erexit, quicquid Plinius dicat. Neque Pythagoram sub hoc in Aegypto Philosophatum, sed sub Amasi Rege, quatuor videlicet ante Cambysis in Aegyptum irruptionem annis, plerique melioris notæ Chronographi docent. Verum de his, vti & de Plinij errore circa Obelisci mensuram, copiosius tractauimus in Obelisco Pamphilio fol. 72. & 73.

Fuit autem à Psammirtao hic præsens Obeliscus primò erectorus in Heliopoli, inde vero eū Cæsar Augustus abstractū Romæ in Circo maximo erexit; quem tandem iniuriâ temporum prostratum, terraque obrutum, felic. record. Sixtus V. erutum, in campo Flaminio erexit eo modo, quo dicemus.

Fosquam Summus Pontifex Sextus V. vnà cum Obelisco Rameſſeo hunc Obeliscum præsentem in eodem Circo maximo terra obrutum detexisset, varijque Romanæ Vrbis Campi illi destinarentur; eum tandem in Campo Flaminio propè portam Vrbis primariam, atque ædes D. Mariæ vulgò del Popolo, tūm quia summam eo in loco Romanæ Vrbis maiestatem, vel ad primum exterorum ingressum conciliabat, tūm quia tres principales Vrbis Plateas respiciebat, erigere visum fuit. Erecto itaque Obelisco Rameſſeo in Campo Lateranensi, huius mox in dicto Flaminio Campo erectionis initium datum fuit. Ac primum quidem fundatum iactum fuit moli insistendæ proportionatum, deinde fabrica lignea exstructa fuit Obelisco erigendo necessaria. Porrò supra fundatum basis ex saxo Tyburtino 15 palmorum altitudinis, 22 verò palmorum latitudinis imposita fuit, ita ut sex gradus latitudinis tribus gradibus scalaribus hanc basin ambientibus, assignati fuerint, adeoque abacus extra scalas emergens, sedecim tantum palmorum latitudinem obtinuerit. Supra hanc basin abacus quadratus quindecim palmorum altitudinis, tredecim laticudinis positus fuit, eratque idem abacus, supra quem Obeliscus olim eret usus, suis inscriptionibus antiquis & nouis insignitus, ut paulò post videbitur; atque adeo tota basis à terræ superficie usq; ad basin Obelisci est 38 palmorum, si coronidum basin & abacum ambientium altitudinem adieceris. Super hanc itaque substructiōrem Obeliscus impositus, qui olim 100 palmorum erat, modò 97 palmorum (ob tres palmos inferioris partis, qui temporis iniuria corrosi Obeliscum fundandum ineptum reliquerant, ademptos) altitudinem usque ad pyramidum obtinet; quod cùm decem palmorum sit, totus Obeliscus 107 palmorum altitudinem hodie habet; ad quod si 38 palmos adieceris, tota structura à superficie terræ usque ad apicem 145 palmorum altitudinem obtinebit. Mensura partium Obelisci hæc est. Bina latera inferioris basis maiora & opposita latitudinem habent 10 palmorum: & $\frac{3}{4}$; minora verò latera opposita $9\frac{1}{2}$ palmorum sunt; ad pyramidum verò duo maiora latera opposita nouem palmorum sunt & medij; duo minora opposita 6 palmorum $\frac{2}{3}$ sunt; ex qua symmetria facile totius molis pondus elicere potest. Fuit autem hic Obeliscus à Sixto V. die 25 Martij anno 1589 sacrae Crucis dedicatus, ut signum Crucis pilæ æneæ inauratae ei impositum satis demonstrat, & ex figura suprà fol. 213. posita, & sequentibus inscriptionibus patet.

Obelisci Flaminij basis.

Altitudo eiusdem solius,
& una cum pyramidō.

Mensura si-
gularum par-
tium eiusdem

Quo anno, &
dic erector.

Inscriptiones Obelisci Flaminij.

Ad Orientalem plagam, quæ Basilicam S. Mariæ del Popolo respicit,
hæc epigraphæ legitur.

ANTE SACRAM
 ILLIVS ÆDEM
 AVGVSTIOR
 LÆTIORQVE SVRGO,
 CVIVS EX VTERO
 VIRGINALI
 AVG. IMPERANTE
 SOL IVSTITIAE
 EXORTVS EST.

Ad plagam Occidentalem, quæ Tyberim respicit.

SIXTVS V. PONT. MAX.
 OBELISCVM HVNC
 A CÆS. AVG. SOLI
 IN CIRCO MAX. RITV
 DICATVM IMPIO,
 MISERANDA RVINA
 FRACTVM, OBRVTVMQVE,
 ERVI, TRANSFERRI,
 FORMÆ SVÆ REDDI,
 CRVCIQVE INVICTISSIMÆ
 DEDICARI IVSSIT
 M.D.LXXXIX. PONT. IV.

Antiqua inscriptio sic se habet ab oppositis lateribus.

IMP. CÆS. DIVI F.
 AVGVSTVS,
 PONTIFEX MAXIMVS,
 IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XIV.
 ÆGYPTO IN POTESTATEM
 POPVL LI ROMANI REDACTA
 SOLI DONVM DEDIT.

Atque hæc de historica Obelisci Flaminij relatione sufficient.

C A P V T II.

Argumentum Obelisci Flaminij.

CVm Ægyptij magnam in duodenario numero vim & potestatem re-
positam esse cernerent, omnia serè sua huic symbola accommoda-
runt. Est enim duodenarius numerus, vt alibi diximus, totius Vniuersi
symbolum ; quo Angelicum Mundum dodecapartitum, duodecim Sphœ-
ras, duodecim signa Zodiaci, duodecim Cœli plagas, duodecim Elemen-
torum portiones, exprimebant ; hisce vnum supremum Numen omnium
moderatorem præficiebant. Quæ omnia Plato Ægyptiorum discipulus
cum primis Dialogo VI. de legibus approbat, eaque Ægyptiorum
mysterijs contineri Ficinus luculenter in præfatione, quam dicto VI Pla-
tonis de legibus Dialogo præfixit, demonstrat. Laudat, inquit, Plato duo-
denarium numerum & Vniuersum illum, qui duodenario illi prorsus accommo-
datur, ideo, quod duodecim sunt apud eum Mundi sphœrae, & signa duodecim
in Zodiaco ; & partes duodecim in Elementis, sicutem quodlibet ex quatuor
Elementis in tres diuiditur regiones, in summam, in infinam, atque medium,
non solum sita, sed & virtute etiam differentes ; adde Elementorum alterum
duodenarium, quo & substantiae Elementorum quatuor, & octo qualitates com-
prehenduntur. Qualitatum quedam masculine sunt, videlicet calor, frigus,
leuitas, grauitas; quarum prima & due alterationis principia sunt, sequentes due
principia motionis ad locum; quatuor vero feminæ sunt, quæ passioni magis subij-
ciuntur, scilicet humor, siccitas, raritas, & densitas. Hoc vero totum Ægyptio-
rum mysterijs contineri Iamblichus asserit. Accedit quod duodenario mensium
numero Sol dominus planetarum, & cursum peragit proprium, & varios pro-
ducit effectus. Denique singulas vult partes Cuiutatis ad Ægyptiorum normam
Deo consecratas existimari, propriè vero duodecim Dii, id est, duodecim Sphe-
rarum animabus, item duodecim Zodiaci signa regentibus, rursus duodecim
ordinibus Dæmonum cœlestia signa sequentium. Hinc Plato duodecim Vrbis por-
tas circuitū Vniuersi imitari debere asserit, deinde Deorum, Dæmonumque exer-
citum sub Duce Ioue in duodecim ordines esse dispositum; concludit tandem
Cuiutatis partes, tum per duodenarium tribuum numerum, tum vero per diui-
num cultum bis quolibet duodenario mensum solenniter institutum, sic ad Dei
manera preparari, ut Dii ipsi quasi insidentibus gubernentur. Hæc de Plato
Ficinus. Quæ sanè Obelisco nostro ita congruunt, vt ea Plato ex ijs
descripsisse videatur. Quod vt ostendatur, sciendum.

Ægyptios Mundum in duodecim plagas diuidere, teste Iamblico,
consueisse, cui vnum omnium Moderatorem præficiebant, quem
Hemphta sive Osiris supramundanus vocabant. Hunc omnia in omnibus
agere, hunc in tres inferiores sibi Mundos continuò influentem omnibus
vitam motumque conferre asserebant. Et quoniam calido-humidum
quoddam in natura rerum in Sensibili Mundo elucescentium, veluti to-
tius productionis fontem, & tanquam principium rerum omnium funda-

Obelisci
Flaminij
argumentum
Duodenarij
numeri præ-
rogativa.

Plato.

Marijan
Ficinus

Elementorū
virtutes &
qualitates

Iamblichus.

Plato.

Ægyptij Mun-
dum in 12
plagas diuide-
bant.
Hemphta sive
Osiris supra-
mundanus.

uit; hinc aptè sanè hæc per Obelisci supremum à vertice hierogrammatum veluti epigraphen quandam indicabant; & Osiri supramundano, & Momphæ summo, humido-calidi moderatori, qui tametsi in insensibili Mundo idem sint, in sensibili tamen ob effectuum diversitatem difserunt, consecrabant. Hic itaq; in Mundum duodecapartitum per duodecim Genios Solares, qui per duodecim Accipitres notatur, primò influit; quibus vti totius Mundi machinæ præsidium commissum est, ita in eo omnia quoque diuersis iuribus moderantur. Ac primò quidem in duodecim signa Zodiaci, mensesque ijs correspondentes, deinde in duodecim plagas cœli virtutem suam exerunt. Hinc singuli Accipitres columnæ certæ plagæ correspondenti insident, quâ effectus, quos in tali & tali plaga Genius ei præses operatur, per hierogrammata occultâ ratione indicantur. Et quoniam omnium rerum mundialium apud eos arbitrium constitutum est, hinc magnâ curâ & religione eos prosequebantur, nè omisso cultu ijs debito, & religione neglectâ, influxus suos beneficos suspenderent, atque adeo contrariarum potestatum dominio subdarentur.

Leges sacrae
in Obelisco
Flaminio
contentæ.

Solares Genij
duodecim.

Iamblichus.
Dij Mundū ab
Ægyptijs culti

Leges de sa-
crificijs ritè
instituendis
ab Ægyptijs
sacerdotibus
ponditæ.

Vnde in hoc Obelisco leges sacræ & Hermeticæ ordinantur, quibus quomodo & quâ ratione, quibus ritibus & cœremoniis in adytis suis diuinus cultus instituendus sit, quibus modis sacri duodecim Solares Genij propitiandi, & si quandoque ob neglectam religionem indignationem incurrerint, placandi sint, & oppositarum virtutum molimina propulsanda, verbo, totum per symbola appropriata signatum continetur. Aptè itaque per duodecim Siderei Mundi Solares Agathodæmones, nihil aliud, quam vnius Osiris diuersæ virtutes, quibus in inferiorem Mundum agit, signantur, quibus duodecim Elementaris Mundi terrestres Osires, per duodecim Apides indigitati correspondent, duodecim Horizontis plagarum præsides, qui virtutem à supremis virtutibus acceptam in reliquam inferioris Mundi œconomiam dispensant. Cùm itaque Sapientes Ægyptij viderent admirabilem quandam sensibilium rerum huius Mundi ad inuisibiles earum virtutes ordiné; sacram quandam & sacerdotalem doctrinam, Trismegisto duce, considerunt, quam solis sui ordinis hominibus notam esse voluerunt. A Mundo itaque, vti Iamblichus docet, exordientes, Dijs Mundanis, distributione quatuor in Mundo Elementorum à communi sortitione secundum mensuras Elementorum facta, à circumferentia circa centra in ordine revoluta, ad veritatem sacrificiorum facilem se accessum habituros confidebant. Cùm enim in Mundo essent, & vt partes continerentur in eo, quin & ab eo generari, atque à totis potentijs eius perfici se, quandamque vitæ naturæque portionem se ab eo consecutos intelligerent; in cultu diuino minime Mundum Mundanosque ordines sibi prætermittendos duxerunt. Cùm enim viderent circa quamlibet duodecupartiti Mundii partem esse quidem corpus aliquod, inesse præterea vires corporibus incorporeas ordine distributas; hinc sacrorum leges, id est, similia similibus eà industriâ distribuerunt, vt à summis ad ima per media omnes progredierentur, corpora quidem corporeis appli-

applicando, propria videlicet vnicuique reddentes. Leges itaque sacræ Dijs sacrificia summâ diligentia institui debere, docent; siquidem Dijs in terram descendenteribus omnes subiectas illis potentias una moueri, & ut Iamblichus docet, ut præcursoris pompasque præcedere credebant. Qui itaque vnicuique ex ijs non recte & legitimè sacrificat, neque quod cuique congruit, distribuit, neque vnumquemque proprio quodam honore & cultu prosequitur; hunc Deorum præsentiam non assequi, sibi persuadebant: qui verò omnia sibi Numinia propitia reddiderit, grata offerens vnicuique donaque simillima; hunc verè suâ spe minimè frustari, sed diuinum Chorum integrâ plenâq; præsentia suscipere sibi imagabantur. Vnde ex hoc capite religionis ritus minime simplex esse debebat, sed παραγέγονται, & ex omni harmonia, cunctisque, uti Iamblichus loquitur, Mundi speciebus constitutus; nouerant enim quanta virium multitudo, Dijs descendantibus, excitari soleat; quæ quidem omni effectu destituebatur, si vel vnius ritus vel vnius cœremoniæ circumstantia à sacrificio omittetur. Quia verò numerum Deorum humano ingenio incomprehensibilem sciebant, hinc vniuersam Genitorum seriem, duodenario numero comprehendebant, satis esse rati, si vel singulas duodecadum tūm Intellectualis, tūm Siderei, atque Elementaris Mundi Classes memorato religionis ritu, ad id, quod intenderent, coluissent; quemadmodum hic Obeliscus docet, vbi singulæ duodecadum Genialium Classes suas columnas habent, quibus ritus illis debitus describitur, uti ex contextu interpretationis patebit. Cultus verò hic præscriptus ea potissimum beneficia respicit, quæ rerum humano generi necessiarum vbertatem, aëris salubritatem, & beneficium Nili incrementum, quam munificam Deorum pluuiam vocant, concernunt; quæ quidem obtineri non poterant nisi per optimam annui spacijs dispositionem & temperiem, quam solo Deorum illius Præsidum munere se consecuturos sperabant; priuatum verò cultum, priuata quoque Deorum, quem quisque coleret, beneficia, utpote sanitatis, prosperitatis, sapientiæ, diuinationis, ac tandem θεοπάτερος beneficia consequebantur. Cultus verò peragebatur religiosa sacerorum amuletorum gestatione; quæ tantâ virtute & efficaciâ pollere arbitrabantur, ut vel gestata, Numinia potenter ad votis eorum annuendum, trahere crederentur. Ex quibus patet, quām ex hac apparente religionis sanctimonia Diabolus longas superstitionum catenas ad animas in æternam ruinam trahendas texuerit, quāmque Deo Opt. Max. summè obligemur, quòd per incarnatum Verbum à tanta nōs cœcitate eruere fuerit dignatus. Sed iam interpretationem ordiamur.

Numina singula similibus donis placabantur Ægyptij.

Duodenarium Genitorum numerum cur elegerat Ægyptij.

Cultus Deorum publicus alia dona, priuatius alia requirerat,

Amuletorum gestatio.

C A P V T III.

Prodroma quarundam rerum, quæ sœpe sœpius in hoc Obelisco occurunt, interpretatio.

Sacra tabulae
seu ouatae.
figuræ in
Obeliscis.

Occurrunt haud infreuenter vti in hoc præsenti Obelisco, sic & in secuturis, Schemata quædam ouatae figuræ, quas sacras tabulas Ægyptij vocabant, quarum hoc loco interpretationem præmittere visum fuit, ne in contextu interpretationis faciendæ, ob rerum de ijs dicendarum varietatem, Lectori confusione mingeremus; quare in sequentibus semper ad hoc caput, occultorum symbolorum rationes nôsse volentem, remittemus. Erant autem sacræ tabulae certa quædam symbolorum magis illustrium Syntagmata, quæ vti occultas Deorum operationes respiciebant, ita magnas quoque vires ad eos trahendos obtinere credebantur. Hinc eas separatim, tanquam eximium quiddam tûm in publicis Obeliscorum & Sphyngiū monumentis, tûm in adytorum parietibus incidebant, quæ deinde ex his veluti prototypis quibusdam excerptæ, diversisque lapidibus incisæ, in priuatum usum tanquam saera quædam periammata gestabantur.

Duæ tabulae
sacræ cele-
briores
A.B. & C.D.

Sunt autem duo potissimum magnæ considerationis, quæ in nullis non Obeliscis occurunt, & in hoe potissimum sœpe sœpius, vt examinanti patebit, eo symbolorum apparatu, quæm sequentia duò Schemata monstrant, adornata. Prius vocamus tabulam Momphto-Mendesiæ; alterum Osriacam, ad maiorem distinctionem, nominandam censuimus; & vti ferè semper Momphto-Mendesiæ tabulae Papilionē A, polymorphi Dæmonis symbolum, ita Osriacæ C Anserem, Osiris, & Isidis symbolum, impositum reperimus.

§ I.

Momphto-
Mendesiæ
tabula.

Tabulae sacræ Momphto-Mendesiæ expositio.

Hircinisccep-
tri significatio

Schema hoc litera B signatum, ouata figura insignitum est, quia vti per ouum Mundum indicabant, ita per figuram eius, cui Schemata hieroglyphica includebantur, ouatam, eorum Deorum, quos symbola significant, in Mundo operationes occultè insinuabant. Figuræ verò eiusdem insertæ tres sunt; prima est baculus ḥȝ̄μaqq@, id est, Hircino capite insignitus; secunda est statua Leonino vultu transformata, & Mompliā, id est, humido calidi, vti & Nilotici incrementi, præsidem significat; tertia est Nilometrium, quo Momphæ in Nilum potissimum dominium innuebant. Hircinum sceptrum denotat Numen, quod Ægyptij vocant Mendes (sic enim fœcundæ generationis Deum dicebant) & Numini, quod Græci Pana dicunt, & qui ualeat; de quo fusè in Obeli-



Obelisco Pamphilio fol. 274. & potissimum in Mendesio Nomo, uti Tomo primo fol. 18. ostensum fuit, colebatur. Leonina statua, Momphtam, id est, aquarum Numen denotat. Separata spectatur haec tabula oualis seorsim, eò quod maioris momenti mysteria contineat; ac proinde ob mysteriosam hanc symbolorum coaptationem, magnas ad Numen, quod referbat, sollicitandum, vires obtinere arbitrabantur, visitatissimum amuletum. Quo cognito, rationes, ex quibus illa symbola constructa sunt, tempus postulat, ut aperiamus, ut Ægyptiorum in communis symbolis, ingenium luculentius, & simul intentio & finis, ob quem hoc pacto instituerunt, patefiat. Sed ad Rhombum.

Primum locum in hac hieroglyphicorum congerie obtinent bina simulachra. Prius simulachrum *Λεωνόφερον*, rude quidem illud & impolitum, sed quod pennato suo vertice, Crucisque ansæ symbolo non obscurum diuinitatis argumentum præseferat. Simulachra verò illa hieroglyphica, data opera rudi quadam elaborabant Mineruâ, cum quia minutulas membrorum proportiones in saxo adeo duro insculpere difficile erat, tūm quod si subtili usi artificio sculpturam fecissent tenuiorem, facile temporis rerum edacis diuturnitate, aëris adhæc, cœlique iniurijs oblitterari potuissent. Ægyptij itaque cum æternitatem in operibus suis afferarent, tantum extrinsecis corporum lineamentis, & rudi quadam rerum effigie contenti, symbola ita profundè saxis insculpebant, ut nihilominus, quid sculpturæ innuerent, peritioribus rerum facile innotesceret; quod benè notandum.

Hanc autem iuxta interpretationem nostram superiùs factam Momphæ Niloticæ Numinis statuam esse, monstrat primò penna capiti supereminens, & Crucis ansæ nota, & forma Leonina.

Notandum autem, duplēm hic Momphæ considerari posse; supramundanum, & hylæum. Supramundanus, uti in Vniuersali humidi substantiam dominium absolutè exercet, ita hylæus substitutus eius in inferiori Mundo humidæ substantiaz tutelam susci-

Leonina statua significatio.

Figuræ Obeliscorum cur ruditer & clarare.

A B tab.
Momphæ-
Mendesia.

C D tab.
sacra Osiria-
ca.

Momphata
duplex, supra-
mundanus, &
Hylæus, quo
ad effectum
retamen-
vans.

Momphæ
habitus
explicatur.

Dei effectus
erni, natura
minime à nos-
bis potest.

Deus caru-
la veste in-
dutus cur
pingatur.

Porphyrius.

Penna in ea-
pice Mom-
phæ quid
significet.

Ex: c. 37:
Thargum
Hierosol.

suscipit. Vtrumque hoc loco expressum videmus, vnum reuera Numen; tametsi effectibus diuersum. Per pennam quidem in capite assurgentem significabant, difficultem inuentu esse naturam eius, & nemini conspicuam, sed sublimem non modò supra sensum, verùm etiam supra humanæ intelligentiæ captum; humana verò forma eundem vitæ Authorem, & Motorem, qui intellectu comprehendendi possit, circulatum indicabant: quoniam vt hominis corpus quidem cernitur, mens verò ipsa, quæ hominem à cœteris animantibus disiungit, cerni à nullo potest; sic etiam Dei summi Opificis actiones & motus, quæ ipse in sacris literis posteriora vocat (non Iecūs, ac Aristoteles, effectus posteriora, causas verò priora nominat,) ab humano intellectu cerni possunt, Mens verò ipsa & diuina natura creatarum rerum moderatrix in huius corporis carcere absolutè cognosci non potest. Quod pulchrè apud secretiores Hebræorum Theologos innuitur per quinquaginta portas lucis, quas omnes præter vnam Moysen ingressum aiunt, vt in Cabala docuimus. Et ideo, teste Porphyrio, cœruleâ veste indutum eum pingebant, vt cœlestem illum esse significarent, & in Cœlo habitare, nullius coloris, vel accidentis partipem, nullo terrenæ mixtionis inuolucro vestitum, etiam si nobis fortasse eum suscipere videatur, & modò irasci, modò placari, quemadmodum Cœlum ipsum, cum nullius coloris sit, propter interualli longitudinem cœruleum videtur. Sed audiamus verba Porphyrii; sic enim dicit: *Ægyptiorum autem Deorum symbola talia sunt: Creatorem Ægyptij Emeph, (me- lius Hemphæ) appellant, cuius imaginem informi hominis faciunt colore cœruleo, Zonam tenentem, & sceptrum, cuius in capite pennam ponunt, signifi- cantes difficultem inuentu esse Creatorem, & nemini conspicuum, viuificum etiā, & Regem, & intelligibili motu circulatum. Hic Deus, inquit, ab ore ouum producit, à quo nascitur Deus, quem Ægyptij Phta, Græci Vulcanum appellant; significatur autem Ægyptijs ouo Mundus. Vides igitur verticem penna sublimem, vides sceptrum, vides Crucis ansæ mysteriosam notam. Per pennam non solum, vt Porphyrius vult, Deum inuentu difficultem significabant, sed quod diuinæ essentiæ cognitio est ab humano intellectu remotissima: quia sicut penna Avium corpora in altum aërem, quod nos peruenire nequimus, eleuat; sic ineffabilis illa Dei essentia adeo alta, & adeo intellectus capacitatem excedit, vt ad eam cum plena cognitione pertingere nullo modo possimus; vnde & Psalmographus monstraturus, quantum diuinæ essentiæ intellectus nostri exiguitatem excedat, dicit, quod Deus volet supra pennas ventorum, & posuerit tenebras latibulum suum. Moses quoque, vt monstraret alta mysteria, symbolicâ quadam methodo duos Cherubin cum extensis alis posuit super propitiatorium. vbi Thargum Hierosolymitanum præter ea, quæ in vulgata editione sunt, sic habet:*

בְּחִכְמַת רֹוח נֶבֶאָה עֲבָר יְתֵ בְּרוּבִיא סְתָרִין:

In sapientia spiritus Prophetæ, fecit Cherubin ab utraque parte: quibus verbis magna quadam mysteria recondita significantur. Magnus ille Dionysius,

nyfius, mysticæ Theologiz Princeps, animam omni terreno affectu exutam, pennæ comparat; Penna, inquit, declarat ἐγώ ducendi celeritatem, ἐγώ quod cœlestē est, ἐγώ quod mouetur, ἐγώ quod ab omni rerum terrenarum studio & cupiditate abhorret; propterea quod sursum feratur; pennæ autem leuitas, id quod nulla ex parte est terrenum, sed totum sine admixtione ἐγώ grauitate sursum efferat. Porrò statuam prædictam sedentem fixerunt, insinuando per hoc, ut Porphyrius dicit, stabilem & incommutabilem virtutem; sedere autem fingitur, ut stabilis & incommutabilis virtus exprimatur; in manu sceptrum tenet, de quo fusè passim iam dictum est in præcedentibus; Leonino vultu est, ad vim potestatemq; quam in humida substantiam, virtute sua corroboratiua tenet, adeoque Nilum, cui præst, indicandum, de quo fusè in Hierogrammatismo Leonis Obelisci Pamphilij, quem consule. Sceptrum Ägymorphon appositum habet, quo vis Mendesia indicatur, Mendes enim sine Hircum Ägyptij, Numen genitalis humoris præsidem dicebant; aptè vero coniungitur Momphæ, siquidem nisi humidum fœcunditate polleat, frustra id in natura rerum institutum videtur, cum omnium rerum generatio in humido & calido, ut dictum est, consistat; rectè itaque Momphæa vis Mendesia tanquam ad generationem rerum necessariam adiungitur. Sed de his vide Obeliscum Pamphilium sol. 283. & alibi, ubi & de Momphæ, & Mendes uberrimè discurrimus.

Dionysius
Areopagita.

Momphæa
sedens cur
fingatur, &
Leonino
vultu.

§. II.

Niloscopij expositio.

Niloscopij
expositio.

SVb Hircino capite in hieroglyphico Syntagmate instrumentum occurrit, cuius Abenuaschia meminit, & non malè aliqui Niloscopium interpretantur, cuius vestigia adhuc aliquibus in locis videntur. Verba eius Arabica hæc sunt:

فَلَمَّا كَادُوا يَرِيدُونْ جَسَرًا لِلْجَلَهِ النَّيلَ كَادُوا يَصْرُوَا لِمَكْيَالِ الزَّيَارَهِ النَّيلِ
جَهْدُورَهُ الْذَّبِ الْأَسْدِ

Vt facundam naturam Nili monstrarent, illam structuram ponunt, quā incrementa Nili mensurantur. Idem Nilometrium Strabo hisce verbis describit: Συλήνες γάρ τοις μητρίαις, τοις δὲ ταῦτη πόλις εὔχεται ιερόν Κνεφιδίου, καὶ Νειλομέτρους δὲ μετρίων καθαύσασμάτων διπλή τῆς διχθῆ τῆς Νείλου σημειοῦτα τοῖς μέγιστας δὲ τῇ εἰλάχιστας, καὶ τοῖς μέγιστας. hoc est: Altera Insula dimidium stadium in Nilo ante Syenem posita, in qua ea Vrbs, quæ Knapbidis templum, ἐγώ Nilometrium habet; hic autem est puteus quidam in ripa Nili ex integro lapide constructus, in quo ἐγώ maxima, & minima, & mediocria Nili incrementa denotantur. Meminit huiusmodi instrumenti quoque post Herodotum, Diodorum, Apuleium, Plutar-chum, Ioannes Leo Africanus, qui huius structuræ se oculatum testem dicit: sic enim ait: E regione ciuitatis veteris in medio Nili Michios, hoc est, mensura, videtur insula, ex qua pro ratione inundationis Nili, eius anni prouen-

Strabo.

Ioan. Leo
Africanus
lib. 8.

tum per totam Aegyptum certissimâ ratione à priscis Aegyptijs adinuenta colligunt. Verum in describendo Niloscopio, utpote re passim notissima, non moror; vnum me in Arabicō textu Abenuaschiæ de Agyptiorum cultura suspensum perplexumque summopere reddidit, neque quid per iacentis & caudati animalis imaginem voluerit, intelligere valui, donec variam antiquitatem consulendo, tandem id, quod erat, subolfaciens, occultum verborum contextum inuestigauerim. Vult autem Abenuaschia hisce verbis nihil aliud dicere, nisi quod fuerit in similitudinem Sphyngis, quod apud Authores inundationis Nili symbolum reperi. Erant autem Sphynges (sicuti apparet ex ijs, quæ Romam ex Aegypto deductæ passim hinc inde in Urbe videntur) biformes statuæ, quarum prior humanam faciem, cœtera Leonem referebat, vti in Syntagmate Sphyngum docemus. Erant autem hæ figuræ ab Aegyptijs expressæ, non quod crederent, similia animalia ullibi reperiri, sed ad connotanda reconditora mentis sensa. Sphynges itaque sic expressæ stationem Nili Aegyptum inundantis denotabant. Cùm enim in toto Julio & Augusto Nili incrementa durarent, Sol autem dictis mensibus maxima ex parte Leonem & Virginem peragraret, genti ad portentosas & polymorphas rerum compositiones cœteroquin propensissimæ facile fuit, ex Virgine & Leone formare monstra, quas Sphynges appellabant; erantque propriæ statuæ Nilo consecratæ, ventribus incumbentes, quibus stationem inundantis Nili repræsentabant. Huiusmodi Sphynges videntur adhuc hodierno die in Horto Quirinali, ad fontem Capitolij, in Villa Burghesia. Harum Sphyngium magnus numerus, teste Plinio l. 36. c. 13, in Aegypto erat; quarum aliquæ ingentis molis in celebrioribus Aegypti locis, maximè verò circa loca, in quibus solet inundare Nilus, sicuti Heliopoli & Sai, & in deserto Memphitico, colebantur; in quo inter cœteras vna prodigiæ magnitudinis 143 pedes longa, & 62 pedes lata. Videntur autem habuisse simul officium designandi incrementa Nili, vti ex verbis Abenuaschia apparet. Imò dicam aliquid amplius; illa ipsa figura Nilometriji, quam hic Aegyptijs pro symbolo fœcunditatis Nili posuerunt, rudi suâ effigie nil aliud insinuare videtur. Confirmat opinionem nostram Pierius, qui ait, Aegyptios ad significandū incrementū Nili, quod Aegyptiâ linguâ Nun significat, Leonis iacentis hieroglyphico vlos esse, aitque, quod cùm Sol Herculei Leonis terga adit, Nili diluvium excitet, duplumque recentis aquæ Sole in eo signo commorante sèpius exundet, quæ vis aquæ per spaciosam Aegypti planitem latè diffusa, solum eâ fertilitate grauidum reddit, quâ non tantum indigenæ sibi alimentum colligant, sed magnam Orbis partem fame leuent; propter eam verò aquarum redundantiam, quam Leonis beneficio consequi se quotannis experiuntur, institutum est, & apud omnes Gentes vnu iam receptum, vt canales, tubique, & siphones, qui aquam eructant, per terebrata foramina in Leonina capita ad id locis opportunis adsculpi solita, aquam emitant, quæ Leonis rictibus euomi videatur. Atque hæc ita sese habere, testantur non pauci, qui in hunc diem Romæ visuntur, Leones ad

Sphynges
quid fuerint
apud Agy-
ptios:

Nili inunda-
tionem apud
Aegyptios de-
monstrabat.
Sphynges qua
occasione
confitebantur
Aegyptios.

Plinii.

Pierius lib. I.

Leonis ca-
pita cur fon-
tibus adhibi-
ta.

radi-

radicēs Capitolij, & fontem iuxta Ādem Diuæ Virginis de Victoria, qui plenis rictibus aquam eructant. Nè verò in hieroglyphicis inscriptionibus semper integrā Leonis, aut Sphyngis figurā ad Nili incrementum denotandum pingere cogerentur, ideo per ipsum eundem characterem, quo Āgyptij Astrologi Leonis signum præfigurabant, id est, per Ω caudam Leonis, illud ponere consuliūs iudicarunt. Characteres enim Astronomos signorum & planetarum ab Āgyptijs primò excogitatos, super ostensum fuit, & Deenus in Monade hieroglyphica sūsè probat, de *Densus*.

*Aquarij &
Leonis signa
seu characteri*

quibus & nos ex professo in Astronomia Āgyptiaca. Sed & signum infra positum (**) id manifestè monstrat; hoc enim symbolum aquæ esse, à similitudine figuræ aquæ vndulatæ depromptum, alibi copiosissimè demonstratum fuit, & ob eandem causam ab Āgyptijs, & communī Astrologorum consensu & approbatione pro symbolo aquarum assūptum: quod & proinde vbiunque in hieroglyphicis occurrit, humidum refert. Sed de his fusiūs suis locis.

*Āgyptij rerū
excellentiam
per contraria
rum apposi-
tionem deno-
tabant.*

Verū posset quis hic obijcere, quid Aquario cum Leone? Huic respondeo: cùm Āgyptij excellentiam alicuius rei vellent demonstrare, eos id maximè per contrariorum appositionem fecisse. Nam cùm Nilum præ ceteris Mundi fluminibus mirandis quibusdam naturæ dotibus ditatum perspicerent, vepote qui non tantum totius anni decursu maxima secunditatis argumenta monstraret, sed maximè eo ipso tempore, quo Sol Leonino æstu inflamatus omnia adurit, & cùm reliqua omnia flumina humoris inopia deficiunt, ille omnia plenitudine suā adimplere videatur, & contrà in Aquario maximū habeat sūz diminutionis statum, reliqua verò flumina non nisi in Aquario, Leonis opposito signo, diluuijs essent obnoxia; ideo ut hanc præminentiam Nili symbolicè exprimerent, Leonis signo supponere voluisse videntur signum oppositum Aquario.

*Leonis &
Aquarij signa
cur Nili inua-
dationem
significat.*

Quare siue hoc symbolum Nilometriū, siue Sphyngem, siue Leonem referat, perinde est, errare non poterit Lector, quodcumque elegerit; nam & Nilometriū, & Sphyngem, & Leonem singula inundationis hieroglyphica sūsse, paulò antè demonstrauimus; & potuit fieri, eas structuras eos construxisse, quæ & Sphyngem, & Leonem referentes, Nilometrij munere fungerentur; quod sanè simile quid sūsse & verba Authoris non tacitè, & Strabo lib. 17. Herodotus, aliquæ Antiqui, imò quotquot modò Nili statuæ inueniuntur, innuunt. Sed hæc omnia subtili Lectori vteriūs inuestiganda relinquimus. Quare ad secundæ tabulæ sacræ interpretationem procedamus.

§ III.

Secundæ tabule sacræ
Obelisci Flaminij expoli-
tio.

Gratitudo
erga Deum
pro beneficio

Secundæ tabule sacræ Osiriacæ expositio.

Si juxta Xenophontis præscriptionem, erga eos, à quibus beneficia vel minima recipimus, gratitudine quâdam debitâ obligemur, certè maximè erga Deum beneficentissimum, cuius beneficio omnia habemus, nos gratos esse debere non ratio tantum dictat, sed & lege diuinâ ad id nos obligari sacra pagina manifestè docet. Agnouerunt id certè præ cœteris Gentibus Ægyptij, quorum erga diuina Numina gratitudinem, amorem, reverentiam, propensum animum, ea dignè colendi studium & sollicitudinem luculenter demonstrat ille nunquam satis quæsitus. Osiris, tot portentosi in sacrificijs peragendis ritus, tot polymorphorum Numinum figmenta, quæ & in præsenti hieroglyphico Syntagmate posteritati veluti vnicum suæ erga Numina colenda voluntatis testimonium relinqueret voluisse apparet. Nam postquam diuinam illam Osiridis potentiam, ac in naturæ theatro elucescentem maiestatem, potissimum in fœcunda Nili natura, symbolicas repræsentassent, aliud ei à latere adiungunt hieroglyphicum Syntagma veluti cultus diuini ectypon, quo eum, à quo tanta beneficia reciperent, dignis honoribus colendum hieroglyphicè expreßerunt. Continentur autem in hoc hieroglyphico Schemate sex figuræ potissimum considerandæ: duæ statuæ, ferculum, triplicatus ramus, baculus seu thyrus, & iuncus marinus.

De duabus Statuæ.

Tabulae sacræ
expositio.

Prima figura sub forma sedentis *ἰερόπορφηρος*, id est, Accipitrino capite transformata, globum in capite sustinens, manibus Tauticum characterem tenet. Per *ἱερόπορφηρον* Accipitrem intelligebant Osirin, vt iam saepius ostensum fuit; per globum in capite, diuinitatem; per characterem Tauticum, motum seu influxum in Vniuersi Mundi penetralia. Altera figura est humano vultu, quæ tūm hīc, tūm in alijs Obeliscis variat; nam subinde calatho capiti imposito, nonnunquam pennato vertice spectabilis; in manibus iam literam *A*, modò sceptrum Cucuphæ capite insignitum tenet. Et nihil aliud hoc simulachro denotabant, nisi Osiridis asseclam, Solarem videlicet Agathodæmonem, cuius symbolum, quod manibus gerit, Alpha est; & cum hic idem varietatis Mundanæ præses sit, hinc subinde sceptrum Cucuphomorphum in manibus tenet, eius symbolum; calathus verò seu cidaris potestate in omnia tutelæ suæ commissa notat; pennatus verò vertex sublimitatem operationum, quibus incubit, signat, vt supra diximus. Opponitur huic è regione Osiris, vt ostendatur, omnem virtutum in Agathodæmonem hunc deriuatarum varietatem, immediate ab ipso bonorum omnium affluxu, Osiri inquam supramundano procedere; quæ & conuersio vnius ad

ad alterum, & signum Tauticum, quod Osiris manibus tenet, huius diuinis affluxus symbolum, aperte docet. Sed de his alibi susiūs. Ansatae Crucis symbolum siue Tauticum sigillum manu gerit, diuinæ mentis inviuersas Mundi semitas se diffundentis symbolum. Hunc characterem ab Hebræis mutuatos esse Ægyptios verisimile est, utpote curiosos figurarum obseruatores; utrisque quidem mysticum, sed diuersorum mysteriorum significatione discrepantem. Falsum tamē est, characterem hunc apud Ægyptios significare, vitam venturam, quemadmodum vult Ruffinus, Suidas, alijque Authores; sed verisimile est, totum hunc rūmorem exortum esse à Iudeis, qui cum temporis Ægyptum exules peruagabantur; videntes enim signum hoc T toties in imaginibus eorum repetitum, passim salutem suam venturam ex Patrum suorum traditione interpretabantur. Nos illum characterem nihil aliud apud Ægyptios significasse dicimus, quam, ut dixi, diuinæ Mentis in rerum omnium productione motum & diffusionem.

Character
Tauticus ab
Hebræis mu-
tuatus.

Tauticus cha-
racter quid
apud Ægy-
ptios signifi-
cat.

De Ferculo, seu Feretro.

Simulachris iam explicatis immediate subiicitur ferculum, Φέρετρον à Græcis dictum; quod symbolum fuit, diuinum honorem Dijs exhibendi. Solebant enim Aegyptij plerumque instrumenta illa, quorum in sacris usus erat, pro symbolis hieroglyphicis assumere. Feretro enim usos esse in statuis seu simulachris Deorum solenni pompâ circumferendis, ex Luciano, & Apuleio Isiacam pompam graphicè describente luculententer patet. Fuisse autem huiusmodi feretra cistarum ad instar, apparet ex eius in multis Obeliscis figura; & ex Apuleio colligitur fuisse cistam secretorum capacem, eo quod Aegyptij in ijs occultare solebant operanea sacra, quæ sic dicta, quod operta essent, neque exposita profanorum oculis; quæ & à Græcis mysteria dicuntur, Suida teste, Διὸν τὰ μοῖρα Τεσσάρα à claudendo ore; quod scilicet deceat eos, qui audiunt diuinas cœremonias, & religionis arcana, os obturare, nec ulli mortalium enunciare. Erant autem ijs inclusa phalli seu veretra siculnea οὐδεὶς αὐτα Osiridis & Isidis; quæ quid propriè fuerint, fusè alibi dictum est; unde & huiusmodi cistæ à Suida dicuntur κίστη ἵστη, hoc est, cistæ sacræ, à quibus κίστης dicebantur iij, qui eas baiulabant, qui ad beatum hoc ministerium ex selectissimis personis eligebantur; adeo quidem, ut Lampadius & Aelius Spartianus notent, huius etiam se pompæ choragum constituisse, sacrarumque honorem cœremoniarum non deditum olim Commodum Imperatoarem; Sacra enim Isidis coluit, ut & caput raderet, & Anubidis statuam portaret. Atque ex hac Comafiarum solennitate profluxisse Ithyphallia, Dionysij sacra Græcorum, testatur Plutarchus, qui phallum geri solitum ponè Virgines Canophoras, & phallicum Cani; erant autem Canophoræ Virgines ingenuæ, quæ canistra capite gererent, in quibus omnes primitiæ essent repositæ.

Ferculum seu
feretrum,
eiusq; signifi-
catio hiero-
glyphica.

Lucianus.
Apuleius.
Operanea
sacra.

Cistophori,
cistæ sacræ,

Ithyphallia.
Plutarchus.
Canophora.

Ferculum igitur illud ubique in hieroglyphicis occurrit, semper

Clement.

per solennitates in honorem Deorum instituendas significat. Fuisse autem circumportatas quatuor simulachrorum aureas effigies, testatur Clemens Alex. videlicet duos Canes¹, Accipitrem, & Ibidem; ego arbitror, fuisse unum Canem, unum Lupum, unum Accipitrem, & unam Ibidem; Dictum autem est, duos Canes, ob similitudinem Lupi cum Cane; sic enim melius iuxta seriem historiarum Aegyptiarum progredi poterimus. Dictum autem esse quatuor literas apud Aegyptios, quasi dices, quatuor Elementa; hac enim coniunctione diversa omnium rerum conceptus exprimuntur: hinc ex quatuor Elementorum contemplatione quicquid in rerum natura est, existit. Lupus autem denotat terram, quem terrestrem aiunt; Ibis aquam, Canis siue Anubis aerem, Accipiter ignem; quae pulchre sane in Bembina tabula, cum ijs symbolis, & instrumentis, & feretris instructa, quemadmodum diximus, expressa sunt, ut suo loco dictum est.

De Ramo inverso.

Agyptios in dicta Comasiarum solennitate ramos portasse, superius ex Clemente & Apuleio sat ostensum fuit quas (solennitates οὐρανίας vocabant) qui id testatur his verbis: Διὰ δὲ τὸ συμβόλων ὡς ἐπὶ τῷ ξεχισθέντοι θύμῳ, ἐν τοῖς τῷ Θεῶν τεμένεσιν εἰλακτοῦ θύμῳ Αἰγυπτίοις, καὶ τῷ θυμῷ Θεαλλῶν τῷ διδομένων τοῖς θεοποιάσθαι. Per symbola autem ut ea rota, que vertitur in Deorum templis, quae trahuntur ab Aegyptiis, et rami, qui dantur ijs, qui adorant. Sic etiam Orpheus:

*Ramorum ast quies sunt hominum terrestria curae,
Non uno sunt facta loco in mente omnia circun-
Voluitur, nec fas una est consistere parte,
Sed quam cœperunt cursum parte omnia seruant.*

Ramorum
festum in
honorem
Bacchi.
Pausanias.

Festum taber-
naculorum
Iudeorum.

Certè apud Athenienses festus erat dies ramorum nomine insignis, quo in honorem Bacchi, teste Pausania, præferebantur οὐρανοί, hoc est, tenues rami, maximè vitis, unde οὐρανία, id est, ramorum circumportationis celebritas, & οὐρανός, seu ramiferi appellabantur pueri sacrorum ministri, qui acceptos vitis ramusculos ex Bacchi templis in Mineruæ Schirradis ædem deferebant, ut disertè testatur Scholiastes Nicandri: Οὐρανοί δὲ λέγονται Αἴθιοντοι πάρδες αἱμοφιθαλεῖς ἀμιλλόμαι τῷ φυλαῖ, οἵ λαμβανόντες επίμαζα ἀμπτύες τῷ περ τῷ Διονύσῳ ἐπέχοντες τὸν συρράδοντα Αἴθιοντας ιερὸν. Quod autem Deos venerantes, & manum, & ramum, secundum veterem ordinandi ritum, Θεῷ admodum erent, hinc D. Hieronymus rectè vertit; *Et applicabant ad manus suas ramum, In signum scilicet adorationis, quam Soli præstabant.* Hebræos quoque ijsdem cœremonijs in cultu Dei usos fuisse in festo tabernaculorum, sacræ literæ referunt, & disertè testatur Joseph l. 3. antiquitatis verbis: Οἱ λαοι τὸ μετεπέμψαντες, καὶ θύειν τῷ Θεῷ τοιεχεισθεα φέροντες ἐν τῷ χεροῖς επεστρέψαντες μηδεπίτης, καὶ ιτας συνηράδην Φοίνικας τοποτερόν τῷ μίλει τῷ Ταῖς τερεσίας περιστάντοι.

Vidi-

Victimas Deo immolantes, & pro gratiarum actione sanctificantes, manibus interim gestant ramos myrti & palmae, ex quibus mala persæ dependebant: In quo siue Aegyptios Hebreos, siue hos illos imitatos fuisse, patet ex eo, quod Horum ramis perseæ & loti venerabantur, ut significarent cor & linguam Deo dedicandam esse. Nam ut supra dictum est, perseæ frontes habet in linguae speciem acuminatos, fructus vero in cordis formè effigiem deformatos. Hos & Aethiopes imitatos, patet ex Heliodoro, qui Reges aut Magnates excipientes obuiam venire ait loto coronatos, & palmarum ramos in honorem ipsorum quatentes; verba eius sunt: Τὰς κεφαλὰς τῷ Ναὸν λότῳ κατέρρευτες, καὶ Φοινίκων θύσες τῷ χερσὶ κατάσπειντες. Itaque si quem insigni populi fauore honestatum, omniumque celeberrimo plausu & laetitia exceptum significare vellent; hunc φυλλοβόλομέρου dicebant, quia non solum ramos illos exhibebant, sed præterea folia & flores in benemeritos spargebant; quod genus, inquit, neque thus, neque aliam victimam offerebat, sed folia, veluti primam pubescens naturæ lanuginem manibus decerptam, à qua herbæ, & fruges, atque omnia terrâ orta producuntur, & adolescentur. Atque hactenus de ramis in publicis solennitatibus circumportari solitis; iam locus postulat, ut de hieroglyphico nostro ramo, quid ille hic significet, agamus. Hic frequenter est, adeo ut vix pyramidem sine eius frequenti occursu inspicere liceat. De his cum amplissimè in Hierogrammatismo de herbis Aegyptiacis Obelisci Pamphilij, & supra in Obelisco Lateranensi egerimus, nonnulla hic ex ijs, ad maiorem rerum intelligentiam, repetenda duxi.

Ramus est triplex, & inuersus. Ramum perseæ arboris fuisse, & diuersam habuisse symbolorum significationem, ex ijs quæ sequentur, patet. Persea est arbor peculiaris Aegypto, omne solum præterquam patrium adeo respuens, tantaque dissidia cum reliquis terris habens, ut eis inserta veluti indignabunda, nec germina, nec fructus proferat; cuius descriptionem vide apud Theophrastum. *Est in Aegypto alia quoque arbor, persea dicta, aspectu magna formosaque, folio, flore, ramo, totaque figurâ potissimum pyro vicina; nisi quod altera folio perpetuo, altera deciduo est; fructus abunde parit, omnique tempore perficit, quippe nouos semper occupat, matritas anniuersariorum afflatu conficitur, reliquam crudiorem afferunt atque recondunt; ex hac simulachra, & mensas, & reliqua similia faciunt.* Vnde patet, falsam esse eorum opinionem, qui putant, eandem esse arborem ex Persia in Aegyptum translatam; falsam quoque Pierij, aliorumque sententiam, eam cum malo Persico confundentium. His igitur ramis Aegyptij in solennitatibus vtebantur; his loco symbolorum vtebantur; hanc Isidi, teste Plutarcho, consecrabant, & Harpocrati, eò quod ab ipsis primo sit plantata in Aegypto, non à Persa, ut perperam quidam interpretantur, sed ob maximas huius arboris utilitates, quas iuxta foliorum triplici ramo insertorum numerum computabant. Primò quia simulachra Deorum, teste Theophrasto l. 4. c. 2. inde siebant; secundò, eodem teste, mensæ templorum; tertio litui; quartò Harpocratis folium inde construebatur; quintò ob fructus gustui gratissimos; sextò ob oleum inde

*Horus.
Ramus perseæ
& loti Horū
venerabantur
Aegyptij.*

*Heliodorus.
Ramos ma-
nibus præfe-
rentes exci-
piebant
Aethiopes
Reges.*

*Ramus tri-
plex & inuer-
sus in Obelis-
cis.
Persea arbor.*

*Theophrastus
l. 4. c. 2.*

*Persea ramo
eur Aegyptij
in solennita-
tibus & hie-
roglyphicis
vtebantur.*

inde expressum magni usus; septimo ob nucleos in varios sacerorum usus; octauo folijs tempa ornabant; nono, ea simulachris proternebant; decimo, aefacta igni alendo inseruiebant; undecimo in Harpocratis ornamentum, utpote quod nunquam in Bembina tabula abetie videtur, adhibebant; duodecimo denique, multa arcana, de quibus in sequentibus, per ea significabant.

perseae semen
per viridis,

Perseae ramus
triplex, &
quatuor
vniuersitatisq;
folia, quid
significent,

Diodorus.

Perseae folia
hieroglyphice
rerum vegeta
bilium gene
rationem
significat,

Perseae folia
rami inuersi
quid significent,

Perseae arbor
cur semina
tions & plan
tations sym
bolum,
Abenephi.

Persea igitur primò semper vitidis, nunquam decidua folijs, semper fructibus referta, semper floribus, cuius arboris egregiam indolem Aegyptij non male repræsentasse videntur per triplicem illum ramum, quorum unusquisque quatuor foliorum seu florum serie conspicuus, decorus folijs vergentibus, suis tribus veluti pomis seu fructibus arboris protuberantibus. Quo quidem totam nobis seriem plantationis seu seminationis rerum ob oculos posuisse videntur. Quid enim aliud per tres ramos notabant, nisi tres anni partes (in quas, iuxta Diodorum, annus, præter quadripartitam trium mensium diuisionem ab Aegyptijs diuidebatur) æstatem, hyemem, & ver? quarum unaquaque iterum in quatuor menses dirimitur, per subnascentes istas quatuor foliorum unicuique ramorum applicitorum series significatas; quibus ramis rerum vegetabilium generatio significatur. Sicut enim semen perseæ (aut folia terræ indita) quatuor mensibus, hoc est, prima anni parte, neimpe hyemali putrefactum, geniali concepto calore paulatim ad germina disponitur; secunda anni parte, hoc est, quatuor mensibus vernis insurculos; folia, calices, flores erumpit; & tertia demum anni parte, hoc est, quatuor astius mensibus, in fructus protuberat, qui Etesiarum flatu ad maturitatem perducti nouam seminis copiam suppeditant pro reliquo anno; sic inquam omnis rerum vegetabilium generatio contingit. Primo enim conditum semen intra terram paulatim ad vitam disponitur; quo facto, in germina, folia, flores mox prorumpit; tertio in fructus, qui est finis vegetalis animæ. Quem circularem vegetationis motum non male quoque expressisse videntur per inuersam plantam; nisi enim arbor omnis & planta quodammodo inveratur, & superiora inferiora fiant, iuxta dictum Hermetis, quod superius est, fiat inferius, & contra; hoc est, nisi fructus, & semen terræ reddantur; nunquam fructus producit, teste vel ipsomet omnis Sapientiae fonte, *Nisi granum frumenti cœdens in terram mortuum fuerit &c.* Fructus igitur in hisce ramis superiori loco sunt, ex quibus deinde semen terræ mandatur, unde nouis succrescentibus ramulis, folijs, floribus, noui paulatim fructus quoque nascuntur. Atque ex hisce haec tenus apparet, cur ramis perseæ in publicis solennitatibus usi fuerint, Cum verò frustra terræ mandetur semen, nisi Osiris ille cœlestis accedat, ac fœundo suo influxu illud animet; ideo Osiridem & Isidem, veluti plantationis & seminationis huius arboris inuentores, statuunt. Ideo verò pro symbolo seminationis & plantationis hanc acceperunt; siquidem Osiridem & Isidem ex indole & ingenio huius arboris reliquam seminationis rationem inuenisse. Auctor est Abenephi, ut supra patuit. Cum igitur tot ac tanta bona secum adferat huiusmodi planta, inerit.

meritò eam in solennitatibus in beneficij tanti ab Osiride præstiti memoriam circumtulerunt; hic enim:

*Primus inexperta commisit semina terræ,
Pomaque non notis legit ab arboribus.*

Cùm verò frustra omnis seminatio fiat, frustra omnis plantatio, nisi Osiris ille cœlestis accedens, motu suo illam viuifiet; Isis quoque influxu suo sœcundo viuificatam humectando & vegetet, & augmentet; aut nisi, iuxta Plutarchum, Isis, hoc est, prægnans terra semine à Nilo, hoc est, ab alluvione & sœcundo defluxu animetur; hinc nè aut Osiris, aut Isis decesser, tanto sacrificiorum apparatu illos allectare contendebant; in hunc finem per seæ solaris arboris rami circumportantur; horum enim similitudine quâdam Osirin facilius influxum suum vegetabilibus datum confidebant.

De sceptro recurvo.

Hoc sceptri curvi signum nos thyrsum ferulaceum interpretamur, quod nimirum litui ad instar sit recurvus; in Arabico enim Abe-nphi est *كَسْبَةَ الْكَسْبَةِ*, quod per hoc nomen in Arabica virgultum, thrysus, ferula, instrumentum hostile, pertica, virga, flagellum, ut ex Camus Arabum, & Granatensi Lexico apparet, significetur. Ferulam autem nos dicimus thyrsum ferulaceum, quia thrysus non necessariò ex ramis vietum, sed quibusvis oblongis teretibusque caulum baculis assumptus, cuiusmodi ferula est, hasta dicebatur. Thyrsum autem dictum circumferabant, eò quod thrysus & ferula Baccho seu Dionysio Aegyptio attribueruntur, iuxta illud Statij:

Qui molles thyrfos, Bacchæaque cornua.

Et alio loco:

*Non tamen aut teretes thyrfos, aut mollia gesti.
Pentheo.*

Item:

Mollia Nysæis armati brachia thyrsis.

Ouidius quoque:

Et fronde virentes, coniiciunt thyrfos.

Sidonius quoque:

Indica Echioneio Bromius rotat orgya thyrfo.

*Sceptrum
recurvum.*

*Thrysus
ferulaceus.*

Bacchus.

Osidius.

Circumportabant autem, & loco symbolorum habebant thyrfos ferulaceos, eò quod eos portaret Dionysius; vnde & lib. 2. præparat. Euang. ab Eusebio *οὐρανοφόρος* seu *θυριστός*, & *θυριωτός*, hoc est; qui thyrso regnat, *εἷς οὐρανοφόρος*, *εἷς θυριστός*, *εἷς θυριωτός*, dictus est. Hinc Orpheus in Hymnis ipsum cum thymiamate Styracis venerabundus inuocat his verbis:

*Dionysius
Sup̄erphō-
tōs, θυριστός,
θυριωτός
enr dictus.
Eusebius.*

*Inuoca legiferum Nartbicophorum Dionysium,
Laudatum Eubuli semen, cui nomina multa,
Sacratum castumque Misen, Dominumque verendum;
Qui mas & mulier, duplex Lysæus. Iacchus,
Seu te sacrate templum delectet Eleusis,
Seu Phrygia cum matre Deum mysteria tractas;
Seu Cypri Cythæria tenet te compa capillos;
Seu tu frugiferis campis lætaris honesta
Matre Dea tecum magnifica Iside gaudens,
Ægypti prope flumen.*

Cur verò ferulaceus thyrſus Libero Patri seu Dionysio Aegyptio, quem nos eundem cum Osiride seu Sole in Ob. Pamph. demonstrauimus, assignetur, varij varias dant rationes. Eusebius *væḡmop̄egv*, id est, feruligerum appellat, rationemque dat, quod homines poti si in furorem agantur, ac tē inuicem feriant, vt se mutuis vulneribus confodian, ferulis vntur, quarum iectus latus, sed non lethalis est. Plutarchus in Sympoſio aliam assignat rationem; ferulam & obliuionem Baccho dari, cui vel parum conueniat, errorum inter pocula deinceps reminisci, aut si qua in parte peccatum sit, puerilis & leuis reprehensio ſufficiat; quin & pueri terula caſtigentur. Alij dicunt, quod ferula Baccho aptissima sit, vt infirmos ebrietate pedes leui hoc pedamento regant ebrij. A Latinis dicta ferula à ferendo, quod illius caules ſenibus pedes ac ſcipiones effent. Theophrastus ita describit: *Ferula grandis admodum ſurgit, vnicau- lis, & geniculata à genibus caulinis, vt folia alternatim grandia multifida, capillamenti modo extenuata, maxima, vt que terræ proxima ſunt, caulem ample- xantia, vt arundines, ſemen Anethi, &c. In Ægypto cum magno prouentu fru- ticat; Ægyptiaci ſunt caui, cæteri plerique fungosam intrinſecus obtinent me- dullam.* Sed nos hiſce relictis videamus, cur Aegyptij hiſce ferulaceis thyrſis pro ſymbolis vſi ſint. Ac primò quidem Osiridi seu Dionysio Aegyptio attribuitur, eò quod docuerit primò vitem plantare, ac eam thyrſo ferulaceo veluti ſtatimini ſuſtentandæ viti aptiſſimo applicare. Cum enim ferulæ, iuxta Theophrastum, in Aegypto quinque aut ſex cubitorum plerumque prouenant in magna copia, ijs Osiridem primò pedamentorum loco in ſatione vini vſum veriſimile eſt. Thyrſus igitur ille ferulaceus ſymbolum ſuit apud Aegyptios vini vitisq; vſus; hinc & promiscue Osiridi & Isidi in tabula Bembina attribuitur; ad quem vſum etiam arundinem in Italia potiſſimum cultam ſcribit Plinius; vel quod ex eius interuallis coniugatis compingeretur ſepenis, vt Ouidius ait, ſiſtula cannis. Ζεγν enim vocabant Antiqui coniunctam arundinem, paria & μεζογία fabricandis Musicis instrumentis idonea. Horum cauis, teste Macrobius, teneros racemos vitis & hœderæ imponebant, vnde incurvabantur in ſuperiori parte, quod mysterio non carebat. Præterea ex ferulaceis thyrſis eos lituos, ſicuti ex arundinibus, concinnasse teſtatur Herodotus. Cùm autem Osiridi non vini tantum inuentione per thyrſos

Eusebius.
Ferula euc-
Baccho ſeu
Dionyſio
attribuatur.

Plutarchus.

Ferula à fe-
rendo diſta.
Theophrastus

Ferulaceis
thyrſis cur-
Ægypti utan-
cur pro ſym-
bolis.

Plinius.

Litu ex feru-
laceis thyr-
ſis.

Herodotus.

ios ferulaceos, ut dictum est, significatam, sed & Musicæ quoque attribuerent, ut refert Diodorus; certè per nullum aliud symbolum melius eam exprimere valebant, quam per ferulas & arundines, ex quibus Musica primam traxisse originem in Aegypto testatur Plinius, & Theophrastus; cùm vtraquè flexum recipiat, vtraque caua in Aegypto proueniat. Aegypto enim scatente palustribus locis, & proinde nequaquam carente herbis, dictis locis, in quibus ferulae & arundines prouenire solent, cùm inter cœtera deprehendissent, multa genera ferularum & arundinum flexum recipientia, & intrinsecus caua, viderentque sono prouocando apta; tandem vtraque fistulis & lituis inueniendis crebra interueniente experientiâ, occasionem præbuit, iuxta illud Ouidij.

Herodotus.
Arundo cur
Baccho tri-
buatur.
Musica in-
Aegypto in-
uenta.
Plinius
l. 16. c. 36.
Theophrastus
l. 4. c. 12.

Et leue cerata modulatur arundine carmen.

Vnde & Græcè καλαμοί, quæ vox passim à Latinis Poëtis quoque recepta, ut ait Manilius agens de vi Musicæ.

Et graciles calamos, et neruis infita verba.

De quibus vide innumeros passim Poëtas. Arundo apud Theophrastum vocatur ζύγιτης, quam Gaza vertit stramentarium, iugalemque nominandam existimat, quod eâ vites in iugum alligarentur; quam necendæ vites rationem docet Collumella.

Gaza.
Columella
l. 4. c. 17.

Præterea Theophrastus cit. loco, duo genera facit arundinum: primum ἀνθεῖον, quam tibialem Plinius interpretatur; & alterum πλόκυμον; id est, textilem, Gaza interpretete, fortasse quod ex eius folijs tegetes, & spiræ, atque alia id genus fierent; ubi Plinius affinitatem vobum apud Theophrastum, pro πλόκυμον legit πλοιαρια, quasi natitantem arundinem. Sunt enim Aegyptij calami; teste Plinio, & Cretici, quos Ζεινοὶ appellant, eo quod ab ijs optimè sagittæ quoque fierent. Has Theophrastus testatur loco citato, tempesiue cædi solitas ante Antigenē, cùm adhuc simplicius tibia canerent sub Arcturo mente Septembribus, sic enim cæsas multis post annis vtiles esse, multaque sonandi exercitatione indigere, sed ora linguarum conniuere, quod erat illis ad res populo significandas vtilius. Postquam vero varietas fictioque accessit, cæsura mutata est. Horum calamorum in Aegyptiacis solennitatibus visitatorum meminit Apuleius his verbis: *Iabant et dicati magno Serapidi tibicines, qui per obliquum calatum ad aurem porrectum dextram, familiarem templi Deique modulum frequentabant.* Imò vt multa paucis complectantur, Aegyptij hoc thyrserum ferulaceorum, qui partim manibus Deorum inserti spectantur, partim in festis solennioribus circumferri solebant, symbolo nil aliud denotasse videntur, nisi plantationem vitis, & Musicæ inuentionem, quam quidem non ita ad literam accipicbant, sed ad mysticos & anagogicos sensus prorsus applicabant; sunt enim in singulis Mundorum ordinibns suæ plantationes, suæ vites, & harmoniae, quo potissimum alludebant.

Arundinum
duo genera.

Apuleius.

Thyrserum
ferulaceorum
symbolum
apud Agy-
ptios.

bant, ut in Sphynge mystagoga in Zoroastris Oraculorum expositione dictum est.

In thyrso
sceptro Osiri-
dis tria co-
sideranda.

Attribuitur igitur Osiridi sceptrum seu thrysus iste fistularis, ad eius potentiam denotandam. Tria igitur sunt consideranda in hieroglyphico thyrso sceptro. Primo potentia Osiridis, cuius symbolum sceptrum erat huius formæ; deinde ratio vitis plantandæ, & ad ferulam seu arundinem applicandæ methodus, quam inuentionem eius esse propriam ex varijs suprà probauimus. Secundo fistularum & lituorum compositio, quam Pana seu Mercurium primo ex calamis huiusmodi consecisse varie quoque monstratum est; ex eis postinodum Musicæ profluxerunt proportiones. Tertio deinceps, loco sceptri quoque in manu Osiridis & Isidis videtur, & hoc pacto sexies in tabula Bembina huiusmodi thrysus fistularis & sceptrum recuruum in modum obliqui calami ex parte extum representatur, quo non inobscure potentiam, rerumque ab ipsis inuentarum vini & Musicæ seu harmoniæ præstantiam significare voluerunt. Nihil igitur aliud est signum hoc, nisi thrysus ferulaceus, aut arundineus, dictarum rerum symbolum hieroglyphicum, uti demonstrauimus. Sed nunc ad tertium symbolum procedamus.

De Iunco Niloticō.

Iuncus Nilo-
ticus, seu pa-
pyrus quid
significet in
hierogly-
phicis.
Plinius.
Hermolaus.
Donatus.

Papyrus seu
scirpus qualis
planta.

Theophrastus.

Tertium in ordine locum obtinet Iuncus Niloticus, vel mauis, scirpus leuis, & enodis papyrus, qui & à Plinio, Hermolao, & Donato cum papyro seu biblo confunditur; quo Ægyptij primo nihil aliud significare voluisse videntur, nisi literarum ac scriptiorum nobilem inuentionem, à Mercurio Ægyptio, seu mauis, Osiride & Iside primo repertum, ut testatur Diodorus: secundò rerum omnium necessiarum suppeditationem; siquidem ex papyro & scirpo, omnium propè rerum usui humano necessiarum copia suppeditabatur; unde eum semper Daemoni polymorpho, per Papilionem dracontomorphum indicato, tanquam rerum necessiarum præsidi appositum spectamus. Est autem planta leuis ὁξυον, foliorum loco stilos, seu culmos, seu virgas profert erectas, rotundas, tenues, enodes, cubitum & sesquicubitum altos, herbaceo colore virentes, acutis cuspidibus, candida medulla referatas, ellychnium referentes, & usu supplentes. Theophrastus inquit, *Scirpus* est *Iunci* quædam species leuis & enodis, inde cribra faciunt in Ægypto. Alij Iuncorum usum in nassas marinas reseruant; alijs, Plinio teste, iunci medullam in lucernarum lumina veluti ellychnium adhibent. Verum cum de hisce amplè in Obelisco Pamphilio tractauerimus, eò Lectorem remittimus.

Iunci Niloti-
ci significata.

Habet autem Iuncus hic tot significationes, quot rebus appositus fuerit: aliam enim habet significationem solus positus, aliam cum cribro, aliam cum musca, aliam cum alijs. Hoc loco adiunctis symbolis nonnulli putant inuentionem rerum ab Osiride factam indicari, & nihil aliud signi-

significari, nisi literarum nobile inuentum; quā id de causa, breuiter videndum est.

Constat Iuncum, seu scirpum, aut mauis, papyrum, (confunduntur enim hæc à plerisque Authoribus, vti ex Plinio Hermolaus Barbarus, & Donatus monstrant) plantam esse. Iuncus enim est leuis oxydænus vulgaris, foliorum loco stolones, seu calamos, seu virgas profert rectas, rotundas, tenues, leues, enodes sesquicubitum altas, herbaceo colore viuentes, acutis cuspidibus mucronatas, candidâ medullâ refertas, ellychnium referentes, & vsu supplentes; & talis papyrus est, nullaque in parte prouenire frequentius, quām in Ægypto, testantur quotquot de cursive scriperunt Botanici. Et hic Iuncus, ob egregias suas utilitates, easque multifarias, pro varijs quoque passim symbolis assumptus est, vt in sequentibus fusè videbitur. Hoc verò loco positum, symbolum esse literarum ab Osiride inuentarum, testatur Horus ipse lib. 1. & 38. Αἰγύπτια ἡ γένηματα δηλουστεὶς οὐ τερατομάτα, οὐ πέρας μέλαν, οὐ κόκκινον, οὐ χρυσὸν ζωμένα φέσται. Ægypti aut literas, aut sacrum Scribam, aut finem significaturi, atramentum, cibrum, & iuncum ponebant; quæ omnia diuersas habent significationes. Ægyptiacas significat literas, quod his omnis apud eos scriptura compleatur, iunco enī & non alio quopiam scribunt; libenter igitur assuebant pro symbolo literarum illud instrumentum, quod ijs primò scribendi dedit esset occasionem; nec enim iuncus tantum suppeditat calamos, sed & chartam, utrumque enim ex eodem fieri testatur Theophrastus, & Plinius, & post hos Prosper Alpinus.

Iuncus, seu
scirpus, seu
papyrus agni
ficat inuen-
tionem litera-
rum.

Atque hæc sunt sacrarum tabularum bina schemata, quæ cum nulli non, tūm in hoc præsenti Obelisco, tūm in cœteris occurtere soleant, opportunè ea hoc loco exponenda duxi, nè in contextu, vt dixi, interpretationis eorundem explicatio fusior remoram aliquam inijceret.

C A P V T I V .

Singulorum Obelisci laterum interpretatio.

§ I.

Epigraphes sive inscriptionis Obelisci interpretatio.

Epigraphe
sive inscriptio
Obelisci Fla-
minij.

A

PRIMA huius Obelisci in singulis lateribus est humana figura throno insidens, baculum Cucuphæ seu Vpupæ capite insignitum tenens, cui è regione Androsphynx mirata, & abaco incumbens apponitur; & in primo quidem latere Meridionali figura humana nuda, velato vertice ἵππος, id est, Accipitrino capite transformata est, in reliquis humana facie gaudet. Quæ quid indicent, videamus.

Simulachrū
Accipitrino
capite.

Sæpe iam dictum fuit, & fusè demonstratum, simulachrum humanum Accipitrino capite transformatum, nihil aliud indicare, nisi Osiris, supre-

supremum Mundi Opificem, Solem illum supramundanum, vitam omnibus largientem. Sedet, quia potestatem in omnia obtinet; nudus est, quia nullo corporeæ passionis inuolucro vestitur; Accipitrino capite comparet, quia totius vitæ & motus vitalis causa est; velatur, quia essentia eius nullo vñquam ingenio inuestigabilis est; capite globum sustinet, quia æternus omnis principij & finis expers; baculum Cucuphæ capite insignitum est, quia tametsi omnium simplicissimam essentiam habeat, omnis tamen rerum in Mondo elucescentium varietatis causa est. Ponitur *ιεγαπίμηρος* in latere primo Meridiano, quia, teste Plutarcho, Australis plaga est dextrum Mundus latus, regnum Osridis, id est, Solis, vitâ & fœcunditate uberrimum, vnde & Nilus Plutarcho nil aliud nisi Osridis affluxus est, bonorum omnium causa & origo; quæ & secundum quandam analogiam non solum de Sensibili Mundo, sed & potissimum de supramundano Archetypo intelligenda sunt.

Plutarchus.

Androsphynx
mitrata.

Secunda figura Andro-Sphynx est mitrata, abaco incubans; qua Numen illud, quod Momphta dicebant, notatur, supremi Numinis Mens, Opifex totius humidæ substantiæ presidio potens; ponitur humanâ facie, ad intelligentiæ vim monstrandam; Leonino corpore est, quia Sole Leonem ingrediente, effectum potissimum in Aegypto exerit in humoris abundantia, quæ Aegyptiacam beat tellurem; incubat, quia Osiris supramundani potestatem, cuius minister est, hoc situ ostendit; mitrata est, ad ab Osiri sibi concessam potestatem in omnia humida insinuandam.

Epigraphe
Obelisci Fla-
minij quid
figuraret.

Signat itaque Epigraphe huius Obelisci nihil aliud, nisi dedicacionem Osiri & Momphæ, quorum ille calido, hic humido Mundano præst, quibus totius Mundi machina in sua perfectione conseruatur. Porro is intra pyramidum ponitur, vt super omnem rerum creatarum ambitum eum eminere, & in sola essentiæ suæ infinita abyso latere indicaretur, in quantum humidum calidum, cui præst, in abdito idealis rationis suæ conceptu nude & simpliciter cognoscibile est. Ponitur in quatuor pyramidij faciebus, vt eius in quadripartitum Mundum vis eadem indicaretur.

B
Spacium hinc-
ra B signatu
in Obel. Flaminij.

Porro in spacio pyramidij signato litera B in latere meridionali, denudo occurrit Osiris *ιεγαπίμηρος* throno insidens, ijsdem symbolis, quibus superioris adornatus, cuius genibus aduoluitur humanæ figuræ simulachrum nudum, binis manibus Canopi statuunculam ipsi exhibens, velato vertice, cui tutulus pennatus, ex quo utrinque Aspis emergit, impositus est. Quo quidem schematum apparatu significatur Osiris supramundani ad opus externum processus, qui fit, cum iam Geniali seu Intellectuali Mundo se communicat, quæ est Isis supramundana, quam imago genuflexa refert. Genusflexa pingitur, tūm ut summa eius erga Osirin supramundanū obedientiæ promptitudo monstretur, tūm quia principium veluti quoddam passuum est, in quod Osiris virtutem suam continuò influit; velata est, quia insensibilis substantiæ Intelligentia est, cuius peplum, teste Diodoro, nemo reuelauit; tutulum in vertice gerit *κυλα-οφι-πτεροφωνη*, quod

quod supremi Numinis triformis signaculum, quo signata rerum mundium administratrix constituitur, & coniux Osiris; Canopi inagunculas exhibet Osiri, symbolum humidi, quo aptè sanè indicatur, Mundanum humidum nullam vim & efficaciam in rerum generatione obtinere, nisi accesserit virtus Osiris, & eam calore, motu, vitalique influxu fœcundauerit; quod vt fiat, ei ingeniculata supplicare videtur. Geruntur hæc in adyto supramundano, quod spacio B exhibit, Intelligentijs, quas schemata ibidem picta monstrant, id est, idealium rationum simulachris refertissimo, & prototypon quoddam est Sacerdotibus, vt iuxta id operentur, propositum, quod in calce Obelisci faciunt. Sequitur spacio C tribus Accipitribus mitratis insignitum; quibus quidem nihil aliud nisi Siderei Mundi Solares Intelligentiae, quæ tripartitæ Austri plagæ praesident, indicatur. Quod vt intelligatur, notandum est, Osirim multipliciter considerari posse; vel enim consideratur vti in primo loculamento A, & sic idem est cum Hemphta, & est supremum Numinum Numen triforme Sol supramundanus & archetypus, Iuppiter supremus, & omnium Rector & Moderator. Secundò est Osiris quidam in Intellectuali Mundo, quem Hermes παντοποιον vocat, immediata videlicet supremi Osiridis imago & similitudo, cuius virtute & potestate omnia in Intellectuali Mundo geruntur. Tertiò est Osiris cœlestis, Siderei Mundi vita & anima, Solare Numen, cui Sensibilis Mundi administratio commissa est. Huic duodenarius cui præest, potissimum consecratus est numerus; præest enim duodecim circuli magni mansionibus, duodecim plagis Mundi, per duodecim sibi simillimas potestates, quæ ideo hic quemadmodum & ipsæ, per duodecim Accipitres indicantur; est enim una & eadem vis Osiris, quæ per duodecim Potestates seu Intelligentias Solaris Numinis asseclas in duodecim Mundi semitas, quibus singulæ præsunt, diffusa, vti mansionibus, ita effectu differentes operationes producit. Cidarini capiti impositam habent, ad supremam in omnia potestatem ab Osiri sibi communicatam demonstrandam. Est & hylæi Mundi Osiris, Elementaris cœconomiæ præses, quem pulchre sanè per Bouem exhibit, qui vim à supremo Osiri in Sidereum, & hinc concatenato quodam dominio in hylæum diffusam, per duodecim Intelligentias hylæas in vniuersam Elementaris Mundi miscellam distribuit, vnde omnium rerum vertetas & varietas nascitur. Quæ omnia aptè per duodecim Boues duodecim Horizontis plagis præsides, & Elementaris Mundi moderatores, indiguntur: per Bouem enim Osiris hylæus intelligitur, quia hic, iuxta Aegyptiorum traditionem in Bouem mutatus agriculturam, plantationem, insitionem, cœterasque humanæ vitæ necessarias artes primùm docuit, vti varijs in locis monstrauimus. Hinc singuli, quadrangulo, Elementaris Mundi symbolo, includuntur. In primo quadrangulo D, ponitur Bos, brachium extensum manu Capreolum tenente, cum hydro-schemate, & A, duabusque pennis; quorum sensus hic est: Intelligentia hylæa, Osiridis assecla, munificus & benignus, humanae vite fastentator, Agathodæmon supremi Numinis. In secundi quadranguli symbolis hic sensus

C
Spaciū litera
C signatum
Accipitres
tres mitrati.
Osiris multi-
pliciter con-
sideratur.
Osiris supra-
mundanus.
Osiris Mundi
intellectualis

Osiris Mundi
Siderei.

Osiris Mundi
elementaris.

Boues duo-
decim in Obe-
lico Flami-
nio.

Quadrangula
12 Obelisci
Flaminij.

D
Quadrangula
tria primi la-
teris.

sus continetur: *Osiris hylæus, triplici dominio cœlitùs dato conspicuus, Vrbium custos, fauissime hylæa, iuxta triplicem anni dispositionem facundator, vitaque largitor.* In tertij quadranguli symbolis hic sensus habetur: *Osiris hylæus liberalis vegetalis naturæ largitor, Isin infernam influxu à supremo sibi Numinis communicato imprægnans.* In secundi lateris quadrangulo primo est bos, brachium, Anser, Leonina statua cum charactere Tautico; quorum sensus est: *Intelligentia hylæa, Osridis affæcta, beneficus custos rerum, Momphta hylæus, influxum supernè acceptum reliquo Mundo hylæo communicat.* In secundo quadrangulo hic sensus continetur: *Intelligentia hylæa, Osridis affæcta, beneficus Momphta, Hori minister.* Tertium quadrangulum hunc sensus habet: *Intelligentia hylæa, Osridis affæcta, beneficus Agathodæmon supremi Numinis.* In primo quadrangulo & tertij lateris, ut eadem symbola occurunt, quæ in primo quadrangulo primi lateris, ita eundem sensum refuntes. In secundo quadrangulo tertij lateris hic sensus continetur: *Intelligentia hylæa, Osridis hylæi affæcta, beneficus Hori minister, Momphta, Agathodæmon.* In tertio quadrangulo tertij lateris symbolorum significatio hæc est: *Intelligentia hylæa, Osridis affæcta, beneficus Momphta, supremi Numinis influxum supernè communicatum in aërem diffribuit.* In primo quadrangulo & quarti lateris symbola ita explicantur: *Intelligentia hylæa, beneficus Osridis minister Momphta, communicatum sibi influxum in aërem diffundit.* In secundo quadrangulo quarti lateris ita habetur: *Intelligentia hylæa, Osiris benefici minister, Momphta, Agathodæmon, igneas qualitates humido Elementaris Mundi inferit.* In tertio quadrangulo quarti lateris symbolorum hæc significatio est: *Intelligentia hylæa, Osiris benefici minister, nocinam & excessuam vim ignis profligat, moderatam & rebus proportionatam conciliat.* Ecce hæc sunt duodecim Intelligentiarum hylæarum munera, quibus Mundo inferiori singulæ prouident, suntque hæc quadrangula veluti totidem amuleta & phylacteria, tūm ad dictas Intelligentias propitiandas, tūm ad nocivas profligandas constituta.

Exposita itaque epigraphe Obelisci vniuersali, iam ad particularem singularum columnarum interpretationem nos accingamus.

§ III.

Columnæ pri
ma lateris
Meridionalis
Obel. Flam.

E
Figure literæ
E.

Pastophoros.
rum, per
Canes signa-
torum officiū.

Columnæ primæ lateris Meridionalis interpretatio.

IN his columnis cœremoniæ & ritus singulis Intelligentijs exhibendi, effectusque qui ex huiusmodi religione emanant, proponuntur. In prima itaque columna primo loco duæ valvæ adyti, quibus duo Canes assistunt, occurunt, cum ansato vase Nilotico, & penna, duobus Serpentibus mediante quadrangulo, catena, & statua Isidis. Quibus quidem symbolis appositè cultus innuitur in adytis persoluendus; Canes assistentes Pastophoros, teste Horo l. 4. c. 38. & 39. indicant, quorum officium erat, adytum custodire, statuarum sacrarum curam gerere, & omne,

ne profanum & pollutum ab eo arcere, phylacteriorum Nilotorum dispositionem, administrationemq; ritus quoq; iuxta triplicem anni constitutionem decernere, vitales in inferiorem Mundum influxus iuxta Deorum catenas exponere; his enim præstitis, infallibilem Intelligentiæ Mercurialis, quæ & per Canes indicatur, cui litabant, attractum sibi spondebant, tūm per symbolorum ad dicta Numina analogiam, tūm ob ritus religiosi sacrificij perfectè administratos; ad quod plurimū conferebant amuleta sequentia suprà explicata, quæ Mompho-Mendesio Genio, cui polymorphus Dæmon per Papilionem δευτερογόνοι indicatus præsidebat, & Oliriaco, cui Chenosiris Anser præterat, consecrabant.

Post amuleta sequitur triplex ramus inuersus, cum thyrso ferulaceo, ala tenijs alligata, deinde fauissa, tres secures, porta, cum humana figura nuda eam ingredi cupiente; sequuntur tres portæ, hydroschema, tres termini, hemicyclus, duo sceptræ. Per ramum inuersum, & thyrsum ferulaceum indicatur, Sacerdotem ad supramemorata Numina propitiana thyrso ferulaceo, & ramo inuerso, tripartiti anni præsidibus Osiri, Isi, & Mercurio sacro, instructum esse debere, alaque cum tenijs Orimazæis capiti impositis, ad fauissam trium hypozocorum siue succinctorum securibus muniendam, de quibus fusè tractatum vide in tabulæ Bembinæ expositione, & Theologia hieroglyphica. His enim ritè peractis porta inferioris Mundi patebit, quæ per adyti portam indicatur; quin & tres portæ terrestres tripartiti anni dispositione in adytis constitutæ ad omnem felicitatem aperientur; Momphæ, Mendete, Osiri, Horo, religioso sequentium sacrarum tabularum, quibus consecratæ sunt, vsu, cum reliquis sacris phylacterijs, charactere Tantico, pyramide, & vase K Nilotico sacro cultis. Per sequentia verò Symbola N, O innuunt, quibus L symbolis, sacrisque Schematismis, vti & sacris tabulis, adytum insignitum esse oporteat, vt sacrificia suum in ijs vigorem & efficaciam consequantur. Verum de hisce fusiùs in fine expositionis huius Obelisci.

§. III.

Columnæ Secundæ Lateris Meridionalis interpretatio.

Columnæ se-
cunda lateris
Meridionalis
Obel. Flam.

Primo loco Ibis occurrit, cum Aspide surrecto, quem hydroschema, E sceptrum tricuspe, schema δωδεκάπυγον, cum tribus vrnis, Serpente, sceptro, & duabus catenis; intermedia Sphœra, Accipitrique crateri insidente sequitur. Per Ibidem & Aspidem indicant, potestates quasdam latere in superiori Mundo, quarum prima humidi administratrix aptè per Ibin animal Lunare significatur, altera calidi vitalis præses per Aspidem signatur; illud Ibiacum, hoc Ophionium Agathodæmonem imposterum appellabimus. Harum virtute humido-calidum in δωδεκάπυγον, id est, in duodecim arcis magnæ stationes traducitur, vbi actuatus vitalis H h humor

Agathodæ-
mon Ibiacus
& Ophionius.

Intelligentia
Mercurialis
per Canem
lignac.

E
Figuræ literæ
F & G.

F
G

H
Figuræ literæ
H, I, K, L, M.
I

K

L

M

N

O

humor supernus, per concatenatas Geniorum operationes in craterem.
F Solis deriuatur : inde profligata Typhonia potestate, Agathodæmon cœlestium, & trium anni partium dispositor, polymorphum Numen rerum omnium vberatem spondet, idque subsidio sequentis amuleti, ubi statua Momphitæ Leonino vultu, & penna, ansataque Cruce conspicua, σωδειαπύγη φræsidet.

H Isis dupli dominio potens, vehiculo aqueo in quadrifidam Mundi
I plagam diffusa, occulto motu duplicitis dominij humidum ex fontano
 craterè deriuat in Nephtem utriusque hemisphaerij dominam; quæ omnia
 per mulierem throno insidentem, & duos thyrsos ferulaceos, hydroscema,
 temonem, ✕, & quadrisidum circulum, per pedem sursum in con-
 cham desinentem, ex qua humor scaturit, & figuram fœmineam ingen-
 culatam, cum duobus hemicyclis, indicantur. Primò enim, 3 anni partium
K dominator potens Horus cœlestem piscinam & phialam iuxta terminos
 præscriptos occulto motu in vegetabilem naturam deducit. Quo fit,
L ut Hori prouidentia cœlestis trium anni partium statum vitali humori
M vndique ad summan felicitatem vigilantia suâ conduceat, custos om-
 nium, ad quem placandum plurimū consert sequens amuletum, in-
N quo quadrifidi Mundi figura cum catena, & Alpha, duabus pennis, &
 hydroscemate continetur; quorum sensus hic est : *Agathodæmon cate-
 nam quadrifidi Mundi in aquam substantiam motu velocitate træducit*; quâ
O Osiris per Accipitrem infrâ positum indicatus cum sequentibus ibidem
 amuletis trahitur.

§. I V.

Columna
tertia lateris
Meridiani
Obel. Elam.

Columnæ tertiae secundi lateris Meridiani interpretatio.

Strigilis sacra.

E Rimo loco denuò Ibiacus & Ophionius Agathodæmones occurunt,
P quos sequitur Noctua cum transuerso brachio, strigilis sacra, & qua-
 drifidi Mundi figura, Coturnix cum brachio transuersim posito; quo-
 rum symbolorum sensus est : *Agathodæmones Ibiacus & Ophionius Typho-
 niā vim duertunt à tertia Australis Mundi plaga*. Strigilis sacra, symbolum
 purgationis malorum, erat instrumentum multis dentibus instructum,
 quo sacra animalia peccinabantur, vt vel ex hoc capite locum inter hie-
 roglyphica inuenierit; sicut enim strigli animalia ab omni immunditia
 liberantur, ita dicti Agathodæmones ab omni maligna & infesta potesta-
 te quadrifidi Mundi plagas emundant & purgant, Coturnicem Arima-
 niam potenti dextrâ profligant, vnde Vrbibus desiderata annonæ vber-
 tas promanat à polymorpho Dæmone concessa : quia tamen potissimum
 ex Nili incremento hæc prouenit, hinc amuletum sequens Niloticum
 Momphito-Mendesium, vti & Isiacum, quod sequitur, usurpandum, & Nu-
G mina quæ exhibent, legitimis religionis ritibus colenda sunt ; hinc enim
H beneficentia cœlestis in σωδειαπύγην, id est, duodecim arcis magnæ man-
 siones

siones deriuatur, aduersa omnia à Nilotica fauissa diuertuntur, quadrifidus Mundus, ἀωδεκάπτερος cœleste diuinorum potestatum subsidio anno næ adferunt vberatem, per virtutem & efficaciam bonorum sequentium amuletorum, cœteraque quæ sequuntur symbola postea explicanda.

H
I
KL
MNO

§ V.

Columnæ primæ secundi lateris Borealis interpretatio.

Columna
prima secun-
di lateris Bo-
realis Obel.
Flam.

Primo loco securis occurrit superposita crateri sacro. Quod vt intellegatur, notandum est, inter Mundi ductores, teste Zoroastro, tres ponit Potentias implacabiles, quos Αμιλίκτοις vocant, atque hosce per tres secures exhibebant, ob lumen violentiam & seueritatem, qua res secundum rigorem à supremo Numinе præscriptum administrant. Hi crateri fontano, teste Psello, præesse dicebantur; id est, immensæ piscinæ supramundanæ, ex qua omnia cum sensibilis, tūm insensibilis Mundi membra irrigantur. Securis itaque primo loco posita Amilictorum notat, piscinæ siue crateris præsidem, cuius sectione crater apertus Mendesio illabitur Regno; Mendes verò cum fœcunditatis Numen sit, humorem piscinæ diffusum in tres anni partes ad annonæ, rerumque necessiarum abundantia benignâ manu distribuit; quæ omnia per securim craterem, thyrsum ferulaceum, & baculum humano capite insignitum, per tres terminos, & iuncum marinum appositum, per folium perseæ, hydroscema, bina brachia extensa significantur. Nè verò nimia Amilictorum vehementia & seueritate nocium quid suboriri possit, hinc polymorpho Numini vberatis rerum præsidi, & cunctorum ab Amilictis perpetratorum dispensatori iterum duo sequentia sacrarum tabularum amuleta, Momphto-Mendesium & Isiacum, consecrant. Sequitur post sacras tabulas sceptrum, & manus extensa, quadratum cui hirundo includitur: quæ quid indicent, videamus. Narrat Herodotus, Diodorus, & Eusebius, in templis Ægyptiorum septa quædam fuisse, sacris animalibus nutritis constituta, quæ septa tanta in veneratione fuerunt apud superstitionem gentem, vt ea sacro dignata honore in adyta quoque sua transstulerit, in quibus non viua animalia, sed simulachra eorum, mysticis adornata symbolis, construere solebant, teste Pausania; Numinæ enim quæ referebant, vario cœremoniarum apparatu in ea includere se posse arbitrabantur. Tale septum refert hoc loco quadratum, cui sacram hirundinem inclusam spectamus; erat autem hirundo, teste Pierio fol. 162, beneficiorum ab Osiride & Iside in genus humanum collatorum symbolum; quod videlicet ab ijs & Mundi leges, & agri coleti præcepta reperiret, Architectonicæ artis regulas, & æquo cum reliquis iure vitam degere didicerint; quæ omnia hirundinis ingenium & indoles docet, ut Horus tradit. Harum itaque sacrarum tabularum usu & applicatione,

T
Zoroaster.
Amilicti seu
tres Potentie
implacabiles.
Psello.

V

X

Herodotus.
Diodorus.
Eusebius.

Y
Septa sacro-
rum anima-
lium apud
Ægyptios.

Pausanias.

Pierius.
Hirundo
symbolum
beneficiorum
Osiris & Is-
dis.

Horus.

beneficium dominium Osiridis includitur, constringitur, & iuris hominum ad beneficiorum ab Osiri & Isi præstitorum continuationem, virtute sacramentorum efficitur; Typhon omnium perturbator, & Coturnix Arimania profligantur, vita in naturæ terminos introducit, Chenosiris Mundorum custos attrahitur virtute sacrarum tabularum; quæ ideo hic repetuntur, ad earundem efficaciam demonstrandam.

§ VI.

Columna
secunda late-
ris Borealis
Obel. Flam.

Chenosiris
seu Anser
fater.

Plutarchus,
Tabulae sacrae
explicatio
in columna
secunda late-
ris secundi
Obel. Flam.

Columnæ secundæ lateris secundi Borealis interpretatio.

Trimo mediæ huius columnæ loco Ibiacus & Ophionius Dæmon ponuntur, sub quibus ~~σωδειαπυρος~~, cum hydroscemate, & laqueus, & statua Momphæ, cum Ansere, quem Ægyptij Chenosirin non a Iunco, quem ~~χειρον~~ Græci vocant, eo quod thyslis iunceis hederâ circumPLICATâ solennitatem Dionysij seu Osiridis peragere solebant; sed à voce Ægyptiaca ΣΙΧΗΝΔΟΣ & siue χην, quæ Ansérem significat, nancupant. Osirim itaque dicebant Chenosirim, quasi dices Osirin Anserinum, eò quod summâ, vti Anser, rebus fidei tuæ commissis curâ inuigilare soleat. Indicant itaque, duos Genios, Ibiacum & Ophionium, dodecapyrgi mansionum præstides, primum Momphæ Leonini & Chenosiris statua constringi, ad fauissæ beneficæ curam & conseruationem, ut hydroscema, fauissæ figura, cum brachio extenso satis docent. Sequitur modò Accipiter, supra quem quadrans Astronomicus, infra Accipitrem statua Hori, cum temone, quæ sequitur cycloides, sceptrum, hydroscema, & denuò statua Momphæ, cum penna, & Scarabæo. Per quadrantem, vti alibi diximus, tempus oportunum indicatur; per Accipitrem Osiris siue anima solaris, qui in Horum inferiorem, id est, in Mundum sensibilem, teste Plutarcho, deuectus, cœles vita, Momphæ Leoninum aquæ præsidem motu secundo Solarium operationum, per Scarabæum indicatarum, virtute imbuit; quæ polymorphus Dæmon deinde pro cuiusque rei natura & proprietate in omnia transformatus, in innumerabilem rerum varietatem & abundantiam propagat. Hinc ordinata est sacra tabula, in qua Momphæ Leoninus, pennâ in capite conspicuus, dodecapyrgo inferiori præsider, vbi circulus diuinitatis participationem, penna subtilitatem operationum, Crux ansata Mundani Spiritus defluxum, à superno dodecapyrgo in inferius dodecapyrgum superno analogum deriuatum, luculententer signat; quæ quidem Numina hucusque recensita quoad substantiam idem sunt, operationibus tantum discrepantia: nam quod Ibiacus & Ophionius Genij in Mundo præstant Intellectuali, hoc in Mundo Elementari seu hylæo Momphæ Leoninus & Chenosiris, quorum uterque humido-calido præest: & Momphæ quidem igneâ qualitate poliens, nocuum humido inexistentis frigus temperat; Chenosiris verò excessiuam caloris vim in humido inexistentem moderato frigore temperat;

rat; quod idem suo modo in superiori Mundo præstant Ibiacus & Ophionius Genij; quorum hic igneâ virtute refertus, vitam & motum præstat humido; ille verò excessiuâ virtute suâ temperat; in inferiori sub conditione hylæa, in superiori Mundo sub conditione quâdam analogâ ipsis congruâ.

Iterum quod Osiris Accipitrinum siue Solare Nomen in Mundana Hori domo, id est, Sidereo Mundo præstat, hoc Momphta inferior siue hylæus, in hylæo Mundo; hinc aptè ei Accipitris penna, & Scarabæus adiunguntur, vt indicarent, Momphtam ad Accipitris siue Osiridis, id est, Solaris Numinis exemplar prototypon omnes suas operaciones instituere. Quæ ideo fusiùs hic deducenda duxi, vt si huiusmodi Numinum monstra Lector compererit, eo modo, quo dixi, intelligenda esse sibi persuadeat; neque contradictionem me incurrere pütet, si quandoque vnum cum altero confuderim; quod & de sequentibus intelligi velim.

Sequitur sacram tabulam Ibis dodecapyrgo insidens, quo Mercuriale Numen Nilotici dodecapyrgi præses denotatur, vti tres vrnæ Niloticæ demonstrant. Hic enim Typhoniacæ malignitatis profligator in inferiora deuetus, catenas Mundorum mouet, vnde Typhoniacæ machinationes multiplici eius dominio in superno infernoque Mundo fractæ & contritæ consistere non possunt; quæ omnia per symbola inter Z & A inclusa, indicantur; catenâ siquidem vitæ cœlestis motâ Arimanum Coturnicis dominium infirmari necesse est, ob summam scil. prouidentiam quam habet, tûm de supernis, tûm infernis corporibus in Mundana Hori domo existentibus, siquidem omnium vitali oculo suo custos est, cui & ideo sequente in sacram tabulam consecrant, tanquam summæ efficaciz amuletum, in quo A Agathodæmona Ibiacum, & catenæ figura. catenæ Numinum motorem, duæ pennæ cum hydroscemate diuinum in humido motum notant; per hanc enim catenam Ibimorphi Dæmones, superioris, medij, & inferioris Mundi iuxta requisitam analogiam in vnum, ad Mundi conseruationem, conspirant. Ponitur autem in præcedenti sacra tabula A litera, quia ex Ibidis Mercurij viui habitaculi gesto inuenta fuit; catena ponitur, quia Mercurius vti Nuncius Deorum Græcis, ita Ægyptijs catenarum Genialium, quas Seras vocant, adaptator dicitut; duæ pennæ ponuntur, quod pennæ Ibidis Crocodilum, Typhoniacæ in humidum malignitatis symbolum, siderent; cœtera symbola in fine huius Obelisci fusiùs explicabuntur.

§ VII.

Columnæ
tertia lateris
secundi Qbel.
Flam.

Tertia columnæ secundi lateris interpretatio.

Tertiæ Borealis plagi præses est Momphta Leoninus, dominum in trium partium anni constitutionem obtinens, ut baculus ferulaceus, & ramus inuersus notant; cui assistunt tres Amilioti per tres se cures indicati, quorum virtute, Leonina seu Momphæa vis in Mundum diffusa, magnarum virium incrementa sumit, virtute subsequentium duorum amuletorum; quorum usu beneficus cœlorum defluxus, omnem Typhoniam prauitatem fugat; Horus summâ curâ & vigilantiâ per hirundinem notata, cœlestem defluxum firmat & sustinet, ut fuscina signat, benefica vita inferioribus dominatur, virtute subsequentium duorum amuletorum, iam saepius repetitorum, & reliquorum symbolorum, usu, quæ postea explicabuntur.

§ VIII.

Columnæ
Prima lateris
tertiij Qbel.
Flam.

Columnæ primæ lateris tertij Occidentalis interpretatio.

Figure huius
columnæ ex-
dem cum
figuris colum-
nae primæ
lateris primi
ordine ducen-
te.

Genij singu-
lis Mundi pla-
giæ assignari
ab Ægyptijs.

Huius columnæ prima pars ab I, usque ad M, composita est ex mediata primæ columnæ lateris primi Meridionalis ab E usque ad H. Secunda vero huius primæ columnæ tertij lateris pars, ab M, usque ad Q, composita est ex tertia columnæ primi lateris Meridionalis parte, ut prius, ab E usque ad H; adeoque ut tota constat ex mediatis primæ & tertiae columnæ primi lateris Meridionalis in unum coniunctis, ita symbola quoque eadem prorsus eandem significationem habent, tametsi quoad effectus, quos mistura producit, differant, ut explicabo. Sicut enim plaga Mundi prima lateris Austri, & plaga prima lateris Occidentis, ob vicinitatem in effectibus suis, similes sunt, effectu tamen discrepant; ita de praesidijs quoque Geniorum censendum: nam sicuti moderna Cosmographia, singulis Mundi plagiis diuersas qualitates, v. g. Boreæ frigidum siccum, Austro calidum siccum, Orienti calidum humidum, Occidenti denique frigidum humidum assignavit; ita Ægyptij similiūm qualitatū Genios praesides singulis plagiis assignabant, ex quorum tamen diuersa combinatione, diversi effectus emanabant; quorum quidem statuas ex ijs animalibus compositas, quæ dictas qualitates referrent, erigebant, erectas cœremonijs prorsus analogis colebant. Sic per Ibin collo contracto Genium humidi frigidi; per Alpidem calidi humili; per Leoninum Momphæa calidum humidum corroborantis; per Canem, mixtæ naturæ praesidem denotabant, ut ex symbolis in primis columnarum faciebus positis constat. Huiusmodi misturas in hisce duabus lateribus, Occidentali & Orientali, passim, ut paulò post dicetur,

repe-

reperies. Quæ omnia respiciunt ad variam præsidiorum Genialium mixturam, vti dictum est, quæ & in hunc usque diem à Physicis diuersa combinatione pro cuiusque plagæ Mundi natura & proprietate præstatur. Sed ad filum interpretationis reuertamur. Hæc prima itaque columnala teris tertij Occidentalis, cùm idem prorsus significet, quod primæ & tertiaræ columnæ lateris primi Meridionalis medietates, harum vero significata amplè citato loco exposita sint, eò Lectorem remittimus; quare ad secundam columnam tertij lateris procedamus.

§ IX.

Columnæ secundæ lateris tertij Occidentalis interpretatio.

Columnæ
secundæ late-
ris tertij
Obel. Flam.

PRIMA huius loci signa ab I usq; ad K denuò eadem ferè sunt cum symbolis tertiaræ columnæ primi lateris ab E usque ad F, & secundæ columnæ ab F usque ad G. Significant autem Genios intellectualis Mundi Ibiacum & Ophionium, malorum auerruncatores, vitam beneficam concedere tribus Mundi arcibus. Et primò quidem cœleste hoc beneficium conceditur dodecapyrgo, id est, duodecim arcis magnæ stationibus, ex quo deinde id tanquam principium passuum cœli concavum suscipit; suscepit immittit in craterem Solis; cuius Agathodæmon cœlestem tandem humorem inferioris & hylæi Mundi receptaculis & veluti centris confert; in vitam vero animat Dæmon polymorphus virtute sequentis amuleti seu sacræ tabulæ; unde vitalis humor deuectus in inferiora per quadrifidam Mundi plagam diffunditur; Typhoniam vis dispellitur trium huius lateris columnarum in adyto consecrandarum virtute; quod si ritè perficiatur, Horus occulto motu per cœli semitas progressus, vitalem humorem benigno suo influxu deuehet per Siderei Mundi œconomiam iuxta ideales trium Mundorum rationes, quem deinde Agathodæmon Solaris piscinis magnis inferet; Hermanubis vero Mundanus custos, vitali dominio potens ad eundem recipiendum distribuendumque, inferiorum Mundorum portas aperiet; Typhonem humili cœlestis dodecapyrgi expugnatorem cœlestis Chenofiris prouidâ suâ vigilantiâ fugabit, virtute & applicatione sequentis sacræ tabulæ, quam in præcedentibus duabus columnis explicauimus. Sed explicemus conceptus allegati symbola. Sceptrum ex quo Serpens emergit, vitale dominium indicat; remus, vehiculum quo influxus deriuatur; vas Niloticum, humorem; circulus in Crucem dissectus, quadrifidam Mundi plagam; Noctua Typhonem; Obelisci figura semper præsentem Obeliscum notat; sicuti hic tribus Obeliscis, tres columnæ unius lateris signantur *κερατογικῶς*; Horus cum termino, Mundum Sensibilem; Vultur cœlum, id est, principium actuum; tripus cum tribus terminis ideales rationes O triformis Numinis; figura subtus hunc posita, piscinam sacram; statua *ἴερα μοῦσος*, semper Agathodæmonem Solarem, vti & Ibis Mercurialem.

Genij intelle-
ctualis Mun-
di majorum
auerruncato-
res.

M
Explicantur
figuræ colum-
næ secundæ
lateris tertij
Obel. Flam.

O
indi-

p indicat, cui supponitur figura candelabri, cuius usus in adytis erat, & denotabat, quod nunc sub quadranguli, nunc sub trianguli figura participatione sacrificium conficiebatur. Verum cum haec omnia passim exposita sint in varijs huius Tomi locis, ea reiteranda non duxi.

§ X.

Columnæ ter-
tia lateris ter-
tij Obel.
Flam.

Columnæ tertiae lateris tertij Occidentalis expositio.

PRIMA huius columnæ tertiae symbola ab I usque ad M, eadem prorsus sunt, quæ tertiae columnæ secundi lateris Borealis à T usque ad Y: præterea altera medietas huius tertiae columnæ tertij lateris ab M usque ad Q eadem symbola continet, quæ prima columnæ lateris secundi, à T usque ad Y. Constituitur itaque tota haec columnæ ex medietate tertiae columnæ lateris secundi, & ex medietate columnæ primæ eiusdem lateris, ut unum cum altero comparanti patebit. Quare cum haec citatis secundi lateris locis exposuerimus, eò Lectorem amandamus.

§ XI.

Columnæ
primæ lateris
quarti Obel.
Flam.

Columnæ primæ lateris quarti Orientalis expositio.

PRIMA columnæ loco primo Accipitrem crateri insidentem habet, quem sequitur thyrus iuncinus, cum thyro ferulaceo, & tribus terminis, & baculo ægomorpho; sequuntur deinde duo brachia, &c. quæ ferè conueniunt symbolis primæ columnæ secundi lateris à T usque Y ad Y, paucis exceptis, vti & symbolis tertiae columnæ tertij lateris ab M usque ad Q. Sed negotium breuiter exponamus. Accipiter crateri insidens præsidium crateris Solaris notat; tres termini cum iunceo thyro, & baculo ægomorpho, fœcundam annonæ vertatem; bina brachia beneficam vim polymorphi Dæmonis in inferiora, subsidio duarum sacram tabularum; harum enim religiosa obseruantia beneficus influxus, qui per manum pyramidion tenentem notatur, Isidis Dæmonis dominio præpotentis & auerrunci præsidium, quod per figuram in sede constitutam, & flagellum in manu tenentem, cum baculo ferulaceo à tergore, aptè indicatur, in quadrisidam Mundi plagam deuectum, quæ per remum & circulum cruciatum signatur, & in subiecti dodecapyrgi præsides ad humorem æquâ portione distribuendum, quæ per Columbam, tria vasæ, 3 terminos, & Columbam innuuntur, in bonum seminationis, & plantationis, iuxta trium anni partium distributionem faciendæ sollicitat; Amiliæ vero seu tres implacabiles Potentiæ, quas tres secures notant, fauissimæ seu piscinam Horæam adaptabunt fauissimis inferioribus, tūm hylææ, tūm myli.

mysticæ in adyto constitutis, ad quam memorato Numinum influxui, porta aperitur virtute religiosæ cœremoniæ, & sacrarum tabularum sequentium, iam sæpe expositarum.

§ XII.

Columnæ secundæ lateris quarti Orientalis expositio.

Columnæ
secunda lateris
quarti
Obel. Flam.

IN hac columnæ primo loco polymorphus Dæmon cum binis iam sæpe **Y Z** expositis sacris tabulis occurrit. Horum itaque virtute & efficaciâ supremum Numen prouidentiam rerum, dodecapyrgi humorem, virtute potestatum astræarum præuijs cœremonijs Niloticis, à Sacerdotibûs peractis, oculo cœlesti, id est, Osiridi Sidereo committit, qui eum actua- **A**bit; Horus verò vitam iuxta ideales rationes supremi Numinis benignè **B**conferet; hinc Sacerdotes cœremonijs solitis, & corporum transforma- **C**tionibus ad Deorum analogis, recensitam Numinum catenam trahent, Horus cœleste Numen se sistet, Typhonijæ potestates piscinæ sacræ humo- **D**ri aduersantes, sacrarum cœremoniarum vi dispellentur, Momphta præ- **E**sto erit vitali suo influxu dodecapyrgi Niloticî liquorem in inferiora deriuans, & omnia cœlesti liquore replebit, Agathodæmon terminorum. Momphæ assecla beneficentiâ suâ cœlestem & vitalem liquorem dode- **F** capyrgi à Momphta deriuatum fauissæ seu piscinæ includet, vi oculi **G** cœlestis Chenosiris, & efficaciâ sequentis tabulæ.

§ XIII.

Columnæ tertiae lateris quarti Orientalis expositio.

Columnæ
tertia lateris
quarti Obel.
Flam.

PRIMA huius columnæ pars ab **Y** usque ad **A** symbola conueniunt cum symbolis tertiaræ columnæ lateris secundi & tertij, quæ cùm ibidem sint exposita, non morabimur; indicant enim, Momphta Leoninum, influxum supremi Numinis ope trium Amilictorum, & polymorphi Dæmonis, & sequentium tabularum sacrarum potestate attractiū in quadridi Mundi piscinam deriuare; Sacerdotes autem omnem hunc influxum cœremonijs suis ad ideales rationes diuini Numinis institutis sui iuris quodammodo facere, per canales Hori prouidentis humore vitali in inferiora deducto, & vi sequentium duarum sacrarum tabularum. Atque hæc est brevis tertiaræ huius quarti lateris & vltimi Obelisci inter- pretatio.

Anacephalæosis totius expositionis.
Anacephalæosis expo-
sitionis Obel.
Flam.

APFT

BQGV

Numismata è
Museo Petri
Stephanonij.

Anacephalæosis totius expositionis.

O Stendimus in hoc Obelisco, primò, quâ ratione supremum Numen Hemphita seu Osiris supramundanus archetypus, causa causarum, nunc Accipitrinâ, nunc humanâ facie conspicuus, vñà cum sua Sphynge, quæ est Mundi Opifex, influat primò in Mundum Genialem, quem figuræ in secundis spacijs B Q G V exhibent; & hinc in duodecim Intelligentias Solares totius naturæ duodecadis præsides, & tandem in Elementaris Mundi Hylæas Osiridis Intelligentias influat: qua veluti epigraphe quâdam præmissâ, postea ad particularia descenditur, doceturque quâ ratione, aut quibus sacrificijs, ritibus, & cœremonijs concatenati hi Numinum chori dodecapyrgi præsides, contra Typhonias potestates sollicitandi, atque ad rerum omnium necessiarum vbertatem concedendam attrahendi sint. Inueni non ita pridem inter numismata Veterum ex Museo Petri Stephanonij extracta, Numum cui Zodiacus inscribebatur, intra quem, veluti naturæ duodecadis præsides, Iuppiter, Mercurius, Mars, Vulcanus inscribebantur, ut in sequenti schemate patet. Quod haud



dubiè ab Ægyptijs profectum; doctrina siquidem eadem est, tametsi diuersè à Græcorum Astronomis adumbrata. Quid enim aliud Osiris Accipitrus, quam Iuppiter? quid aliud Ibimorphon Numen, nisi Mercurius?

curius? quid aliud Amiliæ implacabilis potentia, nisi Mars? & Momphæ quid aliud nisi Neptunus, quibus totius naturæ dodecapyrgum commissum est? Vides Iouem medium inter Mercurium & Martem tanquam supremi Numinis asseclam, Neptunum verò tridente conspicnum aquoso gaudentem imperio; siquidem singulæ ex hisce duodecim Obelisci columnis, aut vni plagiæ ex duodecim Mundi plagis, aut vni ex duodecim arcis magnæ mansionibus respondent. Hinc adyta eorum nunc dodecangula, vti hic, nunc octangula, quadrangula, aut etiam triangula, pro diuersorum Numinum cultu ita disponebantur, vt vnicuique lateri vna ex naturæ duodecade portio responderet; in qua Numinum mysticæ imagines eo ordine depingebantur, quo in Obelisco patet. Numa enim hoc analogo ad Mundi dispositionem apparatu, sacrificijsque singulis competentibus, mirum in modum ad votis eorum obsecundandum sollicitari sibi persuadebant; vt proinde eas non incongruè cænas vocauerint; eratque in hoc tota illorum arcanior philosophandi ratio veluti in cardine quodam sita. Sic in prima columna lateris primi, qui per congrua sacrificia Mercuriale Numen traxerit, traxerit & consequenter Isidem, polymorphum Momphæ, Mendetem, Chenosirin &c. vti expositum est; quorum quidem tractu omnium bonorum felicitate se repleri existimabant; his tractis nullam aduersam potestatem subsistere posse credebant; his tractis per congruum vnicuique contemplationis studium, rerum omnium scientiam sibi pollicebantur; his tractis, maximè sibi manteuticam notitiam, quæ in futurarum rerum scientias consiliit, acquirere se posse sibi imaginabantur, vti in Magia hieroglyphica fuse actum est. Quæ sane pulchrè comprobantur per illos Hierogrammatismos, qui in calce singulorum laterum huius Obelisci spectantur; quorum expositionem consultò in hunc locum distulimus. Qui sunt in primo latere, comprehenduntur literis N, O, in secundo latere D E, in tertio R S, in quarto G H. Quæ quidem spacia nihil aliud indicant, nisi Ægyptiorum Sacerdotum adyta, in quibus per legitima & maximè congrua sacrificia, ritus, & cœremonias alibi fulè descriptas, nihil aliud nisi dictorum Numinum attractionem intendebant. In hisce itaque adytis primò principalium Numinum varijs modis transformatorum simulachra ponebantur, quæ in prima & secunda columna per Osirin *Ιερωμόρφων* stantem, & ad sauendum promptum, vti & per Accipitrem, & per 3 Irides in 2 col. indicantur; quibus Sacerdotes genibus prouoluti, Canopulos in formâ vasorum aptatos offerunt; hoc ipso insinuando, desiderare se ab Osiri beneficium humoris præsidium, humidæ substantiæ beneficam conseruationem, vtpote sine qua nihil in Mundo consistere possit.

Quoniam verò humidum sine calido nihil prodest, hinc in tertij & quarti laterum spacijs ultimis Osirin humanâ facie pingunt, cui Sacerdotes nudi aduoluuntur; primus quideam globum, alter pyramidem offert, quæ symbola sunt caloris humidum fœcundantis; ex his enim omnium rerum generatio oritur. Spectantur autem partim velati, partim vitta-

Catenæ apud
Ægyptios.

Primiæ co-
lumnæ lateris
primi Obel.
Flam. Ana-
cephalæosis.

Figuræ in
fine colum-
narum Obel.
Flam.

Sacerdotes
nudi in Obe-
lico quid
significent.

Sacrae tabulæ
in fine columnarum Obel.
Flam.

ti, quorum illi habitu fœmineo humidi Numina, tanquam rerum principium passuum, hi ignem sub forma masculina tanquam principium rerum actuum Deastris suis exhibent. Nudi sunt, quia ut in tractatu de adytis dictum est, Sacerdotes sacrificia sua ut plurimum nudi peragebant, ut Numina quæ sollicitabant, nullo terrenæ missionis inuolucro vestita; ipsa nuditate simili, vel nuda similitudine exprimerent. in parietibus verò adytorum varia sacrarum tabularum Schemata ponebant, tanquam magni ad. potentius trahenda Numina momenti, cuiusmodi in singulis quaternis lateribus videre est, signanturque literis *a b c d, e f g h, &c.* quæ omnia ex Obelisci latere extracta sunt, tanquam potentissima amuleta; quæque Sacerdotes inde extracta, Deorum particularibus statuis, vasis, abacis, diuersi generis lapidibus, metallicis testaceisque vasis incisa invsum priuatum superstitione plebi gestare præcipiebant, vti in decursu huius Operis exponentur vberius; quæ quidem hieroschemata hic non exponimus, cum ea quisque, qui præcedentia ritè intellexerit, nullo negotio interpretari possit, vt pote quæ omnia iam sunt exposita, & ex diuersis Obelisci columnis extracta, ut dixi, in calcem laterum, quæ adyta Aegyptiorum signant, sunt translatæ.

Conjectarium de interpretatione facta ab Hermapione.

Ammianus
Marcellinus.

ATQUE HIC EST CELEBERRIMUS ille Obeliscus, quem Augustus ex Aegypto allatum in Circo maximo erexit; cuius interpretationem ab Hermapione factam recitat Ammianus Marcellinus his verbis: *Qui autem notarum textus Obelisco &c. Hermapionis librum secuti, interpretatum literis subjicimus Græcis.* Desiderabat iam dudum Augustus scire doctrinam in hoc Obelisco contentam, eamque ob causam vniuersam Aegyptum per viros literatos discusserat, si quem inueniret huius literaturæ hieroglyphicæ peritum. Obtulit se tandem Hermapion Grammaticus, quem Cyanbalum Mundi vocant; qui cum multa circa hæc promitteret, tamen ab omnibus, teste Strabone, risus fuit; hic tamen plus æquo sibi confus huius præsentis Obelisci interpretationem attulit, quæ inseritur libris citati paulò ante Ammiani Marcellini, quamque in Obelisco Pamphilio fol. 149. Græco-latinam adducimus. Hæc interpretatio continet dedicationem Obelisci à Ramesse Soli factam, vbi & vtiusq; laudes continentur. Atque hanc interpretationem omnino falsam, supposititiam, & nè vestigium quidem earum rerum, quæ in hoc Obelisco continentur, continere, solus is nosse poterit, qui hanc nostram interpretationem cum Hermapionis expositione ἀκριβεστέρας contulerit. Explicat is primò sex versus, qui quales in hoc Obelisco sint, dispicere non potui, nisi forsitan columnas putauerit; sed cum illarum duodecim Obeliscus exhibeat, non video cur illarum sex tantum exhibuerit. Secundò vbi mentio primarum huius Obelisci figurarum, quæ epigraphes loco se habent, fiat, non reperio;

vbi

vbi duodecim Accipitres, & totidem Boues, qui in superiori Obelisci extremitate continentur, quorum duodecies repetita mentio fieri debet, in Hermapionis interpretatione maneant, hucusque cognoscere non licuit; accedit argumentum Obelisci, quod nullâ ratione ei competere potest, cùm gesta Ramessis, Heronis, cœterorumque Regum, qui ibidem nominantur, nullibi exprimantur. Sacrarum tabularum 39 Schemata, quæ amuleta vocamus, quarum septendecim similes Momphito-Mendesia, sedecim Isiacæ Horo & Osiri, tres Momphæ, tres Agathodæmoni catenæ magnæ consecratæ sunt, quibus totus Obeliscus refertus est, vbi inquam horum mentio fiat, nè & quidem dignoscitur. Cùm præterea huiusmodi sacræ tabulæ eadem in plerisque alijs Obeliscis reperiantur, certè non video, quomodo illa historia Ramessis Regis, eiusq; Obelisci Soli sacrati erectionis historiam exprimere possit; vnde veresimilius est, hanc ab Ammiano adductam Hermapionis interpretationem vel supposititiam ac commentitiam esse, vel alterius cuiusdam fragmenti hieroglyphici interpretationem esse, quæ huic Obelisco falso fuerit attributa. Verum nè iniuriam tūm Hermapioni, tūm Ammiano, qui eandem tanquam rem memorandam suis insertam historijs refert, facere videamur, hic interpretationem Hermapionis denuò ex Obelisco Pamphilio repetam, vt Lector meam interpretationem cum Hermapionis compositione comparando, tandem quam absonam, dissonamque ab Ægyptiorum ingenio doctrinam hæc Hermapionis interpretatio contineat, cognoscere possit:

*Interpretatio Obelisci Senesertei facta ab Hermapione Grammatico,
extracta ex 16. lib.. Histor. Ammiani
Marcellini.*

VErba itaque Ammiani hæc sunt; Secutæque etates alios transtulerunt, quorum unus in Vaticano, alter in hortis Sallustij, duo in Augusti monumento erecti sunt; qui autem notarum textus Obelisco incisus est veteri quem videmus in Circo, Hermapionis librum secuti interpretatū literis subiecimus Græcis.

ΑΡΧΗΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΝΟΤΙΟΥ ΔΙΕΡΜΗΝΕΥΜΕΝΑ ΕΧΕΙ.
ΣΤΙΧΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

TA' δὲ θέσιν ἀβασιλεῖ Ραμέσην διδωρήματα, ὃν τῶν αὐτῶν οἰκειότερον μῆχας βασιλεύων ἦλι^Θ. φιλεῖ, καὶ Απόλλων κερατεύεται φιλαλίθης ιὸς Η'^Θφάν^Θ Θεογέννητ^Θ κτίσης, τὸ οἰκειότερον, ὃν ἦλι^Θ περιέχειντες ἀλικημ^Θ. Αἴρεως βασιλεὺς Ραμέσης, ὃς τὰς (αὐτοτέλειας) οἵ γης μῆχας ἀλικημ^Θ καὶ Θάρσης, βασιλεὺς Ραμέσης, οἵ λίτις τῶν αἰωνόβιων^Θ.

Versus Primus.

HÆc sunt, quæ Regi Ramesti donauimus, quem totum Orbem gubernans Sol & Apollo fortis, veri amator, Heronis filius ex Deo genitus, Conditor Orbis terrarum, quem Sol selegit fortis Martis Rex Ramestes; cui cum fortitudine & audacia subordinatus est Orbis terrarum Rex Ramestes filius Solis immortalis.

ΣΤΙΧΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Απόλλων κρατερὸς, ὁ ἐσώς ἐπ' ἀλιθέσις δεσπότης διαδίματος Ἀιγυπτίου διδάχας πονιμός, ὁ ἀγλαεπονίας ἥλιος πόλιν, καὶ κτίζας τὴν λαϊκὴν οἰκουμένην, καὶ πολυτιμόνας τὸν ἥλιον πόλιν θεὸς αἰσθερύκυος, ὃν ἥλιον φιλεῖ.

Versus Secundus.

Apollo fortis, is qui reuera Dominus est diadematis, & Aegyptum gloriā à se cumulatam possedit; is qui Solis Urbem splendidam fecit, & reliquum Orbem terrarum condidit, & ingenti honore prosecutus est in Solis Urbe Deos collocatos ac positos, quem Sol diligit.

ΣΤΙΧΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Απόλλων κρατερὸς ἥλιος πάμφυγος ἐν ἥλιον περιπολεῖν, καὶ Αἴρης αὐλαίματος ἐδωρίζατο, ἢ τὰ αἴσθατὰ τὸ πάχτιον διαμεμψῆναι καρφῷ, δὲ Αἴρημαν αἴσπατη πληρότας Τὸν νέων τὸ Φοίνικον αἴσθατον· φῶν Θεοὶ ζῶντος χρόνον ἐδωρίζατο. Απόλλων κρατερὸς γός Ηὔρων θεοῦ Βασιλεὺς οἰκουμένης Ραμέστης, δὲ εφύλαξεν Αἴγυπτον τὰ ἄλλα ἔθνας τηλίκας, δὲν ἥλιον φιλεῖ. φῶταλιον χρόνον ζῶντος ἐδωρίζατο Θεοί, δεσπότης οἰκουμένης Ραμέστης εἰωνέβιος.

Versus Tertius.

Apollo fortis Solis filius, totus lucidus, quem Sol diligit, & Mars strenuus donauit; cuius bona omni tempore permanent. Quem Amnon diligit, cum donari is expleuerit Phoenicis delubrum; cui Dei vita tempus largiti sunt. Apollo fortis Heronis filius, Rex Orbis terrarum Ramestes, qui seruauit Aegyptum postquam aliam gentem superauisset. Quem Sol amat, cui longum tempus vita Dij largiti sunt, Dominus Orbis terrarum, Ramestes immortalis.

ΑΛΛΟΣ ΣΤΙΧΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Helios Θεὸς μέγας δεσπότης ψευνάς διδωρίμωσος βίον απερόμηνον, Απόλλων κρατερὸς κιελού διαδίματος αἰνίκας, ὃν αἰδερειάτας αἰέθηκεν, τὸν δὲ τὴν βασιλεὺς δεσπότης Αιγύπτιον, καὶ ἐκέρηπεν ἥλιος πόλιν, ὅμοιως καὶ ἀντὸν ἥλιον δεσπότην ψευνάς, σωμετήσετον ἔργον αἴγαθον ἥλιος πάμφυλος βασιλεὺς εἰωνόβιος.

Versus Secundus.

Sol Deus magnus, Dominus cœli largitus sum tibi vitam satietatis expertem; Apollo fortis Dominus diadematis incomparabilis. Quorum signa dedicavit in hac Regia Dominus Aegypti, & exornauit Solis Urbem, isidem & ipsius Solis Dominum Cœli una confecit opus bonum, Solis filius, Rex immortalis.

ΣΤΙΧΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Helios Θεὸς δεσπότης ψευνάς Ραμέστης βασιλεὺς διδωρίμωσος τὸν καθέστηκεν τὸν πάχτιον. Οὐν Απόλλων φιλαλίθης δεσπότης χρόνων καὶ Ηὔρων θεοῦ ἡγεμόνης περιπολεῖν ἢ τὸν Αἴρηα, βασιλεὺς παγκαρπὸς ἥλιος πάμφυλος, καὶ τὸν ἥλιον φιλέμῳ.

Versus Tertius.

Sol Dominus Cœli Ramesti Regi largitus sum potentiam, & in omnes dominatum. Quem Apollo veri amator, & Vulcanus Deorum pater selectum habuit propter Martem, Rex longè gratissimus, Solis filius est à Sole amatus.

ΑΦΗΛΙΩΤΗΣ ΠΡΩΤΟΣ ΣΤΙΧΟΣ.

O'Αφ' ἥλιος πόλεως μέγας Θεὸς σύνεστι. Α' πόλλων κρατερός. Η' εφεύρε τὸν ἥλιον, ὃν οἱ Θεοὶ ἐτίμησαν, ὃν πάσης γῆς βασιλεύων, δύναται πολεμεῖν, οὐδὲν αἰλιμένος. Τοῦ Αἴγας Βασιλεὺς, οὐ Αἴγυπτον φιλεῖ, καὶ οὐ παντεργάτης συκείνας αἰώνιον Βασιλεῖα.

Versus Primus.

MAgnum à Solis urbe Deus cœlestis Apollo, fortis Heronis filius, quem Sol educavit, quem Dy honore prosecuti sunt, qui vniuerso terrarum Orbi dominatur, quem Sol selegit, inclitus propter Martem Rex, quem Ammon amat, & is, qui totus lucet, longævum Regem esse iussit.

Atque hæc est Hermapionis interpretatio; quam cùm exactiori erutina cum hieroglyphicis Obelisco Flaminio insculptis examinassemus; intuenimus tandem id, de quo iam dudum suspicabamur, hanc interpretationem nullà proslus ratione subsistere posse. Atque nè Authori tot Authorum monumentis celebrato iniuriam facere videamus, dicti Obelisci quatuor lacera tu diligenter inspice, & verba cum figuris confer, videbisque quām ineptè congruant, quām difficulter cohæreant, quām denique cuncta malè subsistant, quāmque longè absint à veritate. Ut proindè vehementer suspicer, Hermapionem loco interpretationis Obelisci, quamcunque aliam inscriptionem tantò audaciùs, quantò pauciores erant, imò vix ullus, qui eum de impostura insimulare possent, supposedisse.

In Obelisco itaque quatuor consideranda sunt; primum est Argumentum seu thema Obelisci; secundum figuræ; tertium, lacera quaterna; quartum, ordo & situs figurarum. Nullum ex his Hermapione in attigisse, hisce rationibus ostendimus. Ac primò quidem Argumentum Obeliscorum, laudes, victorias, triumphos, eximiaque facinora Regum, minimè continere, in præcedentibus diuersis locis fuisse dictum est. Nam cùm hieroglyphica doctrina esset obscura, ænigmatica, mysteriosa, à profanorum intellectu longè remota, quam soli illi, quibus ad Regnum spes esset, quibusque rerum sacrarum cura erat commissa, callerent, quamque sub silentio maximo tenere, & sub pœna vitæ ylli alteri, præterquam sui ordinis hominibus propalare verabantur; certè Obelisci Regum gesta continere non poterant. Temerarius itaque, nè dicam stolidus omnium opinione foret, qui gesta & magnifica Principis aut Regis alicuius facinora ex se, & sua natura lucis appetentia posteritati, vel ad ea imitanda, vel ad excitandam virtutum in posteris admirationem, memoriamque conser-

Interpretatio
Hermapionis
falsa est, &
quare.

Hieroglyphi-
ca doctrina
non continet
laudes Regis

Hero doceus
argueretur circa
argumentum
Obeliscorum

In Obelisco
Hermaphionis
laudes Rame-
stis Regis
contineri non
possunt.

Alius error in
interpre-
tatione.



seruandam proposita traditurus, impenetrabili quodam scripturæ gene-
re vteretur. Haud absimile de Ægyptijs iudicium, si laudes, gestaque
Regum continerent, formare possumus. Quando itaq; Herodotus, Diodo-
rus Siculus, Plinius, alijq; dicunt, in Ægyptiorum monumentis Regum-
gestæ fuisse expressa, expensasque in varias fabricas & expeditiones per Or-
bem suscepitas, sumptus quoque in allia, cœpasque factos contineri; de
Obeliscis nequaquam intelligunt, sed vel de pyramidibus, vel columnis,
aut tabulis, lapidibusque templorum parietibus insertis, intelligebant.
Nam in columnis similibusque, res præclarè gestas, historiasque, easque
vulgari charactere Ægyptijs visitato, quem nos Coptum appellamus, in-
cidere solebant; cuiusmodi complures vide apud Herodotum & Dio-
dorū. In Obeliscis verò solas res ideales, intellectualesque, & diffici-
les captu, easque sub obscurissimis figurarum inuolucris, uti in sequenti-
bus apparebit, exhibebant. Cùm itaque Hermaphion in dicto Obelisco
nihil aliud quam Regis Ramestis laudes & gloriam
describat, vel ex hoc capite interpretationem
menti Ægyptiorum Sacerdotum minimè corre-
spondere posse, confessim appetit. Sed veniamus
ad figuras. Hic vides in initio Obelisci figuras po-
ni humanas, situ gestibusue sacrificantium actiones
significantes; quæ cùm quatuor Mundi partibus
correspondeant, singulæ diuersis rebus instructæ con-
spiciuntur. Sequuntur postea in singulis lateribus
terni Accipitres, tutulis conspicui, vt hic in figu-
ra appetit (vnius enim lateris figuras hic posuisse
sufficiat) quos sequuntur totidem boues, postea tria
brachia extensa; adeò vt in singulis lateribus tres ordines & series seu
columnæ contineantur; quæ cùm duodecim Geniorum Mundi per
quatuor Obelisci latera indicatorum mysteria & arcana contineant, videat
iam, qui vel exigua iudicij mica pollet, quomodo interpretatio Hermaphionis
illis accommodari possit: cùm enim sint duodecim Accipitres, &
totidem Boues in circuitu insculpti, quæ haud dubiè vnam & eandem
rem varijs solummodo effectibus differentem significant; debebat is
duodecies nominare eandem rem; quod dum non fecit, neque vesti-
gium quidem harum rerum elucescat, meritò falsa eius censebitur inter-
pretatio.

Accedit quòd cùm in Obelisco quatuor latera sint, is verò sex po-
nat, impossibile est, interpretationem rebus consentire posse. Verùm si
quis dicat, illum tres ordines in uno tantùm vel duobus lateribus conten-
tos descripsisse, neque sic satisfiet difficultati, cùm nec verba cum fi-
guris cohærent. Atque in primo quidem latere quod Meridionalem
plagam respicit, non tres, sed quinque ordines; in latere verò Orientalem
respiciente, vnum tantùm ordinem, vt in interpretationis contextu pa-
tet, describit; quæ quomodo cohærente possint, non video. Est itaque
interpretationis series tota confusa & æratus. Præterea verba interpre-
tatio-


tationis singulis ordinibus suffixa, adeo ab hieroglyphicorum abhorrent stylo, ingenioque, ut vel primâ fronte appareat, verum esse non posse, quod adeo ab Hieromystarum disciplinis dissonum, remotumque est. Quæ enim figuræ Ramessem Regem, quæ tam gloria epitheta, tam speciosam verborum constructionem ostendant, competitè minimè licet. Quid enim Ramessi; quid Apollini; quid Vulcano, & Heronis filio, cum sacrificantium ritibus, cum Accipitribus, Bobus, cœterisque communi sit, non video. Accedit hisce, quod verba illa, quibus Hermaphion explicat singulos ordines hieroglyphicos, ad tantarum rerum, quas sub hieroglyphicis tegebant, significationem oppidò pauca sint. Ausim enim sanctè affirmare, tantam in singulis duodenis Obelisci ordinibus materiam contineri rerum reconditarum, ut ea non dicam folio, sed nè integro quidem volumine pro dignitate satis explicari possit: quæ omnia in huius Obelisci Sennefereti interpretatione satis superque comprebauiimus. Ex toto itaque hoc discursu, ni fallor, luculenter patet, interpretationem Hermaphionis ab Ammiano Marcellino proditam, consistere nullâ ratione posse; quod probandum assumpseramus. Vtrum verò Hermaphion hanc descriptionem ex alio quopiam Ægyptia-
co monumento descriperit, quæ postea falso huic Obelisco fuerit imputata, credat qui volet; nostrum erat, hanc adductam Hermaphionis interpretationem, Obelisci hieroglyphicis minimè quadrare, aut adaptari posse, paucis hisce demonstrare, ut si obtrectatores nobis hanc interpretationem obijcerent, quid de ea statuendum sit, cognosceretur. Atque his apertè constat, quam caute in huiusmodi abditarum rerum expositionibus procedendum, & quod non cuilibet datum sit hanc adire Corinthum. Similes interpretationes inueniuntur in Annij Viterbiensis Berofo apocrypho: verum cum illæ ab ipso Authore confitæ sint, indignas existimo, quibus adducendis & tempus, & charta teratur. Huius farinæ est Volaterrani inuentarum literarum Hetruscarum interpretatio, quæ non ita pridè prodijt. Alter Oedipus Ægyptius posteris temporibus fuit suimus quidam vir Herwartius, qui tabulæ Bembinae interpretationem aggressus, tam infeliciter negotium expediuit, ut vel oppidò mirer, quid insigni Viro in mentem venerit, quod tam absconam ab Ægyptiorū intentione interpretationem molitus sit. Titulus libri est: *Admiranda Ethnicae Theologiæ mysteria propalata*. Vbi Author lapidem Magnetem antiquissimis passim nationibus pro Deo cultum, & artem, quam nauigationes Magnetis ope per vniuersum Orbem instituerentur, à veteribus Sacerdotibus Ægyptijs sub inuolucris Deorum Dearumque, & aliarum perinde fabularum cortice, summo studio occultatam esse, omnibus viribus demonstrare conatur. Ac primò quidem vult, per hieroglyphicam illam toto Orbe celeberrimam Bembinam tabulam nihil aliud Ægyptios veteres, nisi nauigationem per vniuersum terrarum Orbem, ope Magneticæ pyxidis, & Nauticæ seu Hydrographicæ tabulæ subsidio peractam, indigitalse; adeo ut characterismis illius tabulæ hieroglyphicæ nihil aliud, nisi plagas Mundi, ventosque significare voluerint; hoc autem ut probet,


Herrwartius
alter inter-
pres tabulæ
Bembinae, à
scopo aberrat


Tabula Bem-
bina non co-
tinet magne-
tis mysteria
neque nau-
gandi artem:

mirum est, quām in tota antiquitatis historia ad suum institutum detor-
quenda se fatiget, & quanto studio nisuque quāuis, velint, nolint,
ad materiam suam applicare laboret; vt vehementer mirer, virum cœ-
teroquin sapientem, atque antiquitatis peritissimum, variæque omnino
lectionis, vel animo quidem hæc concipere potuisse. Quæ quidem non
assero, quòd viro magno, doctissimo, & de Rep. Literaria optimè meri-
to, quicquam detractum velim; laudandus enim in tanto viro in re
omnium obscurissima summus conatus; sed hæc tantùm dicta velim,
vt cognoscat Lector, quām ad mentem Veterum congruas
esse oporteat interpretationes, vt teretes aures, &
emunctas Criticorum nares sustinere
queant.

FINIS SYNTAGMatis TERTII.







S Y N T A G M A : I V .
 O B E L I S C V S S A L L V S T I V S ,
 S I V E L V D O V I S I V S .



SERENISSIMO, ET AD MAXIMA NATO
 P R I N C I P I

L E O P O L D O I G N A T I O

Archiduci Austriæ, Ferdinandi III. Magni
 Cæfaris Filio.



B E L I S C V M Augustæ Serenitati
 T V A E erigo, dignum efflorescentibus in-
 tantilla ætate virtutibus trophæum; qui-
 bus quidem totum pænè Orbem ita rapis,
 vt maximum quid, sublime, heroicum
 de insita illa T V A viuidæ indolis læti-
 tia, de matura in tenello corpore prudentia, de insolita
 animi fortitudine, rerumque agendarum dexteritate
 sibi polliceatur; atque adeo stupore omnium iamiam
 Orbi rerum rectè gerendarum argumentis plenum, di-
 gnusque, in quibus enucleandis Historicorum ingenia
 suo se tempore exerceant, thema dictare incipias. Quæ
 quidem vti summa cum admiratione celebrari non semel
 audiui, ita nescio quo felici omne, monumentum hoc
 cedro perennius veluti gloriæ T V A E prodromum, at-
 que vnâ meæ in Augustam Serenitatem T V A M since-
 rissimè obseruantiae symbolum quoddam consecrandum
 duxi. Vale, Augustæ domus & Orbis delicium.

SYNTAGMA IV.

Obeliscus Sallustius seu Ludouisius.

C A P V T I.

De origine, erection, translatione Obelisci Sallustij.

Sallustius
Obeliscus à
C. Caligula
Romam ad-
duxit, & à
Claudio ere-
ctus.
Ammianus
Marcellinus.



LAVDIVS CÆSAR prædecessorum suorum exemplum secutus, ut Vrbem nouæ magnificentiæ monumento exornaret, præter duos rasos Obel. in Mausoleo Augusti erectoros, hunc præsentem quoq; in amœnissimo totius Vrbis loco exaltandum putauit. Innuit id Ammianus Marcell. l. 17.

Secundæque ætates alias transtulerunt, quorum unus in Vaticano, alter in Hortis Sallustij, duo in Augusti monumento ericti sunt. Quis vero primus eius in Ægypto erector fuerit, aut quo auulsus loco; omnia Historicorum monumenta silent: verisimile tamen est, eum unâ cum Vaticano Obelisco à C. Caligula peculiari naui, in hunc unicum finem stupendæ magnitudinis constructa, fuisse Romam translatum, atque Caio fatis functo à successore Claudio in dicto loco, quem Sallustij hortum vocant, erectum, vti ex citato Ammiano Marcellino luculenter patet.

Ludouisius
Obeliscus in
Villa Princie-
ps Ludouisi,
ide à qui
Sallustij.

Symmetria
Obelisci Lu-
douisi seu
Sallustij.

Modò in Villa Excellentissimi Principis Nicolai Ludouisi Ducis Plumbini, amœnitate & magnificentiæ spectatissima, terrâ penè obrutus, atque in duas confractus partes, iacet; quem & à loci possessore non incongruè Ludouisium appellantes, veluti perenne quoddam beneficiorum à Gregorio XV. Pontifice Opt. Max. in Societatem nostram collaborum monumentum, trophæumque perpetuum Ludouisiae domus honori constituendum censimus; quem & illustre Vrbis monumentum ante ædem Ludouisianam S. Ignatio consecratam suo tempore postera ætis, vti speramus, erectum videbit, & admirabitur. Symmetria Obelisci mediæ inter maiores & minores magnitudinis, à basi usque ad pyramidion longitudinem habet Palmorum 72. inferioris basis latera singula sex palmorum cum dimidio latitudinem habent; est enim quadratus & *isoperimetricus*, id est, æqualium laterum. Pyramidion ab angulis ad apicem quatuor palmorum est, vti & latera singula basis eiusdem pyramidij, quæ Obelisco coagmentatur; atque adeo totius Obelisci altitudo 76 palmo- rum exactè constituitur.

C A P V T II.

Argumentum Obelisci.

Continet itaque hic præsens Obeliscus, (qui in honorem fontanæ triadis, seu tribus summitatibus, qui sunt Osiris, Horus, & Isis Momphæ, erexitur est) quomodo fontanæ hæ summitates in triplicem Mundum influant, quos effectus in ijs operentur, quo.nodo, aut quibus sacrificijs, vt effectus facilius consequantur, colendæ sint . Quæ ut luculentius pateant, paulò altius ordiri visum est.

Sallustij seu
Ludouisi
Obelisci ar-
gumentum.

Pellus
Fontane sum-
mitates Ägy-
ptiorum.

Trias Horæ
Obelisco Sal-
lustio inscul-
pta.

Trias fontana
in tres Mun-
dos influit.

Narrat Pellus in expositione Oraculorum Zoroastrorum, Ägyptios & Chaldeos tres fontanas summitates coluisse, ex quibus veluti ex perenni quadam scaturigine omnia Mundi bona emanarent; & has vocat summitates tres fontanas, videlicet, Hori siue Appollinis, Osiridis, & Mercurij. Σέβοντες την τριάδα των θεών, καὶ αλιθίας, νομογονίας, εὐργενείας Απόλλωνος, Οσιρίδος, καὶ Ερμοῦ. Venerantur quoque triadem fontanam fidei, Veritatis, & amoris; & tres fontanas summitates Appollinis (qui idem ac Horus est) Osiridis, & Mercurij. Nos Hori, Osiridis, & Isis Momphæ, ex Obelisci inscriptione appellamus. Atque triadem primam Obelisci facies continet. Et vti abditum huius Philosophiæ sacramentum est, ita mirificis quoque symbolis adornarunt. Nam in Obeliscis propriè altissimarum rerum sacramenta, tūm in hoc, tūm in alijs insculpērunt, vt vel ipsa Obelisci figurâ prænotarent, otiosum minimè esse, quod tam insolenti symbolorum apparatu exhiberetur. Hæc itaque est Horæ Trias, cui Obeliscum consecrandum duxerunt; Trias ad Archetypi exemplar transformata; Trias fundi Paterni triadi, cuius ministra est, analoga, à qua non nisi effectuum diversitate distincta est. Huic in reliquos triadicorum Numinum Choros potestas omnis concessa est, fidei, veritatis, & amoris. Trias vera; ita quidem, vt fides Horo, Osiri veritas, Iisi Momphæ amor pulchre competat. Quæcunque enim in hoc Obelisco continentur symbola, ad hanc triadem respicere videntur, in qua Horus Mundanæ domus, entibus omnibus & singulis fidelis cura, tanquam sibi commissis prouidet; Osiris in veritate disponit omnia; Iisi Momphæ omnia & singula amoris necit consortio. Videbis hoc loco, quomodo trias hæc fontana, primò in Mundum Genialem, deinde ex hoc in Sidereum, & tandem in Hylæum Mundum influat, ministerijs in tres summitates distributis. In hoc patebit, quomodo ex Mundis demum in particularium entium œconomiam, iuxta quadruplicem Mundi plagam, quam latera Obelisci indicant, descendant; quasque in singulis operationes præstent. Intueberis tanquam in speculo quodam, quomodo Sacerdotes per mystica huiusmodi symbola, per sacras tabulas, ritus, & cœrimonias in adycis peractas hanc Horæ triadem placârint, placatam ad omnem felicitatem obtinendam attraxerint. Atque hoc est præsentis huius Obelisci argumentum; quare nihil aliud restat, nisi vt rem ita se habere, sequenti interpretatione demonstremus.

C A P V T. III. C

Sallustij Obelisci diuisio.

Sallustius
Obeliscus
compendium
est Flaminij.Hieroglyphica
pyramido Obel.
Sallustij in-
sculpta.Hieroglyphica
lateribus
Obel. Sallu-
stij insculpta.*Obelisci Sallustij diuisio, & interpretatio.*

Nota primò, hunc Obeliscum quatuor lateribus constare, quorum singula in tres columnas seu ordines hieroglyphicis Schematis insignes dirempta sunt, atque adeo totus Obeliscus, siue inscriptionem aut periochen, siue sacrarum tabularum schemata species, Obelisco Flaminio adeo similis est, ut eiusdem compendium iure dici possit; differentia tantum nonnulla interuenit in minutioribus figuris, quæ tamen non ita magnam significationum diuersitatem inducunt, nec ita Sacerdotum intentionem immutant, vt quoad substantiam essentiamque rerum indicatarum diuersus dici possit, vt unum cum altero comparanti patebit.

Obelisci quaterna latera literis A, B, C, D, signantur. Pyramidij trigona latera omnia, si primum A excipias, similibus prorsus hierogrammatismis, memoratam triadem experimentibus signata sunt.

In primo trigono lateris Orientalis A B C vides statuam throno insidente n, cum tutulo & scēptro Cucuphomorpho, quæ à latere annexum, habet Horū caput, cum circulo, duobus stipatum vncinis; quem sequitur infrā alia figura ἵερομορφη, id est, Accipitrino capite insignita, è cuius regione Sphynx tutulata, abaco incumbens. In latere Meridionali primo loco Horū caput, duobus stipatum vncinis, cum circulo supraposito; deinde cædem prorsus figuræ quæ in præcedenti; & in lateribus reliquis C F G, & D H I, Boreali & Occidentali, cædem prorsus tres figuræ, quæ in latere Meridionali B D E, sese offerunt.

Infra trigonum pyramidij ponuntur quatuor spacia B C E F, D E G H, F G I K, & H I L M, in quibus hierogrammatismi prorsus sibi similes sunt; videlicet simulachrum nunc ἵερομορφου, nunc γωμορφου, cubo insidens, cum adgeniculato simulachro binas statuas præference; neque vlla inter has imagines differentia interuenit; quibus & variæ, ut videt, notæ interseruntur.

Hæs sequuntur in immediato spacio, in singulis lateribus, tres Accipitres, qui Serpentes pedibus premunt, ac tres Boues. Et in primo latere Boues sequuntur tres statuæ Accipitrinæ facie desormatæ, supposito vnicuique feretro. In secundo latere post Boues sequuntur symbola inter P Q literas intercepta. In tertio latere Boues sequuntur figuræ, eo habitu, quem vides, figuratæ. Similiter in quarto latere intra spacium T V. Atque adeo in omnibus lateribus cædem prorsus figuræ sese exhibent; quod mysterium ut patefiat, iam exponere conabimur.

C A P V T I V.

Hierogrammatismorum qui in quaternis lateribus continentur, secundum præcedentem diuisionem prorsus ijdem, si minutiora quædam excipias, sunt, interpretatio.

Nota Lector, quod tametsi hæc omnia in Obelisco Flaminio exposuerimus, quem eundem protius cum hoc reperimus, uti paulò post patebit; quia tamen subinde nonnulla differre videntur, ea hoc loco exponere visum fuit.

In primo trigono ABC lateris Orientalis, primo loco simulachrum occurrit, quod throno insidet cubico, sceptro Cucuphomorpho munitum, è latere caput Hori circulo insignitum duobus stipatum vincinis, ante se hieralpham monstrat; quod quidem in triade Hori Patrem potestate insignem notat; hinc sedens imperiosâ dextrâ imperat, sceptro Cucuphomorpho varietatem rerum, quibus dominatur, innuens, inconcuso dominio omnia gerit, uti sedes maiestate plenâ docet; magnus sanè Agathodæmon, uti hieralpha docet. Hori caput appositum habet, vincino & baculo recurvo stipatum, quia Intellectus Horæus est, malorum omnium auerruncator; cuius Potentia simulachrum Accipitrum est, pariter cubicæ sedi insidens, sceptro adunco munitum, & est Potentia diuini Osridis Horæi virtute suâ penetratiâ omnia attingentis, domino inconcuso omnia gubernantis. E regione sua Sphyngem abaco incubantem habet, quæ est Isis Momphæa, Mens Horæa, omnium quæ in intellectu & potestate sunt Osridis & Hori, executrix. Ex humano capite tutulato & Leonis figura componitur, quo robur & fortitudo in exequendis mandatis Hori & Osridis apprimè denotatur, uti in Obelisco Flaminio, quem consule, docuimus. Nam ut rectè Plutarchus docet, est hæc Isis Momphæa nihil aliud, quam vis illa naturæ fœminea, & totius susceptrix generationis, vnde τιθλων, id est, nutrix, & παρθεχης, id est, susceptrix nuncupata fuit; oinnes enim ideas & imagines admittit, habet enim congenitum amorem erga id, quod primum ac summum est inter omnia, ipsum videlicet bonum, ad hoc enim rapitur, hoc optat, hoc sequitur; quod verò malum est, fugit & aduersatur. Hinc trium Mundorum domina appositiè nuncupatur, que nādmodum symbola supera posita docent   & vbi aduertat Lector, hæc symbola  & spacio ABC interiecta, Copticam vocem esse, & dominiū significare, quod in Sole & Luna suam potissimum potestatem exerceat; est & vox fœminini generis, sicuti  masculini. Verùm cùm has voces fusè varijs in locis exposuerimus, cò Lectorem remittimus. Vide de his in Astrologia fol. 192. Atque hæc est trias Horæa, Patre, Potentia, & Mente constans. Horæa dicitur, quia Horus in Mundo intelligibili circa Mundanæ domus administrationem potissimum occupatur; Trias verò est, quia triiformis supremi Numinis sigillo signata, administrationem suam, quemadmo-

Trigoni lateris Orientalis Obel. Sallustij expositione.

Plutarchus;
Isis Momphæa trium
Mundorum domina.


 &

voces Copticas quid

Horæa Trias quæ, & cur ita dicatur,

Zoroaster.

Hoc autem
caput Sallustij
Obelisci quid
denotet.
Trigonorum
reliquorum
Obelisci Sal-
Justiani expo-
satio.

 Morus cur
puerili forma
exprimitur.

Isis Mom-
phæa.

Hieroglyphi-
ca in quater-
nis Obel.
Sallustianis
lateribus
eadem.
Primi lateris
expositio.

admodum & reliqui triadii Numinum Chori, peragit. *Naturi* *quod* *est* *et* *cuicunque* *lumen* *Estas*, *ne* *muoyas* *agxu*, *toto enim in Mundo trias fulget*, *cuius unitas principium est*, *ut sapienter docet Zoroaster*.

In reliquis vero lateribus primo loco semper occurrit caput circulo insignitum, duobusque stipatum vincinis, quo pari pacto triadis Horæ Patrem notant, malorum omnium propulsatorem. Circulo notatur, ad diuinitatem eius insinuandam; puerili capite fingitur, quia Mundus, ut Plutarchus dicit, quotidie noua rerum generabilium prole veluti reiuuenescit; capite solo exprimitur, quia intellectus Horæ totum sensibilem Mundum, quem sub physico sensu refert, cognoscit, cognitis rebus propidet, omnium malorum alicubi impendentium propulsator, ut duo vincini, quibus stipatur, auerruncationis symbola, luculenter docent. Vbicunque itaque caput puerile spectatur, circulo munitum, id Hori esse censendum est. Dixi puerile, quia vix illa Hori statua reperiuntur, quæ non iuvenile quid praesferat, diversis tamen symbolis adornata, pro effectuum, quos in Mundo generationibus rerum reiuuenente operatur, diuersitate. Nunc enim eum reticulatâ veste in turbinem abeunte, nunc Sacerdotum vlnis finibusque veluti mammis applicatum sub pueri forma, quem lacte & puliculis nutriebant (quæ cum alibi recensita sint, hic longior esse nolui) miris utique à Sacerdotibus superstitionum ritibus cultu, formant; & hoc ideo, quia nisi Mundus quotidie noua generationis fœtura adolesceret, eum perire necesse foret. Hinc in paludibus Buri alitus memoratur, quia per vapores in sublime elatos resoluta humiditas Mundo necessaria est. Verum cum humiditas sine calido frustranea sit, hinc potentia Horæ est, in Mundo humido-calidum attemperare, ut potestate in quo rerum omnium genesis consistit. Hanc Potentiam aptè refert Accipitrina statua sedi cubicæ insidens, quam paulò antè, & alibi saepius iam exposuimus. Sphynx vero Horæ Isin Momphæam exhibet, ut supra diximus, Patris & Potentia conceptuum executricem: hinc incubitu Leonino calidum & humidum, Sole Leonem & Virginem percurrente, Nilo inundante, mirè roborat, fouet, animat, ad copiosam fœtræ exclusionem. Atque hinc Isis dicitur Momphæa, quia in quantum humido-calido præst, Momphæ, qui cum Nilotico Osiri ut plurimum confunditur, cuius hoc tempore dominium maximè viget, vxor est, seu principium passuum, in se rerum generabilium semina recipiens.

Sed cur trias hæc Horæ, in trigono pyramidij latere ponitur? quia hæc trias Horæ ex tribus triadibus, quibus paternum fundum componitur, una est, immediatè supremi triforis Numinis influxui substans; de qua vide copiose tractatum in expositione mensæ Iliacæ fol. 94.

Porrò explicata prima Obelisci perioche & titulo, iam ad reliquos ordine hierogrammatismos procedamus; qui quidem cum in quaternis Obelisci faciebus ijdem prorsus sint, vnum eorundem exposuisse sufficiat.

In spacio itaque B C E F, simulachrum occurrit, Accipitrinæ facie transformatum, sedi cubicæ insidens, baculo munitum adunco, sinistrâ quid-

quidpiam iubere videtur, è cuius regione ad geniculata statua bouinis cornibus, binas statuas Accipitriiformi Numini exhibet, quibus Genialis Mundus indicatur, in quem immediate Horæa trias influit.

Atque per hasce figuræ aptè indigitatur Intellectualis siue Genialis aut Angelicus Mundus, in quo singulorum ordinum Duces seu Choragi sunt, quibus reliqui inferiores ordines subiiciuntur. Hoc pæcto figura E subiicitur figuræ F, quod genuflexione sat testatur, mandata eius suppliciter expostulans. Et simulachrum quidem *τεραπογον* adunco sceptro, & nudum sedi quadratæ insidens, supremum Genialis Chori Principem virtute & potestate præpollentem, Accipitrinis oculis omnia lustrantem, & contra Typhonia mala sceptro auerruncatio formidabilem indicat; manu sinistrâ Genijs sibi subditis non nihil imperare videtur; cuius diuinam ac præpotentem vim subiens E Genius ei subditus, mandata suppliciter exposcit; binos Canopulos, quæ erant vasa oblonga, tumida, & in formam pueri fascijs inuoluti adornata, præsidi suo igneâ vi pollenti exhibet, ea intentione, vt is viuifco suo calore humidæ substantiæ, quæ per vasa indicatur, animandi potestatem concedat, & quod à Genio, E, circa res sibi commissas incepsum est, influxu suo continuet. Eratque hoc exemplar quoddam rerum à Sacerdotibus in adytis faciendarum propositum. Modus operandi ad calcem laterum expressus habetur, vt postea videbitur.

Atque huiusmodi figuræ in singulis lateribus eadem sunt, si minutiores characteres excipias; hi enim indiscretâ quâdam religione, siue ornatum, siue ad Deorum attractum facilitandum, adjiciebantur.

Sequuntur modò in spatio E F N O tres Accipitres, tres Boues, & tres statuæ sedentium habitu, cum charactere Tautico in manibus singularum; in singulis lateribus, tres, quæ faciunt 12. Et per tres quidem Accipitres, duodenarius arcis magnæ Geniorum Solarium numerus exprimitur, qui influxu suo, dum omnes Mundi duodecupartiti plagas, per quaterna Obelisci latera (quorum singula tres Accipitres continent, & simul iuncti duodenarium numerum constituant) indicatas perlustrant, omnia animant, & ad fœcunditatem incitant. Sequuntur tres Boues in singulis lateribus, quibus duodenarius hylæorum Numinum Solarium Elementaris Mundi administratorum numerus cœlesti duodenario analogus exprimitur. Nam vt alibi me dixisse memini, erat Apis seu Serapis bouinâ figurâ spectabilis, veluti inferioris Mundi Solare quoddam Numen, Osiris hylæus, qui influxu à cœlesti Osiride participato, inferiora omnia igneo vigore, iuxta duodecupartiti Mundi plagas administrabat; hinc asseclæ eius omnes figurâ Bouis exprimebantur. De quo fusus in Obelisco Flaminio, cœterisque sequentibus Obeliscis actum vide. Statuæ verò tres Accipitriæ Agathodæmonum sunt tutelarium, quos auerruncationis gratia, & ad Numina memorata maioris ordinis propitianda ponere, & exquisito cultu, quem seretra monstrant, prosequi satagebat Sacerdotum ceremoniosa industria.

In secundo latere B post tres Boues symbola spectantur differentia,

Eiusdem pri-
ni lateris re-
liquæ figuræ
exponuntur

Boues duode-
cim Obelisci
Sallustij.

Secundi late-
ris Obel. Sal-
luti expositio-

Tertiij lateris
expositio.

Quarti lateris
interpretatio-

quorum primum est Columba, quantum singulis competit distributionis ad æqualitatem symbolum; statua verò binis Canopulis utraque manu exhibitis Accipitriformi Numini, quod in Obelisco abrasum est, supplicans, idem significat, quod figura G H, in codem Obelisci latere; reliqua symbola iam passim exposita sunt.

In tertio latere spacio R S, varia symbola ponuntur, quorum sensus est: *Humidi p̄fes* & dominator, beneficentia suā, vitam omnibus, & rerum necessariarum abundantiam præbens, per statuam Agathodæmonum eius miniaturam attrahitur.

In quarto latere spacio T V, quaternæ Accipitrinæ statuæ characteribus Tauticis insignitæ ponuntur, & sunt Agathodæmonum siue beneficorum Geniorum, vti brachia extensa notant, simulachra, quæ ad dicta Numinæ attrahenda magnam vim habere putabantur.

Vides igitur quomodo ex epucleatis paulò antè symbolis Trias Horæ paterno fundo proxima, eiusque administra, iuxta archetypam rationem primò in Genialis Mundi cœtus, ex his in Siderei Mundi Numinæ Solaria, & per hæc in inferiores hylæi Mundi Agathodæmones, ordine quodam concatenato influat. Quæ cùm ita sint, iam quomodo eadem Numinæ in particulares entium gradus influant, quid operentur, quibus ritibus & sacrificijs attrahantur, videndum restat; quod quidem quam fieri poterit, paucissimis per duodecim paragraphos, iuxta duodecim columnarum series, præstabilimus.

§ I.

Columnae primæ lateris primi Obelisci expositio.

Lateris primi
columne pri-
me expositio,

Primò è regione N Accipiter crateri suo insidens, cum sceptro hircino, & thyrso papyraceo, tribusque terminis, cum segmento sese exhibet, quem piscinæ sacræ figura sequitur cum ijsdem tribus terminis; hanc excipit polymorphus Dæmon, cum thyrso papyraceo, insidens tabulæ sacræ; quorum sensus hic est: *Supernorum Numinum influxu crater Osridis repletur, secundu; eius dominio per tres anni stationes rerum necessaria- rum abundantia ex sacra pisiia eminat, polymorphi Dæmonis ope procreata;* qui & propitius redditur sequentis sacræ tabule positione & cultu, siue prophylactico Momphto-Mendesio. Cuius mysteria vide in Obelisco Flaminio amplissimè descripta; sunt enim ferè omnia huiusmodi schemata profus eadem, cum ijs, quæ fuse in præcedentibus Obeliscis jam exposuitur.

Porro figuræ è regione Z, sunt tres termini, remo, brachium extensem, ἑβέπεζον, globus cum retinaculo, tribus terminis, & volucre expansionis alis volatum affectante; quorum sensus sequitur: *Per prophylacticam Momphto-Mendesij virtutem tres anni stationes beantur; septem planetarum arx magna diuinâ potestate repletur; virtute motus Numinis Solaris, cuius pro-*

pi-

pitioni sequens tabula B sacra servit. Et est Horus ouali figuræ inclusus cum penna in capite, sub cuius pedibus figura Nilometrij. Oualis figura Mundum, ut alias diximus, indicat, cuius Mens Horus est, teste Plutarcho, quæ maximè in hoc detineri videtur, ut sufficientem humoris copiam singulis Mundi membris distribuat; quæ aptè per Nilometrium Mundani liquoris symbolum, cui insidet, signatur; eratque Sacerdotibus solenne prophylacticum Horo, quemadmodum sequens Osiri trahendo aptum, cuius interpretationem vide suprà sol. 22Q.vbi omnia amplissimè exposita reperies.

Deinde è regione C Serpens sequitur, cum claustro Accipitris, quæ vitæ cauea dicitur. Quod vt intelligatur, Sciendum est, Ægyptios Heliopoli in fani porticu Accipitres veluti Osridi sacros, arcano religionis instituto coluisse; quo ostendebant, vitam ab Osride minimè concedi, nisi obsequijs & religiosis sacrificiorum ritibus & cœremonijs priùs veluti deuicto, vincitoque: ex huius enim religionis actu Typhonia Bubo à duodecim magnæ areis domibus arcebatur; quo factò Chenosiris, id est, Anserinus Osiris triplici Mundo intelligentiarum ope, vitam tribus inferioribus Mundis conferebat, quemadmodum symbola inter C & D inclusa indicant. Trahebatur & idem per sequentia sacræ tabulæ prophylactica, quorum prius E Mendesio-Momphtæum, gnomonem habet cum globo, Crucem ansatam cum litera M, deinde solitas statuas Accipitrinas cum capite Bouis infrà, è regione verò phialam, cui supponitur Nilometrium; quæ symbola hunc sensum exprimunt: *Symmetria Mundi ex influxu Momphtæ & Osridis in humorem sacrum, & Mundani liquoris substantiam deriuatur terrestri Osiri communicata.* Cœterūm sacræ tabulæ prophylacticum literâ F signatum iam fusè paulò antè citato loco expositum est; vbi notandum, Anserem cum Serpente, quem rostro tenet, idem notare ac vitæ Mundanæ custodem.

Sequuntur modò è regione G varia minuta symbola vnâ cum tribus prophylacticis seu sacris tabulis; quæ cùm in præcedentibus passim exposuerimus, Lector ipsa proprio Marte facile exponere poterit. Quid verò minores in radice Obelisci imagines sibi velint, postea explicabitur.

Nota Lector, omnia symbola in hac columnâ à C usque ad finem exhibita, eadem prorsùs esse cum symbolis columnæ primæ lateris secundi Obelisci Flaminij, quæ in eadem incipiunt à litera Y usque ad finem.

*Accipiter
Heliopoli
cultus.*

§ II.

Columnæ secundæ lateris primi expositio.

Lateris primi
columnæ se-
cunda.

DVodecadicorum paulò antè memoratorum Numinum influxus pri-
mò in Pantamorphum rerum omnium necessiarum largitorem
transfunditur, quem primò in secunda columnæ musca *degusv̄t̄muq̄ḡ* vñā
cum thyrso papyraceo, vt in innumeris locis docuimus, demonstrat, &
duobus sequentibus sacrarum tabularum prophylacticis attrahitur; quæ
cùm iam sol. 220. exposita sint, non attinet repetere. Ex religioso cultu ho-
rum prophylacticorum, prouidentia dictorum Numinum, benefica Che-
nosiris ope, statuarumque Accipitinarum influxu portæ aperiuntur do-
mus mundanæ; cuius tabula sacra propitiatoria est sequens è regione
B; Horus videlicet puer, id est, Mens Mundi Sensibilis, ouatæ figuræ, id
est, Mundo inclusus; quæ omnia innuunt symbola inter literas Y Z A B
inclusa. His enim motus sacer Chenosiris trium Mundorum curam su-
scipit, Typhoniam bubonem ab ijsdem sacrarum cœremoniarum ritibus
propulsat, catenæ Typhoniarum potestatum propulsatrices agitantur,
D porta domus magna Solis & Lunæ aperitur, sceptra Deorum erigun-
tur, catena vitæ, & prouidentia Osiris per canalem occultum deuehitur
in inferius Hori regnum, cui propitiando sequens prophylacticum con-
stituitur; Chenosiris ouali figuræ, in qua hieralpha cum catena, duabus
pennis, Horus puer cum Taurico charactere, & hydroscemate conti-
nentur; quorum sensus est: *Agathodæmonum catena humidum Hori re-*
gnum influat. Ad quod & operam suam conserant ternæ Chenosiricorum
Numinum legiones. Hæc omnia symbolis inter B C D E F G interclusis
significantur. Nota Lector, vbi hoc loco tres Anseres ponuntur, in
Obelisco Flaminio eodem loco tres Ibides ponuntur. Hæc columnæ
prorsus eadem est (paucis exceptis, quæ tamen nihil in significatione
rerum mutant) cum columnæ secunda lateris secundi Obelisci Flaminij.

Columnæ
2. lateris 1.
Obel. Sallu-
stij eadem
cum colum-
na 2. lat. 2.
Obel. Flami-
nij.

§ III.

Columnæ tertiae lateris primi expositio.

Columnæ ter-
tiae lateris
primi.

SVrapositorum Numinum influxu Genius Solaris anni dominator,
tres efficaces potentiæ piscinæ sacræ conseruatores, Pantamor-
phus rerum necessiarum largitor, attrahuntur mediante sacra tabula se-
quenti; quæ eadem est cum tab. col. 2. antè citata. Symbola verò se-
quentia ob rasum corruptumque Obeliscum latent. Sequuntur duæ alia
sacræ tabulæ, quarum prior A canalem in Mundum deriuatum, Accipitri-
nam statuam, globum, & serpentem continet, eorumque sensus est: Ca-
nalis crateris Osiriaci simul ac Mando aperitur, tum etiam vita Mundo inseritur.

Alter

Altera B cum Chenosiri supraposito continet caput Hori, statuam Accipitrinam, cum Cruce Taurica, infra quæ sceptrum incuruum, cum ramo triclini inverso; quorum sensus est: *Influxus Hori in Solem anni dominatoris anno abundantiam confert*; Numinis prouidentia dodecapyrgum eâ industria gubernat, ut uterque Mundus superior & inferior, per dodecapyrgon vita & beneficentia Numinum imbuatur. Ad quæ sollicitanda sequentia duo amuleta iam superius exposita præstant. Quæ quidem omnia ijs symbolis, quæ literis B C D E F continentur, indicantur. Reliqua minutiora symbola pariter signa sunt ad Numinum prophylaxin procurandam constituta.

Nota tamen Lector, hanc columnam extractam esse ex tertia columnâ lateris secundi Obelisci Flaminij.

Sed hoc loco maiores figuras exponamus ad radicem Obelisci positas; quæ quide[m] proflus eadem sunt cum ijs, quæ intra spacia huius Obelisci superiora B C E F, D E G H, F G I K, H I L M, continentur; hâc solùm positâ differentiâ, quod figura *εγκόμησθε* siue Accipitrisformis, quæ in dictis spatijs sedet, hic eadem stat, tripodem ansatam manu sinistrâ gestans, in cœteris nulla proflus differentia est. Hoc itaque ut exponatur mysterium, nota, Ægyptios Sacerdotes in adytis suis omnia ad archetypatum rationum, siue supramundanarum Potestatum exemplar, sacrificia sua instituisse; quæ tanto putabantur futura efficaciora, quanto mystico illo symbolorum apparatu exhibebantur *αιλογάρια*, siue veris exemplaribus similiora. Quare ut catenas illas Idealium mentium efficaciùs traherent, in adytis suis horâ & tempore Dijs oportuniore, eo suâ actiones habitu adornare consueuerant, ut symbolico Numinum habitui quam esset simillimus. Hinc seminudi, laruâ Accipitrinâ tecti, sceptris baculisque muniti, manu ansatam tripodem, influxus triforis Numinis indicem gestantes, mystica Numinum mania exhibebant; quibus alij ministri, inferioris ordinis Genios referentes, pariter nudi, ingeniculati aduoluebantur, vasa Deastrunculis similia offerentes; quibus quidem cœremonijs, & laruatâ representatione, nihil ad trahenda Numina efficaciùs esse posse sibi persuadebant. Verum cum hæc omnia in Obelisco Flaminio fûte descripsimus, eò Lectorem remittimus.

§ IV.

Columnæ primæ lateris secundi expositio.

Columna
I. lateris 2.
Obelisci
Sallustiani.

Tota hæc columnæ exscripta est ex prima columnâ lateris Occidentalnis Obelisci Flaminij à K usque ad Q, uti vnam cum altera comparanti Lectori patebit; atque adeo utramque ijsdem literis indigauimus; vnde qui huius interpretationem videre vult, citati Obelisci columnam adeat, vbi omnia exposita reperiet.

§ V.

§ V.

Columnæ secundæ lateris secundi expositio.

Columna
2. lateris 2.
Obel. Sallu-
giani.

Tota hæc columnæ exscripta fuit ex columnâ secunda lateris tertij Occidentalis Obelisci Flaminij, vti vnam cum altera Lector comparare poterit; solâ & vnicâ differentiâ interueniente, quod hic praesens Obeliscus rudent & imperitam sculptoris manum fortitus sit, alter vero, videlicet Obeliscus Flaminius, omnium vel minutissimâ rerum sculpturam exactissimam exhibeat; vnde non eodem seculo, multò minus ab eodem Hieroglypta incisam fuisse, sat superque diuersitas sculpturæ docet.

§ VI.

Columnæ tertia lateris secundi interpretatio.

Columna
3. lateris 3.

Tota hæc columnæ exscripta fuit ex columnâ tertia lateris tertij Occidentalis Obelisci Flaminij, vti parebit ei, qui singula cum singulis exactè combinauerit.

§ VII. IIX. IX.

Columna prima, secunda, tertia, lateris Borealis.

Columna
1. 2. 3. lateris 3.
Obel. Sallust.

Totum hoc latus Boreale respondet Meridionali; vt proinde illud explicasse, hoc explicasse sufficiat; explicationem vero habebis in Obelisco Flaminio citatis paulò ante locis.

§ X. XI. XII.

Columna prima, secunda, tertia lateris quarti.

Columna
1. 2. 3. lateris 4.
Obel. Sallust.

Tota hæc columnæ extracta fuit ex prima columnâ quarti lateris Obelisci Flaminij; & tota columnâ secundâ huius lateris pariter extracta fuit ex columnâ secunda lateris quarti dicti Obelisci Flaminij; & tertia tota ex tertia columnâ lateris quarti, vti ei patebit, qui vnum cum altero æquibus reges contulerit,

Conjectarium primum.

EX dictis patet, ex hisce duobus Obeliscis, Sallustio & Flaminio, alterutrum ex altero, tanquam ex prototypo quodam, extractum esse. Quisnam verò alio antiquior sit, id certè facile determinari non potest: verosimilius tamen videtur, hunc ex illo suisse desumptum, vt suprà etiam innui. Obeliscus Flaminius magnam Sculptoris in genuinè exprimendis imaginibus peritiam præbet; hic verò præsens non adeo peritam manum Sculptoris adeptus est: interdum enim quasdam ita transformat, vt à vero alienæ videantur. Contrà in Obelisco Flaminio omissæ nonnullæ notæ spectantur, vti in trigonis pyramidij caput Hori cum duobus vncinis; quæ vtrum studio omissæ sint, vel vtrum armatura insigniūm Sixti Quinti eas texerit, nescio. Deinde in figura sacræ tabulæ, quæ ultimum in tribus primis lateribus Obelisci Flaminij locum tenet, post duas pennas Hori pueri figura, quæ in Sallustio Obelisco correspondentibus locis veluti antro cuidam inserita est, in Obelisco Flaminio omissa est. Verùm quid in alterutro Obelisco omissum, quid additum sit, curiosus Lector, sedulā dictorum Obeliscorum ad inuicem comparatione, melius faciliusque cognoscere poterit, quam ego vel multis & superfluis verbis demonstrare; vnde binos hosce recensitos Obeliscos, vnum & idem argumentum continere, nobis indicasse sufficiat.

Obeliscus
Sallustius &
Flaminius ex
se mutuo,
sumptu.

Differentia
inter Sallu-
stianum &
Flaminium
Obeliscum.


Conjectarium secundum.

CVm in omnibus ferè Obeliscis similes symbolorum catenæ repe- riantur; certum est omnium argumenta Ægyptiorum Theologiam respicere: vnde consequitur necessariò, Obeliscos minimè, quemadmo- dum multi hucusque sibi persuaserunt, historias & res gestas, laudesque Regum continere; sed plerosq; esse symbola diuinitatis vbique latentis, Geniorumque concatenationis notas, iuxta multiplices Mundorum se- ries exhibitas. Vt proinde mirum non sit, neminem hucusque hieroglyphicorum expositionem attentare ausum suisse; cuius quidem rei rationem aliam non inuenio, nisi quod nemo Obeliscos, vti & cœ- tera Ægyptiaca monumenta ad inuicem ritè contulerit, & figuræ cum figuris studiose combinârit. Quod si, sicuti nos, ita alij secis- sent, forsan iam dudum literatura illa arcanior Mundo innotuisset; cùm ex figurarum identitate, ferè in omnibus Obeliscis elucescente, simulachrorumque constitutione, situ, proprietate, cœterarumque figurarum idiotismo, non adeo difficile fuerit, in perfectam signifi- cationis omnium notitiam peruenire. Atque adeo iam pridem cessas- set illa, tantopere Historicorum torquens ingenia, de vera hierogly- phicæ literaturæ significatione controversia, dum plerique ferè Herodotum, Diodorum, Plinium secuti, Obeliscos non nisi Histoticas Regum veterum commemorationes continere opinati sunt; quod ta- men

Obeliscorum
hieroglyphi-
ca conti-
nent Theolo-
giam Ægy-
ptiorum.

men falsum esse, ex dictis luce meridianâ clarius patet. Verum cum
hæc omnia amplis fusisque discursibus tum in propylæo agonistico, tum
in Anacephalæotico ultimo huius Operis Syntagma, demon-
strauerimus, ne toties iisdem repetendis tempus terere
videamur, Lector ea adire poterit.


FINIS SYNTAGMatis QVARTI.





Latus II. Oriente




LATUS I. AVSTRAL.



Latus IV. Septent.





SYNTAGMA V.
OBELISCVS OLIM VERANVS
MODO BARBERINVS.



EMINENTISSIMO PRINCIPI
FRANCISCO

Cardinali Barberino, S. R. E. Vicecancellario.



RO DIT tandem, Eminentissime Princeps, Obeliscus
verè Tuus, iam ab aliquot lustrorum curriculis desideratissimus. Tuus est, quantus quantus. Tu enim primus ab
immemorabili eum tempore in agro Verano terris obrutum,
detexisti, emisti, luci tradidisti; & nè luci iam exposito,
mystica eiusdem sculptura tenebris sepulta maneret, vel ob
vnam banc causam anno 1635. è Gallia me in Urbem, eius-
dem futurum interpretem, accersisti; in quo vti primum interpretationis specimen
Tibi exhibere visum fuit, ita Obeliscorum deinceps exponendorum, atque adeo
totius huius præseitis Operis prima merito causa, occasio, & origo fuit. Nè verò
ardui mibi inpositi munera laboribus cederem, Tu continua me benevolentia
animasti; Prolixi Coptum ad literarium Orbem mox Tuis sumptuus expe-
disti; & nè tantu ausus Opus necessiarum rerum inopia remoram pateretur, Bi-
bliothecam Vaticanam, Tuamque propriam reconditorum Codicum, monumen-
torumque copiam celeberrinam, semper apertam esse voluisti, ad Musea quoque
Tua omni antiquitatum genere refertissima aditum referasti: ut proinde summè
me tantu beneficiorum congerie obligatum sentiam. Cedat itaque Obeliscus hic
Barberinus in æternum Nominis Tui honorem, & tanquam magnæ mentis
Tuæ trophyum in nunquam interituros annos, in Orbe literario triumphet.
Vale.



SYNTAGMA V.

Obeliscus Veranus, seu Barberinus.

C A P V T . I.

Historica Relatio Obelisci Barberini.

Obeliscus
Barberinus in
agro Verano
reperitus.



Author Ro-
manum accer-
tur ad Obeli-
scum Barbe-
rinum inter-
pretandum.

Oedipi Agy-
ptiaci ador-
gaudi occasio

RANCISCVS Cardinalis Barberinus cùm Antiquario rum Romanorum nescio quibus coniecturis, alicubi in Agro Verano nobilem Obeliscum latere, intellexisset laudabili sanè conatu nullum non lapidem mouit, vt is in uentus discooperiretur. Quod factum fuit ann o 1633. Siquidem in vinea quadam, cuius possessor erat Curtius Saccoccia, eo prorsū in loco, vbi olim Circus Aureliani Cæsaris spe stabatur, & modò non exigua eiuldem vestigia ex ruderibus dignoscuntur, detectus, erutus, persolutaque possessori eius non exigua summa pecunia, in Palatij Quirinalis, quod Barberinum vocant, aream delatus fuit, vbi & etiamnum in tria fragmenta ruptus perseverat. Interea dictus Cardinalis à Nicolao Pereisco, immortalis memorie Viro, de novo hieroglyphicæ instauratio, quod moliebar, argumento certior factus, instanter cum R. P. N. Mutio Vitellesco Soc. IESV Generali egit, vt me propediem Romam è Gallia vocaret, eâ spe fretus, vt specimine interpretationis in hoc nouiter detecto Obelisco dato, aliquid sibi certi de reliquis pari ausu exponendis polliceri posset: quod factum fuit. Obeliscum, mox ac appali, diligentia summâ delineatum mihi interpreti adueniæ exponendum tradidit. Verum cùm sine præuijs fundamento in adeo incognitæ doctrinæ demonstratione, fidem meam vacillare posse videreim; post Prodromum Coptum, & idiomatis Pharaonici siue linguae Coptæ restitutionem, tandem Oedipum adornandum censui, in quo: quæ quovis modo ad tam insolentis Operis conatum pertinere videbantur, ex omnigena Orientalium traditione eruta, stabilire contendi, vt sic tandem multorum annorum lucubrationibus extortus partus eo rerum apparatu, quem opus arduum difficile, & intentatum suo veluti iure re- poscebat, lucem aspiceret; quod Deo dante & Duce factum fuit. Quæ ideo fusiū deducenda duxi, vt originem huius Operis, occasionemque aliam non fuisse, nisi præsentem hunc Obeliscum (quem ideo non incongruè Barberinum nuncupauimus,) posteri cognoscerent, eique proinde, cui inscriptus est, veluti primo promotori grates haberent. Verum de primo huius Obelisci in Aegypto Erectore hæc paucis, nostrâ coniectu- râ, accipe.

C A P . V . T . II .

De huius Obelisci Erectoribus.

Huius Obelisci tametsi nullus Scriptor mentionem fecerit, verisimile tamen est, unum ex iis octo Obeliscis esse, quos Sothiū & Ramessem filium eius in Urbe Solis erexit. Plinius refert. Verba eius sunt I. 36. c. 8. *Postea eī alijs Regum in supradicta Urbe, Sothiis quatuor humero quadragenūm octonūm culitorūm longitudine, Ramesses vero, quo regnante, ihū caput est, 40 cubitorūm, alijs scilicet quatuor erexit. Octo vero promiscua Regni administratione ab utroque erectos fuisse, & ex illis, quatuor a diuersis Imperatoribus Rōmā aduectos, in Obelisco Pamphilio fol. 58. ostendimus, videlicet Campō Martiūm hōris demonstrandis destinatum ab Augusto; Sallustianum, teste Ammiano Marcellino, à Claudio; Pamphilium à Caracalla; & hunc Barberinum ab Aureliano; reliquis adhuc in Āgypto remanētibus. Hunc autem unum ex quatuor Romanis aduectis esse, hāc coniecturā ducimur, quod cōterorum Obeliscorum erectores ex Historicis nobis constent, de hoc autem nulla apud Historicos mentio fiat, atque adeo verisimile sit, hunc inter quatuor recensitos unum esse, quem Aurelianus Cæsar inter quatuor istos minorem, cum aliis non suppetaret, Circo suo, prædecessorum suorum exempla secutus, intulerit. Nam ut citato loco ostendimus, cum nullus olim Circus Obelisco careret, Circus autem Mundi figuram, & in eo Obeliscus Solem seu animam Mundi exhiberet; verisimile videtur, nē Circus Vēranus hoc mystico symbolo careret, ab Aureliano hunc inter superstites Vrbis Obeliscos, & neandum erectos, maiorem, Circo suo illuminatum fuisse. Sed de his, vti dixi, vide citatum Obelisci Pamphilij locum.*

Est autem hic inter mediocris ordinis Obeliscos, minimus; 66. Obelisci Barberini magnitudo.

C A P . V . T . III .

Argumentum Obelisci Barberini.

Quemadmodum singulos Romanos Vībis ex Āgypto olim abductos Obeliscos, ab iis locis, in quibus posteris temporibus vel erēti sunt, vel confracti adhuc iacent, appellamus; vt à porta viaque Flaminia, Flaminium, & Lateranensem ab Ecclesia, cui imminet Lateranensis &c. ita Obeliscum, quem Eminentissimorum Barberinorum Palatio adiacentem hīc spectandum proponimus; merito BARBERINVM appellare licuit; Obeliscum vti omnigenā figurarum varietate admirabilem,

bilem, ita præ cœteris omnibus cum primis mysteriosum, ac reconditori symbolorum literatura refertum.

Quibus Nū.
minibus dica
tus.

Erectus est is à priscis Ægyptiorum Sacerdotibus ac Hieromantibus, supremo Numinis (quem πατέρα vocat Trismegistus, & Plato, alij Osiris, aut Mythram Ægyptium, alij Animam Mundi, similibusque nominibus ἰσογένες nuncupant) & 48. Genijs Mundi, dicti Numinis ministri, & Vniuersi veluti præsidibus, Quod vt intelligatur,

Stationes
Deorum 48.
ab Ægyptijs
notarijs
in
Cælo.
Aratus.
Hyginus.
Plutarchus.
Mundi latus
Australis &
Boreale.

Bulengerus.

Ouum Zoroastræum.

Obeliscus
Barberinus
continet 48.
Stationes
Deorum.

Argumentum
Obelisci
Barberini.
Pantamor-
phum Nume-
& 48 Genij
ministris.


Nota Ægyptios 48 Deorum stationes, quas Græci eos secuti postea αστέρων seu constellationes vocarunt, in Cælo obseruasse, quas ex eorum instituto recitat Aratus & Hyginus, & nos in Astrologia Ægyptiorum duobus Hemisphaerijs exhibuimus; quorum 24 ponebant in Hemisphaerio Australi, totidemque in Boreali. Australe Plutarchus vnam lucis, Osiris regnum, dextrum Mundi latus, salubre ac beneficium vocat; quod & primum in hoc Obelisco latus indicat, in cuius primo loco Osiris. Accipitriño capite spectabilis, vti postea videbimus, occurrit: oppositum verò huic Boreale, sinistrum Mundi latus, maleficum, veneficum, fœmininum, tenebrarum originem, Arimanij seu Typhonis regnum ex Ægyptiorum mente vocat; & 24. Numinum Osiridis αἰτιάχρω stationem habet, quoruī & mentionem facit Damascius, vt est apud Bulengerum in Astrologia Chaldæorum, vbi ita loquitur: Post Zodacum circulum, alias 24. siderum stationes definiunt; quorum alteram partem ad Boream, alteram ad Austrum colligant, æque siderum numero, quæ sub aliorum sensum cadunt, in lucida regione viuētibus assignant, quæ aspectum fugiunt, in tenebrarum regno mortuorum esse volunt, atque hos vniuersi ordines constituant. Haec itaque vna cum Sole eas annuā revolutione perlustrante, pyramidibus actionum suarum οὐρανοῦ obversis, magnarum passim in hoc Mundo mutationum sunt causa.

Atque hoc est Ouum illud Zoroastræum, id est, Mundus, in quo Orimazes 24 Deos, & Arimanus totidem αἰτιάχρω condidit, bonorum malorumque commissioñis causa. Fabulam vide apud Plutarchum lib. de Osiri & Isi, & fol. 176. Obelisci Pamphilij fusiūs pertractatam; quod & Chaldæi sub sequenti typo exhibuerunt.

Ægyptij verò in hoc Obelisco in singulis Obelisci quaternis lateribus 48. Geniorum, quæ beneficorum, quæ maleficorum, stationes exhibent, ita vt singula latera eorum duodecim continant, quæ per totidem stellas in singulis singulorum laterum frontibus indicantur; nihilque aliud sunt, quam stationes Deorum, quas nos suprà in Astrologia Ægyptiorum duobus Hemisphaerijs ad mentem Veterum exhibuimus; his enim Ægyptij putabant, omnia quæ in Mundo sunt, subiici; hisce omnia administrari, omnia contineri.

Continet itaque OBELISCVS BARBERINVS primò Pantamorphi Numinis, & 48. Geniorum Mundi eius ministrorum effectus & operationes, notis hieroglyphicis expressas, quas mediantibus quatuor primis naturis seu elementis in inferiori Mundo exercent.

Secun-



Secundò, in huius Obelisci hieroglyphicis Syntagmatis implicitè quoque docetur, quibus sacrificijs, adiurationibus, cœremonijs, singuli dictorum Geniorum alliciendi, coniurandi, & in statuas compingendi sint. Item quibus instrumentis, aut supellecstile in sacris vti, quae ex materia statuas illas certis in locis τεργαμ्पας, quas συχοῖς Græci vocant, construere debebant, vt rebus Geniorum proprietatibus ὡς τὰ αἰδογίας adaptatis allecti, vocitantibus Magis faciliùs obsequantur.

Tertiò quibus amuletis, phylacterijs, periaptis, ad malorum omnium auerruncationem, felicitatemque consequendam cum publicè, tūm priuatim quisque illorum Geniorum colendus sit & inuocandus. Quæ omnia sub artificiosa symbolorum architectura hoc in Obelisco proposita continentur: quorum aliqua eximia in naturali Philosophia ac Theologia Veterum pandunt mysteria; alia Magicis & superstitionis artibus involuta, utpote Dæmonibus occultè sese eorum operationibus immiscentibus, cœcis mentibus fenestram passim ad omnem impietatem, iterque ad totius perditionis præcipitum aperuere. Quæ tamen omnia eâ cautelâ & circumspetione à nobis explicabuntur, vt nec scandalo teneoribus mentibus hæc nostra interpretatio esse possit, nec præferidis curiosisque ingenij antiquorum Magiam addiscendi detur occasio.

Quin

Ritus & cœremoniæ qui-
bus placandi.

Ratio figura-
rum magica-
rum.

Ratio amule-
torum & phy-
lacteriorum
quibus colen-
di.

Diabolus se-
misicut Ma-
giz naturali.

Authoris sco-
pus in Obe-
lisco inter-
pretandis.

Quin potius futurum speramus, ut sicuti huius, ita omnium aliorum Obeliscorum, quorum enodationem molimur, ope; utpote arcans Ægyptiacæ, Pythagoricæ, Platonicæ, Chaldaicæ, Persicæ Theologiaz penetralibus reclusis, Antiquorumque detectis ac refutatis superstitionibus, omnes nostri temporis artium suspectarum, totiusque pars officinæ, fraudibus & imposturâ Dæmonum ostensâ, suapte sponte corruant. Atque hic noster primarius finis & scopus in hoc Opere censendus est.

C A P V T . IV.

Brevis quatuor primorum & principalium Obelisci Systematum interpretatio.

Finis & intentione Obelisci crediti.

Ante omnia sciendum est, finem & intentionem eorum, qui hunc Obeliscum erexerent, fuisse duplicem. Prima fuit, ut hisce profundissimæ sapientiæ suæ apud posteros relinquerent veluti μημόνια, ac solleictum animorum τροπίεων quoddam, tamque posteritatem in primæuæ Sapientiæ admirationem deducerent.

Altera intentio fuit, ut hac veluti prophylacticâ quâdam imagine ab eo loco vel regione, in qua erectus erat, omnia sinistra & infORTUNATA auerruncarent; quod quidem fiebat vel attractione Geniorum Mundi bonorum, vel fugatione noxiiorum, quos bonis rectâ oppositos credebant, Geniorum.

Gesij 48
Mundi sub figura 48 stellarum.

Asterismi 48 in Obelico Barberino.

Principi naturæ præsides

Quo præsupposito explicationem Obelisci felicibus auspicijs aggredimur. Ac primò quidem in fronte Obelisci supremo loco sese offerunt 48 stellæ στελλές seu quinqueradiæ, eâ proportione lateribus incisæ, ut latera singula earum comprehendant 12. Quo hieroglyphico schemate antiqua sapientia indigitat 48 vultus, qui 48 cœli vultibus, seu Asterismorum imaginibus (nam, teste Haly Rhodan, Ægyptiorum antiqui Astrologi tot in Mundo cœlesti vultus, quot in Elementari entium gradus sunt, ceu vultus terrestres cœlestibus substantes, descripsere) αρχαὶ λαβεント respondent. Quorum omnium proprietates, officia, actiones, influxus, rationes mysticas, & cur cuique stellæ quinque radios attribuerint, fusè tūm dicemus, cùm particularem singularum notarum declarationem pandemus; nunc ea tantūm obiter indicasse sufficiat. Atque hi sunt 48 Genij præcipui totius naturæ præsides, in quatuor veluti δωδεκάδes culpitudinum eâ ratione ordinati, ut singulæ Geniorum δωδεκάδes singulis Mundi partibus & Elementis subiectis, iuxta analogiam proprietatum utrisque communium, aptè respondeant.

Schematismi hieroglyphici quatuor elementorum.

Potò cùm Mundi anima συγγεγένη per astra seu Genios cœlestes in inferiora agere non possit sine medio; sub ipsis stellis, quæ Geniorum symbola diximus, Ægyptij immediate schematismos hieroglyphicos quatuor primarum naturarum, seu, Elementorum, è quibus quicquid in Mondo Sensibili est, componitur, quæque sunt veluti prima obiecta, subiecta-

iectauè, in quæ dicta Mundi anima cùm per Astra & Genios cœlestes, tùm per propria sibi Numinis elementaria, in Mundum inferiorem agit, non incongruè posuerunt.

SCHEMATISMVS I.

Genius Ignis.

AC primò quidem, quâ ratione, & quid Anima Mundi per Genios Solares seu igneos operetur in natura inferiori; quibus item sacrificijs ac cœremonijs, dispositionibusque præuijs ea allicienda sit, docet sequens hieroglyphicum schema in Obelisco signatum litera A, quod plagam respicit Meridionalem qualitate ei conformiem.

Vbi Osiris seu Anima Mundi *ιεραχόμορφος* siue Accipitrino capite lar uata, sellæ quadratæ insidens, dextrâ baculum *ιεκυφοκέφαλον*, hoc est; Vpupæ capite insignitum; sinistrâ sigillum Tauticum; siue Crucem ansatam; capite sphæram, è cuius cauitate Serpens emerget, gestat. Quæ omnia symbola sunt, vti ex omnigena doctrina fusè in præcedentibus ostendimus, virtutis & efficacij, quam Mundi Anima, ministrorum suorum ope, ac mediante ignis elemento, in Mundo exercet.

Ac per Accipitrem quidem, aue in igneis oculis coruscantem, celerem, viuacem, ardui præcelisque volatus, singulas ignis tam cœle-

stis, quam elementaris proprietates symbolicè connotant. Per baculum *ιεκυφοκέφαλον*, tùm Regiam potestatem, tùm rerum vi caloris in Mundo productarum varietatem, cristâ Vpupæ omnigenâ colorum varietate imbutâ *ιεργυλυφικῶς* præfiguratam; Per ansatam Crucem, quæ è duobus, circulo videlicet & Cruce coalescit, motum Phta, videlicet Animæ Mundi, omnia quæcunque in Mundo sunt artificiose disponentis, denotant. Ac per circulum quidem corporum cœlestium circularem motum, quo ea quadantenus animat, & ad influendum in inferiora apta reddit: per Crucem verò seu decussatas lineas, motum quem in inferiori Mundo ad generationes & productiones rerum, iuxta elementarium corporum conditionem, peragit, significant: est enim sublunarium rerum motus iuxta rectas lineas, vti in motu grauium & leuium, vel mediâ naturâ constantium, appetat; quorum illa partim deorsum, partim sursum *ωεὶς θεὶς* delata; hæc à gravitate & levitate utrinque ex æquo participantia medium naturam natæ, & in latera veluti diffusa, appositè decussatas Crucis lineas exprimunt. Atque hoc unico charactere ob dictas ratios totius naturæ processum non inconuenienter connotant; quare & hunc characterem quoque omnium hieroglyphicorum reputabant mysterio-



Systemati-
cum Genio
igneo facien-
dorum ratio-
nem demon-
strans.

Quid per ca-
put Accipitris
significetur.
Quid per
baculum
*ιεκυφοκέ-
φαλον*.

Quid per an-
satam Crucem.

Mysteria
grandia Cru-
cis ansatae.

steriosissimum, eumque vim præ cœteris maximam, cùm ad Genios bonos alliciendos, tūm ad fascinandos malos, obtinere arbitrabantur: hinc salutis symbolum, fascinum maximum, monogramma Phta, alijsque nominibus insignientes, in omnibus Obeliscis, statuis, tabulis, insculptum ponebant. Tempus me deficeret, si omnia huius characteris mysteria modò declarare vellem; quare qui plura desiderabit, consulat Obeliscum Pamphilium, in quo de eo integro tractatu, & Cap. 5. Prodromi nostri Copti seu Aegyptiaci, vbi pariter multis de eo egimus. Nunc ad institutum nostrum reuertamur. Per circulum porrò, è cuius profundo Serpens emergit, vim illam diuinam rerum conseruaticem vbiique lateat, seu spiritum vitali calore intus cuncta alentem, & magno se corpore miscentem, innuunt. Per sedem quadratam, constantiam actionum indeficientem in omnibus denotant; per sedis verò basin quintuplici ansatæ Crucis charactere insignitam, quinque subiecta, in quæ potissimum vim suam exerat, significare volunt: quæ sunt lapides, metallæ, plantæ, animalia, rationalia. Atque hæc quoad Animæ Mundi, sive Genij Solaris seu ignei symbola. Quæ quidem omnia clarius innoscunt, vbi singula congruis cœremonijs authoritatibusque stabilientur.

E regione Idoli Pantamorphon referentis, sese offert figura Sacerdotis Isiæ, linteati, gestu precantis, dextrâ statuunculam tenentis, & insigniti tutulo vario, quem nos, à Serpentibus hinc inde ceruicem arduim subrigentibus, à sphæra media, à flamma utrinque euentilata, & peniarum fastigio, vnico vocabulo consultò nominare voluimus tutulum ὄφι-κυκλο-φλεγο-πτερόφρον; quo hieroglyphico schemate nihil aliud denotatur, nisi ratio sacrificiorum, quæ Sacerdotes & Hieromantæ ad Solares & igneos, sicut omnes alios, Genios placandos, alliciendosque, in adytis suis varijs cœremonijs ritibusque, vti iam sapientius dictum est, peragere solebant. Ac per lineum quidem habitum, summam eorum, qui sacris præesse debebant, puritatem ad placationem Deorum requisitam, denotant. Per stantis verò & precantis situm, seriam & constantem, deuotamque in sacris obeundis voluntatem. Per statuunculam verò homunculi adorantis specie, quam manibus gestatam Genio Pantamorpho è regione confidenti quasi offerre videtur, denotatur, quomodo, aut quibus cœremonijs, aut quarum rerum commissione imagines & statuæ τερψμησι, sive in alios usus conduentes, construendæ sint, aut Genio præsentandæ, vt spiritu animata diuino vim imposterum obtineant contra malorum incursum prophylacticam; de quibus omnibus Magiam hieroglyphicam consule. Tutulus autem quem capite sustentat, ὄφι-κυκλο-φλεγο-πτερόφρον, indicat proprietates Animæ Mundi, seu virtutes, quas cognitas habere oportet, vt ijs rebus αἰσλέγως adaptatis sacrificuli Deos facilius allicitant; & ideo capiti imponitur Sacerdotum, ad innuendum sacrificia huiusmodi ratione & intelligentia perficienda; nihil enim Dijs magis placere credebant, quam totius mentis & intellectus ad Deos cognoscendos, honorandos, sibique quoquis modo vniuersos seriam & constantem applicationem; cuius actionis veluti symbolum erat, vti diximus,

Quid per
circulum in
capite Idoli.

Quid per se-
dem quadra-
tam,

Sacerdos Isha-
cus linteatus.

Tutulus
ὄφι-κυκλο-
φλεγο-πτε-
ρόφρον.

Lineus habi-
tus quid de-
poter.
Stantis ac
precantis
figuræ quid de-
poter.

Tutulus quid
significet.


mus, tutulus ille multiformis. Ac per circulum quidem, seu Orbem medium immensam diuitias maiestatem; per flamas, vias peruadendi subtilem; per Serpentes, vitalem fœcunditatem; per pennas, in succar- su promptitudinem, in agendo celeritatem, in dignitate denique supremam excellentiam, veluti tacitâ quâdam hymnodiâ confitentes signabant. Columna denique cupella ignis media Osridem inter & Sacerdotem Isiacum, sacrificia significat igneo Genio fieri solita, sine igne nequaquam perficienda; delestatur enim eo Genius ignis tanquam re consimili, sicuti omnibus alijs rebus ipsi analogis, ut ante insinuauimus.

Est igitur totum hoc schema nihil aliud, nisi sacrorum Solari seu Genio igneo fieri solitorum arcana per hieroglyphica symbola repræsen-tatio, quod primo loco veluti epigraphen quandam, quâ quid in sequenti hieroglyphicorum Syntagmate contineretur, indicarent, ingeniosè posuerunt. Sed hæc de præsenti schemate dicta sufficiant; quarum expositio-num authoritates cum passim hoc in Opere adduxerimus, reiterandas non duxi.

SCHEMATISMVS II.

Aëreus Genius.

Porrò secundum schema præsens, respicit plagam Orientalem, aëreo Genio analogam, continetque ritus & cœremonias, quibus in sacris eorum aëreus Genius placandus alliciendusque. Ac Idolum quidem seu imaginem Numinis aërei refert homo A, quadratæ sedi insidens, tutulo κυκλωπού σερμόφων, hoc est, ex circulo & pennarum fastigio constante insignitus; tenet autem dextrâ ansatam Crucem, læuâ thyrsum lini.



Ac per hominem insidentem sedi quadratæ, ac tutulo pennato insignem, indicatur Genius aëreus; tutulus pennatus eius in aërem dominium, circulus eum Vniuersi fulcimentum esse denotat. Per thyrsum lini aër quoque denotatur, habet enim florē cœruleum aëri similem, teste Plutarcho. Multa alia egregia in hoc thyro lini mysteria considerabant, quæ alibi explicabimus. Quare ad Sacerdotis Isaci B symbola nos conuertamus. Tenet ipse manu sinistrâ ansatam Crucem, ad facilius propitiandum Numen; dextrâ gestat phallum oculatum Osridis, fascinum illud præpotens in nullis

non sacris adhibitum, quo Osridem Pantamorphum moueri crede-bant, ad mala auerruncanda, ut ab alijs rebus, ita ab aëre, quæ à Typhonijs spiritibus ei immitti solebant. Per mensam P denique, in qua præter oua, lecythi quoque cum ramo oleæ posita videntur, significant,

Nn

aëreo

Circulus.
Flamas.
Serpens.
Pennæ.

Columna cū
cupella ignis.

B
Secundum
schema est
repræsentatio
riuum aereo
genio facien-
dorum.

Lini mysteria

Phallus ocul-
atus.

Mensa sacra

F

aëreo Genio non sacrificandum nisi rebus aëreæ naturæ; gaudet enim ijs Genius aëreus, veluti rebus sibi analogis. Ouum enim præterquam quod aëreæ substantiæ sit, aëris quoque sphæram perfectè æmulatur, & quasi semen est aërearum animantium. Oleam quoque aëream esse notius est, quam ut dici debeat. Lecythi verò seu vasa oleo plena adhibebantur in sacris cœremonijs, vel in lampadum accensaruī, vel in Idolorum eo perlinendorum usum. Flos verò loti columnam mensæ ambiens significat, sacrificia ad exemplar naturæ peragenda. Quæ omnia fusæ & variè suis locis demonstrata sunt. Quare hæc de secundo Systemate sufficient.

SCHEMATICVS III.

Aquæ Genius.

Schema rieuō
aqueo genio
perficiendorū
rationem de-
clarans.


Ibis.
Sextilis Luna

Thyrsus Ni-
loticus.
Rana.

Vas Niloticum
Baridis malus

Mensa sacra.

Brachium
Osridis.




Tertius schematismus in Obelisco signatus litera C, respiciens plagam Occidentalem humidam frigidam, rituum aqueo seu Lunari Genio faciendorum rationem demonstrat. Eius symbola sunt Ibimorpha facies (Ibis enim auis Nilotica) sextilis Lunæ cornua capite fulciens, quibus in aquam ostenditur dicti Genij dominium, quæ iuncus Niloticus confirmat cum rana stagnantis Nili filia; quorum mysteria omnia cum in præcedentibus exposita sint, prætergredimur; quare ijs relicts ad Sacerdotem Isiacum D progrediuntur. Est is fœmineo habitu inducus, manu dextrâ vas Niloticum, cum malo & velo Baridis sacri nauigij, tenens; quibus sibi prosperati volebant aquas, Nilum, ventos, nauigationem, similiaque. Mensa verò intermedia Canopis, vasis Niloticis, alijsque Nili symbolis referta monstrat, Genio aqueo sacrificia sine liquore Nili non peragenda; hisce enim eum trahi putabant. Hinc sacram lympham Nili non Canopis tantum, sed & alijs vasis inclusam singuli domi suæ ad lustrationem expiationemque, teste Plutarcho, tenebant. Hinc brachium illud H, cum vase quod manu tenet, Mensæ impositum ad ripas Nili, veluti auerruncatum ponebant, Osridis brachium symbolice denotantes. Totum igitur schema hoc hieroglyphicum nihil aliud significat, nisi aqueo Genio sacrificandi rationem. Quod & Ibis, & Luna sextilis, & iuncus Niliacus cum rana, & vas Niliacum, & Baridis sacræ nauis vestigia, vna cum mensa Canopis, sym pulis, alijsque vasis referta, testantur. Lector figuram hanc in Obelisco incisam, omnia exactius experimentem consulat; quæ prium locum A B in primo latere occupat. In hoc enim schemate sculptoris incuria nonnulla omissa sunt.

SCHEMATISMVS IV.

Terræ Genius:

Quartus schematismus respiciens plagam Septentrionalem in Obelisco sequitur, & monstrat, quibus ritibus, aut quarum rerum exhibitione Genius terræ, seu Ihsis attrahenda sit. Schematismum sequentem, cum in Obelisco nostro media ex parte abrasus sit, ex tabula Bembina deponentes mutuati sumus, & est media figura in-



tabula Bembina, quæ hoc loco refert Isidem Genium terræ, seu magnam Matrem; quæ omnia indicantur per calathum capiti impositum cum spicis, & tutulo floreo, & cornibus bouinis. Item per mammam turgentem; est enim Isis apud Ægyptios idem quod terra, teste Plutarcho. Ei spicatum & agriculturæ tribuitur inuentio; quæ aptè per calathum spicatum, & Taurina cornua, significantur. Mamma turgens ostendit eam rerum omnium nutricem. Atque hæc quo ad symbola Genij terræ, quæ in dicta tabula fusiùs explicata sunt.

Sacerdos verò fœmineo habitu manu dextrâ tenet monogramma-
ta, quæ sunt Phta & M&g: illo significant Animam Mundi; hoc terræ
Genium, seu ipsam terram; referunt autem actiones Phta in terram. Por-
tò quid tutulus ille polymorphus, quid Crux, sedes, aliaque symbola si-
gnificant, iam sæpe dictum est. Hoc vnicum bene notandum, per habi-
tum fœmineum Sacerdotum significari Elementa fœminina, per masculinum
masculina. Hinc ob dictam causam Sacerdotes igneo & aëreo
Genio sacrificantes masculo indumento vestiuntur; aquo verò & terre-
stri, fœmineo; sunt enim illa Elementa masculina, hæc fœminina. Ex
quo patet, quām nihil in huiusmodi hieroglyphicis Syntagmatis Sacer-
dotes sine mysterio posuerint. Atque hæc sunt quæ in hisce quatuor sche-
mati breuiter explicanda censuimus.

Schematerra
sacrificandi
rationem
proponens.
Ihs Genius
terræ.

Symbola eius
calathus spi-
catus, & cor-
nua bouis.

Monogram-
mata Phta, &
M&g.

Habitus fœ-
mineus Sa-
cerdotum.

C A P . V . V .

Interpretatio primi lateris Meridionalis.

Nota Lector, ordinem laterum in hoc Obelisco non se consequi, prout in Obelisco ordine incisi sunt, vitio Calcographi; sed iuxta numeros I. II. III. IV. pyramidij lateribus incisos. Ita ut primum latus huius Obelisci, non primum, sed tertium esse censeatur, prout inscriptio docet: *Latus primum meridionale: De quibus primò te cer-*

Laterum
ordo in Obe-
lisco Barberi-
no.

tiorem reddere volui, ne primo Obelisci intuitu confundareris.

Primum itaque latus huius Obelisci meridionale, est vitae, caloris, & totius humoris principium, prout primus Hierogrammatismus A B, supra expositus, sat superque suis appropriatis symbolis demonstrat. Post quem deinceps latus in duas columnas, vti & omnia cetera latera, diuiduntur; quorum explicationem iam molimur, à columnā C descriptionis nostrae initium ducturi.

NOTA

Latus primi
Meridionale
Obel. Bar-
berini.

In lateris primi Meridionalis schemata, quæ stationes Deorum Meridionalium continent.

Explicat sta-
tiones 48.
Deorum, ea-
rumq; effe-
ctus.

Genij sex in
qualibet co-
luna una Obel.
Barber.

Pa'æ duæ, fi-
gura humana
stateram &
radius men-
sorius tenens.

Expli cat hoc latus stationes Deorum, qui influunt in bonum agriculturæ, iuxta physicum, mysticum, & anagogicum sensum intelligentæ; & quibus cœre monijs attrahendi sint, & placandi in utilitatem hominum; item quos effectus operentur in inferioribus Mundis. Sex autem in qualibet columna exhibentur Genij, quibus ad dictum bonum consequendum honorem cultumque summo studio & cura exhibebant, Omphitæ, Isi, Api, Momphitæ, Nephtæ, Horo, seu Harpocrati, vti ex interpretatione patebit.

C In prima itaque columna, è regione C, spectantur duæ palæ, agriculturæ instrumenta, vna cum figura humana vna manu stateram, alterâ radij mensuriorum tenente, & Numen denotat, quod Omphita vocant, teste Plutarcho, & erat beneficium Numen, quod vnicuique iuxta leges iustitiae, quod suum erat, tribuere credebant, cuius symbola sunt, statera & radius mensorius; cuius festum celebrant mense Paophi, hoc enim mense post inundationem Nili huius Numinis maximè beneficia recognoscabant, vt proinde non incongruè illud inter Zodiaci duodecim signorum Præsides vnum adnumerarent; de quo fusè egimus in Astrologia, & in anni Sothiaci descriptione, ad quam Lectorem remittimus.

§ I.

Columna
prima lateris
primi Obel.
Barber.

*Columnæ primæ, lateris primi expositio, & continet stationes Ge-
niorum Omphitæ, Ammonis, Osiris, Anubis, Mom-
phitæ bonorum terrenorum af-
fluxu secundas.*

Agriculturæ
Genius.

C Rimâ itaq; figurâ per duas palas, & Omphitam statera & radio men-
sorio instruatum nihil aliud indicatur, quam agriculturæ Genius
bonorum terrenorum affluxum præstans, hylæisque mundis omnia ad
mensuram & iustitiam æquitatem commensurans. Hic est, qui damna-

Ty-

Typhonia Solis & Lunæ, suâ virtute superat, quod vel nimio calore exustum, irrigans, vel quod nimio humore suffocatum, exsiccans, omniaq; ad mediocritatem quandam reducens: quæ sanè aptè indicantur per Noctuam & Coturnicem, quarum illa Typhoniam vim adustivam & perniciosa siccitatem, in Sole; hæc in Luna nimiam humoris affluentiam, seu vim quandam suffocatiuam, significat, quam utramque Omphta superat, nimiamque humiditatem calore, ut & nimiam siccitatem humore ad mediocritatem reducto temperat, dominio in Solem & Lunam potens, ut bina sceptra è regione D, ostendunt, quorum prius Luniforme, in Lunam, alterum Accipitriforme in Solem dominium notat, qui sunt inferioris Mundi, ut segmentum immediatè sequens notat, moderatores. Verùm de Noctua & Coturnice vide in proprijs Hierogrammatismis in Obelisco Pamphilio tractatum, & Horum l. 2. c. 24. Quia verò tellus horum omnium operationibus subiecta est, hinc statim supposuerunt I sis sedentem velato vertice conspicuam; in manu sinistra baculum Cucuphomorphum tenente pingunt, quo indicatur, eam esse cooperatricem Mophtæ, & varietatis rerum causam in tribus inferioribus Mundis, animali, vegetali, & minerali, influxuque à Momphta in dictos Mundos iuxta iustitiæ normam disposito, esse conseruaticem; quæ aptè per hæc symbola ΔΟΟΔ è regione I sis posita indicantur. Quia tamen benefica Numinis nil efficere putantur nisi perpetuâ cultus religionisq; obseruantia sollicitata; hinc Sacerdotes E, mense Paophi in adytis semina spargentes, fundum paternum ex tribus triadibus compositū inuocantes, fœcundum totius prouidentiæ Numen, totius naturæ ignem, à quo omnia progenita, situ corporis in mysticum numerum eidem competentem composito conformati, deinde manibus post terga depresso, & ingeniculati sollicitabant: quæ omnia exactè per symbola, tres globos & duas figura; τριγωνούσι δε σιgnantur. Sed audiamus Damascium in sua Theologia sic discentem:

Iερεῖς ή μυτή ἐν τῇ ἡ μηνὸς Παωφὶ ἐν αὐδίτῃς απέγμαται προβάλλοντες βυθὸν παρέκχουσι, καὶ Α' μῆρα ἡ τῶν φύσεως, η τολυτοῖς απόγραψιν ὀπικαλοῦσι. εἰ τέτοις σπουδάντοι, πατέρα τοῦ τριγώνος γενούνται. Sacerdoteς οἱ Mystæ in adytis mensis Paophi principio semina projicientes, fundum paternum, οἱ Ammon totius naturæ & fœcunditatis prædem inuocant, innuentes hoc ipso, ab uno igne omnia progenita esse. Hinc apotite ponunt è regione E tres figuras quasi spargentes semina. Sed cur tres pingunt? videlicet ad arcanè significandum tres triades, ex quibus fundum paternum componebatur, teste Zoroastro, de quo vide in Sphynge mystagoga fol. 147. & in expositione tabulæ Bembinæ; & significantur per figuram immediatè Sacerdotibus suppeditam, cum tribus triadibus hoc pacto. III. IIII. III. paterni fundi, tribus triadibus compositi, notis: quas sequitur phallus oculatus, Numinis fœcundi omnia prouidentis symbolum, ut iam sæpe dictum fuit, & globus, ex quo binæ flammæ ventilantur; quæ omnia ab uno igne, quem Amun dicebant, progenita notabant. Sequuntur duo vestigia pedum, quibus superponuntur duo Rhomboides, & Serpentes; sequuntur item triangulum rectangulum cum duobus Rhomboidibus, catenâ, pennâ, phylacterio vasis

Nilo-

D
Scepterum
Luniforme
& Accipitri-
forme.

Horus.
Ibis sedens
velata, bacu-
lum tenens.

Duae pyra-
mides, & tres
circulares
figurae quid
denotent.

Damascium

Paterni fundi
tribus triadi-
bus compo-
nuntur.

F

Vestigia pe-
dum cum
Rhomboidi-
bus.

Nilotici; quibus indicatur, occulto Deorum memoratorum progressu agrorum influxum promoueri, vitam concedi, catenam phylacterio Nilotico obtineri. Occultum verò Deorum progressum per humana vestigia signari, Plutarchus docet, qui Isidem nil aliud quam prudentem naturæ progressum dicit notare, cui & ideo semper duo pedum vestigia, vti ex varijs Romanis superstitionibus marmoribus clarè patet, addebantur.

*Plutarchus.
Deorum oc-
cultus pro-
gressus per ve-
stigia indica-
tur.
Arura, & vas
Niloticum.*

Agrum autem, seu *τὸν ἀρεόν*, per quadrangulū signari, docet Horus l. i. c. 3. vas verò Niloticum appendiculo ligatum, notat phylacterium Nilotico Numini propitiando aptum; hinc, vti Plutarchus ait, in pompa Isidis, vas aquarium præcedebat, cuius & figuram Sacerdotes manibus, collo, pectori affigebant. Sed hæc, & reliqua symbola passim alibi exposita sunt.

*Figure litterarum F, G,
H, I, K, L.*

Sequuntur sequentia symbola, vbi Isis denuo velata quasi sedentis positu binis sceptris & pala spectatur, quam tres termini cum sceptro incurvo, & Scarabæo sequuntur; infra quem cycloides, quadratum, Serpens, posterior pars Leonis; è cuius regione manus cum Capreolo vitis, quam sequitur Serpens, & *χιστήρ* siue decussata Crux, Cornucopiæ, Coturnix inter duas pennas, quam tres termini cum binis pedibus globum alatum fulcentibus, cum vasis, segmentis, globis, Hydroscemate, Serpente, manu extensâ, pennâ, capite Horis sequuntur: quorum symbolorum hæc est interpretatio. Isis duplici dominio potens, frugifera Mundorum

F influxum per Solis dominatoris cursum annum accipiens, beneficium vitalis roboris augmentum in quadridam terræ faciem dispertit Cor-

G nucopiæ, dispulsâ Coturnice infesta bebonia, supremi Numinis ductu H per alatum globum pedibus præpositum aptè signati, Mundis hylæis,

& receptaculis eius vitalem humorem consert, cuius beneficio resuscita-

I K tur Horus, id est, Mundus Sensibilis. Sequuntur deinde inter literas K

L & L, stationes Momphæ, Isiaci septi custos, & Apidum Soli & Lunæ consecratorum, de quibus copiose egimus fol. 258. Obelisci Pamphilij, quem consule. Quatuor vero pilas è regione Momphæ thalamum vocant, teste Plinio, & nil erat nisi septum, in quo alebantur, teste Herodoto in Euterpe, sacri Boues, auguria populorum. Sed hæc omnia

*Septum in
quo aleban-
tur boues sa-
cerdos.*
Plinii.
Herodotus.

fusè tractata vide citato loco. Horum Boum prior Solem siue Osirin, alter Lunam seu Isin (ex quorum cultu variæ diuinationes instituebantur de anni tribus stationibus, vti tres termini notant) significant: his cœlestes influxus, craterisque defluxum concatenari credebant, vti symbola intermedia ostendunt, sc. catena cycloide inclusa cum vicina crateris figura, quo influxus septi sacri præses in humidam substantiam, & in quadripartitam Mundi faciem, occulto motu dispertebatur catenarum humidæ substantiæ dominator; X Vniuersum seu quatuor Mundi partes; figura ingeniculata ipso corporis gestu Momphæ Numen, pes occultum Numinis motum exprimit, vas infrapositum Momphæ humidam substantiam, duæ catenæ humidum superius inferiori connectunt;

M sceptrum cui M impositum vides, sceptrum Momphæ vocatur; de-

N quorum mystica significatione cum alias dictum sit, non immorabor. Potest & per figuram ingeniculatam intelligi ritus Sacerdotum, quo in-

ady-

adyti, Momphæ Apidum custodes adolebant contra noxiā Typhoniam vim; quæ aptè per Crocodilos, qui inter N & M, spectantur, notantur; septem enim diebus Sacerdotes Apidis solennitati insisterebant, quos Natales Apis vocabant, quâ durante nulla vis Typhonia nocendi locum habebat; & cùm Crocodilos Typhonis genuinum ectypon crederent, hinc siebat ut Crocodili nullum hoc tempore damnum inferrent mortalibus, sed quasi mansuefacti, sacras fauissas accedebant, vti figura ostendit, inde aquam lingentes, quasi diei cultui vltro subscriptentes. Sed audiamus Plinium l. 8. c. 46. Sunt, inquit, Apidi delubra gemina, quos thalamos vocant, auguria popularam; alterum intrasse letum est, in altero dira portendit; responsa priuatis dat, è manu consulentium cibum capiendo; Germanici Cæsaris manum auersatus est, haud multò post extincti; cætero secretus, cùm se proripuit in cætus, incedit submota lictorum, gressus puerorum comitatur carmen bonari eius canentium, intelligere videtur & adorari velle; bi greges repente lymphati futura præcinnunt &c. aureamq; pateram argenteamq; in loco, quæ phiala dicitur, mergentes diebus, quos habet Natales Apis; septem hi sunt, mirumq; neminem per eos à Crocodilis attingi, octauo post horam diei sextam redire belluæ feritatem. Quæ & hisce verbis confirmat Carystus de festis Ægyptiorum: Εν γενεθλίῳ τῷ Απιδῷ φασὶ τὸν κορκοδέλτην ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ὀπαύοντες, καὶ μονδεῖς ἴερας τὴν πολύμηθεαν θέραντες εἰ μὲν ἐν ταῦταις οὐ μέρεας. Ferunt in Ægypto Natalitys diebus Apidis omnes Crocodilos mansuefieri, neque ullus sacram piscinam lingit, nisi hisce diebus. Scitè itaque stationi Apidis stationem Typhoniam per Crocodilos indicatam hoc loco subiungunt, mysticè & anagogicè innuentes, tantam cultus Numinum, quæ sub figura Boum. colebant, excellentiam esse, tantam energiam, vt nulla in Mundo violencia adeo truculenta reperiri possit, quam Sacerdotes cultorum Numinum ope freti, non doment, & perfecto dominio subiugent; quod appictum sceptrum satis ostendit, dominij in eos symbolum. Erat id sceptrum ex arundine, à qua naturali antipathiâ, vti Theophrastus refert, dissident Crocodili, & vel ad eorundem stridorem sistuntur. Dictis itaque diebus Api destinatis non Crocodili tantum mansuescunt, sed & Cornix Typhonia crocitare definit, potenti hâc Deorum catenâ & dominio proflata, quæ symbola catenæ, sceptri, Cornicis cum penna è regione N la- N culenter ostendunt. Hinc Sacerdotes hisce diebus sacra beneficis hisce Numinibus, quæ per duo brachia notantur, in adyris celebrantes, nudi, brachijs informam Crucis conformatis, ad ansam Crucem exprimendam, incedunt, vti figura ostendit; his enim ritibus cœlestes catenæ influxus, humoremque vitalem in inferiorem quoque Mundi partem, cui Nephte præest, deriuant; hisce dispulsi Noctuâ ab humore vitali, attractitur occultus dictorum Numinum per duodecim Mundi portas in- O cessus; quæ omnia pulchrè sanè per Noctuam & hydro-ophioschema, & P fune cum quadrangulo in duodecim partes diuiso, cui bini pedes duplicati subduntur, è regione P, indicantur. Cœtera symbola quæ è regio- Q ne literarum Q R S T interisciuntur, cùm iam nota, & sèpius exposita R sint, non repeto, cùm ritus indicent Sacerdotum, & effectus in quadri- S fido

Apidis sole-
nitatis à Sacer-
dotibus Ægy-
ptijs celebra-
ta.

Plinius.
Apidis delu-
bra.

Apidis sole-
nitatis Cro-
codili man-
suescunt.

Arundinem
crocodili
auersantur.

T fido Mundo, in aquis, aëre, terra, eiusque vegetabili natura, ex cultu
 V consequentes; è regione V baculus Momphæ comparet, & eiusdem sta-
 tua ingeniculata cum modio in capite, & cum Leonis anteriori parte; ac
 X robur & dominium summum ostendunt, cui & Sacerdotes thysis in for-
 matam nominis eius adaptatis, ut litera X monstrat, sacra faciunt hâc sta-
 tione; reliqua symbola effectus quoque ex hoc ritu consequentes de-
 monstrant.

§ II.

Columnæ se-
cunda lateris
primi Obel.
Barberini.

Secunda columnna lateris primi Australis, eiusque interpretatio.

Geniorum
sex tutelariū
sacrificia apta

Tutelares sex
corumque
nomina.

I: Statu. Tute-
laris cœcono-
miae sper-
maticæ.

Figurarum
literæ C
explicatio.

Baeth idem
quod Acci-
piter seu
Taurus vide
Horus l.r.c.7

Exhibentur in hac columnna sex tutelarium Geniorum Præsidum, sacrificia, & ritus ijs placandis necessarij, effectusque inde consequentes. Primus est tutelaris cœconomiæ spermaticæ; secundus est Mercurius, naturæ vegetabilis cultos; tertius est polymorphus Dæmon; quartus terrestris Elementi custos; quintus Mompho-Ammoniæ cœconomiæ servator; sextus Anubici regiminis substitutus; quæ omnia sic se habere, ex interpretatione elucescet.

C In prima itaque secundæ columnæ facie, è regione C, comparent ex symbolis Capreolus vitis cum catena, cui subditur phallus oculatus, & figura geouflexa veluti orans, quam sequitur mitratus Genius flagello munitus. Quibus quidem symbolis nihil aliud nisi spermaticæ naturæ præsidium, quæ in germinibus maximè elucescit, indicatur. Per Capreolum vitis cum binis Rhomboidibus nouella agrorum germina, per oculum & phallum oculatum supremi Numinis de successiva rerum fœcunda generatione, prouidentia; per figuram ingeniculatam, supplicatio Sacerdotum ad eandem prosperandam; per mitratam denique & flagello minitatem figuram Genius totius πολυγονίας præses, indicatur, qui hâc parte sedem stationemque sibi fixit. Sequentia symbola Elementa, quorum fœcunditati præest, indicant: per hydroschema aquam, per duos Scalenos geneticos cum intermedio globo, virtutem geneticam siue spermaticam Mundo insitam; per duas pennas denique aërem notant, qui omnia quæ in Nilo sunt, in virtute sceptri Momphæ vitæ laggitoris, vique temonis Canub, & pennæ Baeth administrat. quæ totidem quatuor symbolis ordine positis indicantur. Sacerdotes vero ad dictum Genium deuinciendum nudi, expansis brachijs, ut figura è regione

D E monstrat, Tauticam Crucem effigiando, beneficam duorum recensitorum Numinum vim, καὶ τὸ στῆρας ὀντεῖν, id est, eorundem catenā, ut Psellus docet, sollicitabant; & sic cœlestis Osiris beneficā vim in cœlestē & vitalem humorem, diuiniq; prouisione oculi in hylæum cornucopiæ deriuabant;

F E monstrat, Tauticam Crucem effigiando, beneficam duorum recensitorum Numinum vim, καὶ τὸ στῆρας ὀντεῖν, id est, eorundem catenā, ut Psellus docet, sollicitabant; & sic cœlestis Osiris beneficā vim in cœlestē & vitalem humorem, diuiniq; prouisione oculi in hylæum cornucopiæ deriuabant; quæ pulchrè sanè per symbola è regione F indicantur. Per cycloidem, hydroschema, & Serpentem, cœlestis vitalisque liquor; per oculum cum

cum globo, diuina in Mundo prouidentia, per figuram cornucopiæ, affluxus rerum elementarium signatur. Nota hoc loco, vti alibi monuimus, cornucopiæ hoc triplici modo ab Ægyptijs depingi. Quando depingitur cum quatuor quadratulis illius orificio impositis, vti hic, tunc significat Elementarium rerum affluxum, quē ideo hylæum appellauiimus; quando verò septem quadratulis notatur, tunc denotat affluxum rerum cœlestem per septem planetas causatum; quando denique duodecim quadratulis notatur, tunc duodecim signorum Zodiaci affluxum indicat, vt alibi dictum est. Sequitur deinde inter F & G Serpens cum pueri veluti vittati figura, Capreolus cum globo superposito & penna. Per G Serpentem spiritus vitæ, per puerum vittatum Horus, qui nullibi non per pueri figuram indicatur; per globum & Capreolum, Mundus vegetabilium, per pennam motus indigitatur, quasi diceretur; virtute Sacerdotum Λχντης Horum, id est, Mundum sensibilem, (sic enim eum Plutarchus appellat) generatione vegetabilium quasi continuò reiuuenesce-re, per vitalem vim Vniuerso, quæ per Serpentes & Crucem seu χιλοφόρη, aut decussim notatur, infusam. Sequentur duo pedes è regione G vnâ cum Noctua; Hori enim occulto per vniuersas Mundi semitas procedentis motu, Typhonie Noctua veluti ad diuinitatis præsentiam, per globum indicatæ, dispellitur; vitalis liquor, per aquæ & Serpentis figuram notatus, inferioribus Mundis per supernum in inferiora influxum, quem Tauticus character notat, per Osirin obtinetur; quemque Typhonie Noctuæ aduersa vis, penitus extinctum cupit, illum supremum Numen,

Cornucopia
tribus modis
pingitur ab
Ægyptijs
Primus mo-
dus.

Secundus
modus.
Tertius mo-
dus.

Plutarchus.

O
vnum rerum omnium principium, quod per globum & unitatem I notatur, restituit à Sacerdotibus ritibus solitis attractum; quæ per figuram humanam, Serpentem, & manum extensam innouuntur, ita vt figura humana ritus Sacerdotum; Serpens vitam, vt iam innumeris locis diximus; manus extensa, beneficam vim signet.

Genius
Mercurialis.
II. Statio
Genij
Mercurialis.

Sequitur iam statio Genij Mercurialis seu Hermetis in Ibidem transformati, Typhonis αἰτίας, qui per Noctuam indicatur, vt iam sæpe diximus. Ibis insistit prothyraeo, vnâ cum tripode triangulato, & cu- K curbita è regione L. Subsequntur Sacerdos cum hydroscemate, thyr- L so papyraceo, penna Accipitris, aure Bouis, cycloide, & è regione K, calatho, sceptro alato, tribus terminis: quæ vt intelligantur, paulò al- tius ordiri visum est.

Tripus mysti-
cus in delu-
bris Merca-
rij, cum cu-
curbitis.

In delubri Mercurij, quem Ibis exprimit cirrata, prothyraeo seu vestibulo, quod per tres trabes indicatur, ponebantur tripus mysticus, in quo cucurbitæ, ad obtestandum triforme Numen Hemphta, offerebantur, quæ obtestationes seu adiurationes paulò post sequentibus symbolis indicabantur, siquidem festis Mercurio dicatis Sacerdotes conueniebant, tripodem statuentes cum cucurbitis. ita Pausanias: Εν τῷ τῷ Εὔπολε περὶ Θυρῶν εἴρεται Τρίποδα καὶ θύμην, καὶ σικυωνίας προσφέρεται ἐποχή. In vestibulo Mercurij solennia celebrantes tripodem ponebant, επει cucurbitas offerebant. Tripodis figura, vt appareat, erat efformata ex globo, cuius tria sustentacula trian-

Pausanias.

gulis effigiebantur. Quibus quidem nihil aliud indicabatur nisi supremum & inuisibile triforme Numen, Idæis fœtum : nam vti in Obelisco
Tripodis sacri Figuræ. Círculus & triangula quo rum Deorum symbola.
 Pamphilio exposuimus, erat globus diuini Numinis, & supremæ causæ
 causarum, in æterna unitatis suæ abyssō absconditi symbolum ; triangula
 Iom verò diuinitatis ad extra se diffundentis, vti & triangula trino ordine
 in modum radiorum diffusa, omnium rerum ad æternum exemplar conformatarum, quæ ex centro globi in omnem rerum creatarum ambitum
 distenduntur, symbolum erant ; cuius sicuti in inferiori Mundo cucurbita,
Cucurbita cur Mercurio oblata.
 in cuius meditullio semina trino ordine distensa cernuntur, index
 erat, ita sive aptum ad occulta mysteria per hunc tripodem significandum, symbolum assumperunt. Cum præterea cucurbita Mercurialis
 naturæ sit, non sine ratione eam Mercurio triformis Numinis interpreti,
 prout analogica eius ratio suadebat, dedicandam statuerunt. Tribus
 triangulorum connexorum seriebus tripus constabat, quibus siderei &
 elementaris Mundi connexionem in catenarum formam à Deo supremo,
 archetypo Mundo, causarum causa deductam, è cuius quoque centro
 deducebantur, notabant ; quibus uniuicem suum fatum destinabatur,
 cuius preco & interpres Mercurius, Mercurij verò nuncia Noctua repu-
 tabatur, quam Prodromam Hemphita, & faustorum aduersorumque an-
 nunciaticem Abenephius dicit lib. de religione Aegyptiorum his ver-
 bis :

قالوا ان الها مدة هي مبشرة هم غطا الافهم الذي عندهم الاهوت اوى وصدقوا ان
 هي تبشر كل ما مستقبل على بني الناس

Noctua quid significet apud Agyptios.
 Dixerunt Aegyptij, quod Noctua est annunciatrix Hemphita Dei ipsorum, quæ est Deitas prima apud ipsos, & credebant quod annuciaret omnia, quæ euentura essent supra filios hominum. Aegyptij itaque non tantum per noctuam aduersi Numinis operationes indicabant, sed Hemphita, id est, uniuersalis prouidentiæ nomen & Numen, quæ noctuam, id est, nuncium suum ad homines certis temporibus mitteret, ijsque per eam futura significaret, de sinistris euentibus præmoneret, & quid instantे quādam calamitate prudenter agendum esset, suo cantu doceret; sapientiam verò, cuius Mercurius præses est, quæ per noctuam quoque indicatur, unicam esse iudicabant, quæ omnibus sinistris euentibus occurrere restereque possit.

Prothyraum Mercuriale. Ritus & coem. remonie Sacerdotum ad placandos Genios.
 In hoc itaque prothyrao Mercuriali, quod ante Mercurij delubra passim spectabatur, mysticè per trium trabium interstitium, & tripode adornatum, Sacerdotes ex Mercurio diuinæ voluntatis interprete, varia circa futura diuinabant ; prout symbola sequentia indicant. Sacerdos nudus Deum ad concedendam futurorum præscientiam adiurabat, per baculum Numinis polymorphi, per pennam Accipitris, per fluxum Monophæ, per aurem Apidis siue Bouis sacri, per cœlestem beneficentiam Osiridis, vegetabilium moderatoris, per sceptrum eius alatum ; quæ omnia per symbola è regione K posita indicantur : Deinde tres Sacerdotes, quorum duo in nomen Hemphita se transformabant, alter genuflexus

ante

ante tripodem stabat, supremum Numen pro calamitatum auersione sollicitabant. Deniq; vnuſ Noctuam dirorum annunciatricem veluti flagellabat, alter adiurationem supradictam denuo iterabat. Per baculum Genij polymorphi, rerum omnium necessiarum abundantiam; per pennam Accipitris, malorum auersionem; per aurem Bouis sacri, fœcundam rerum generationem, quæ per auditum Tauri contingit; (Taurus enim auditâ voce Vaccæ statim ad fœcundum cum ea congressum solicitatur, teste Horo l. i. c. 47.) per cycloidem cum manu extensa, & calatho capreolato, beneficam cœlestis Osridis vim, potestatem in omnia habentis; per alatum sceptrum, & tres terminos, despoticum in tripartitum anni tempus influxum, per motum Solis causatum, indicabant; quæ omnia cum sine influxu Hemphæ, in quo omnia dicta continebantur; obtinere non possent, Sacerdotes ad dicti Numinis nomen exprimentum, membrorum totius corporis coaptatione se transformantes, ante tripodem, ut è regione L patet, sacris operabantur, & Noctuā tripartito diei tempore ad dirorum auersionem flagellabant, ut figura ostendit. Vidi-
mus itaque ritus & cœremonias; iam effectus videamus per sequentia symbola denotatos. Primò per funiculum, cui globus annexus, & infra craterem positum habet, diuini Numinis influxus in craterem Osridis; per ouum, cui suppositus Capreolus, fœcunda rerum genitura; per craterem, cui perseæ flos supponitur cum figura Zanuti, id est, catenæ, significatur Mercurialis affluxus, quem intendebant, in omnia catenæ suæ subiecta; & benefica vis, per duo brachia Anubidis, significati per canem iacentem, & veluti rebus inuigilantem; liberalitas in rerum necessarium suppeditanda copia per humorem triplicem, duos thyrsoes papyraceos, & hydroschema triplex indicatum; dominium & potestas per calathum capreolatum; per temonem directio vegetabilis naturæ in agris; per figuram supplicantem, & oculum cum cycloide, prouidentia cœlestis in agros; per Chenosirin Anserem denique, vigilancia innuitur.

Sequitur iam statio polymorphi Dæmonis, qui per Draconeum alatum, & thyrsum papyraceum significatur, qui & abundantia rerum humano generi necessiarum, ut alias fusè interpretati sumus, index est. Cœremonias huic faciendas statuæ binæ denunciant; quibus anima aſurgit ad incognita, septum sacri Bouis penetratur, catena cœlestium Numinum trahitur, Coturnicis & Accipitris, id est, Lunæ & Solis Typhonia damna arcentur, Niloticus humor iustitiæ cœlestis prouidentiæ circa agriculturam administratur: quæ omnia per symbola inter P & Q inclusa notantur, quoruim significatio iam ex præcedentibus constat.

Statio modò sequitur è regione Q Genij terrestris, per Canis anteriorem partem, cum litera H, & calatho capitis ornamento indicata; & hoc pacto Nephten ponebant, quam eandem cum Proserpina dicunt Authores, capite canino conspicuam. Nam, vt rectè Demophilus Author peruetus, Νέφτης οὐ ποιεῖ ταύτα κακά μορφας ζωγραφεῖται. H terram significat, quasi duabus columnis, aquea & terrea, firmiter compactam, cui Nephte dominatur, & fundatur supra tria fundamenta, quæ per tres terminos

Horum

L
Effectus ex
placatione
Deorum per
ritus Sacer-
dotum.

M
N
O

III. Statio
Polymorphi
Dæmonis.
Cœremonias
facienda
Dæmoni Po-
lymorpho:

P

IV. Statio
Genij terre-
stris.

Nephte seu
Proserpina.

indicantur, in formam pyramidis constituta, suntque aqua, terra, & ignis, aqua conseruatur per cultum Nilo exhibitum, mala Typhonia pelluntur pennâ Osiridis ; tres verò anni partes omnibus vitam præbent ; hinc altare huic Genio ergebant quadratum cum corona tricuspidi, & piscina sacra, quæ symbolis è regione R indicantur. In vitam verò animatur omnia occulto Deorum motu, potissimum Hori dominatoris humidi & siccis cultu, & Nephte præsidio, & ysu amuletorum, sacræ Crucis auctoratæ, Antennæ Kanub noctuam profligantis periapto.

V. Statio
Mempheo-
Ammonis,

Statio Mompho-Ammonia è regione T, cuius dominium fertur supra calidum & humidum ; hoc per figuram, situlam in capite gerentem, illud per Arietis caput indicatur, quorum potentiam in opus ducit Scarabæus Osiris : his enim omnium rerum generatio perficitur, & aduersa omnia ei contraria per cultum dictorum Numinum profligantur.

VI. Statio
Anubidis.

Anubidis statio è regione V ostenditur per Canis figuram incubantem, & inuigilantem rebus sibi commissis, hoc est, humoris per quadridam terræ faciem diffuso, qui trium Elementorum, ignis, terræ, & aquæ custos est, eorundemque per Vniuersi semitas traductor, cui in prothyraeo Hermetis ideo sequentes statuæ auerruncatiæ Harpocratis, Hermetis Canticis tutelaris, & Ammonis ponebantur, cum appropriatis symbolis, ut è regione X patet.

Horus.

X Atque hic est symbolorum in primo Obelisci latere Australi contentorum contextus, quæ quidem nihil aliud indicant, nisi operationes & præsidia duodecim Geniorum tutelarium huic parti præsidentium, vt indicant duodecim stellæ, quæ in vertice Obelisci ponuntur, & symbola sunt duodecim Geniorum. Nam, vt rectè Horus ait, stellam pingentes Ægyptij, nunc Genium denotant, nunc fatum &c. vides quoque sex horum Geniorum in prima columna lateris, totidem in secunda ponit. Quibus demonstratis iam alterum latus exponamus.

C A P V T VI.

Lateris secundi Obelisci Barberini interpretatio.

Lateris secun-
di Obel-Barb
interpretatio,

Q Vo in duabus columnis duodecim aëreæ naturæ Præsides Genij exhibentur, vnâ cum operationibus eorum, ritibus, ac cœremonijs, quibus Sacerdotes eosdem allectare solebant. Et de primo quidem Obelisci schematismo A B, qui aërei Numinis Usiarchi cultum explicat, satis in præcedentibus egimus ; restat, ut reliquam aëreæ naturæ œconomiam in sequentibus duabus columnis contentam pari passu prosequamur.

§ I.

Prima Columnæ expositio.

PRIMO è regione A Columba cum stella absolutum aërei Genij symbolum est. Et per stellam quidem significari Genium, Horus asserit l. 2. c. 1. Α' σηνε παρ' Αἰγυπτίοις γέραφό μηνός, Θεὸν σημάνει. Depicta Ἀερική stella Deum seu Genium significat. & l. i. c. 13. Θεὸν δὲ ἐλαύσμαν σημαίνοντας ἢ εἰπερμόλιον, ἢ Γεράνη αεριθμὸν, αἰστερή ζωγραφίαν. Θεὸν μέντος ἐπιστήν τεράνη τεράνη θεόντα τεράνη τεράνη στάσιν τῷ αἰστερῷ, τῷ τε παντός κόσμου κίνησις ἐντήσσι). Δοκεῖ δὲ ἀεριθμός θεός μηδὲν ἄλλος σημεῖναι. εἰπερμόλιον δέ, οὐτὶ τῷ αἰστερῷ αἰστερός σημαίνει. Γεράνη αεριθμὸν, εἰπειδὴν πλῆθες ὅτι θεός ἐντός τουτοῦ, τεράνη μόνον τῷ αἰστερῷ κίνησις τεράνη τεράνη κίνησις σημαίνει. Deum verò optimè Mundanum vel benè ornatum significantes, aut fatum, aut quinarium numerum, stellam pingunt; Deum quidem, quod Dei prouidentis victoriam decernit atque imperat, qua et siderum Orbisque vniuersi motus peragit; existimant enim sine Deo nihil prorsus consistere. Fatum autem, quod ex siderum cursu ac dispensatione constituatur. Quinarium verò numerum, quoniam cum plurima in caelo sidera sunt, sola ex his quinque motu suo Orbis pulcherrimam efficiunt distributionem. Per Columbam verò aërem intelligit Horus Apollo l. 1. rationem ibidem dat, quod adeo sinceræ & puræ naturæ sit, ut à nullo contagioso aëre, quemadmodum cœterā animalia, infici possit; ut proinde optimè Columba cum stella, aereum. Numen indicet, estque hæc prima aërei Numinis statio. Statua verò sequens extensis manibus precantis more, sacrificantis indicat gestus, ad Deos, quos coniurat, commouendos, & ad malignos, quos Noctua notat, propulsandos; supplicare autem videtur pro humore vitali, ut hydroschema signat, vegetabili naturæ concedendo; temo verò cum pena ventum navigationi necessarium notat; statua denique precantis more genibus innixa, Sacerdotem vel Hierophantem indicat; phœnicopterum monstrat, quod est symbolum Hori, quem Plutarchus spiritum dicit omnia virtute suâ alentem & conseruantem, esseque ipsam aëris temperiem, virtute Solis calefactiū attemperatam. Hinc phœnicopteron, id est, Horum in paludibus nutritum ferunt. Et profectò ita est; viginosa enim tellus, & aquis redundans, vapores alit, qui ariditates & siccitates perimunt. Phœnicopterum sequitur statua velata sedentis habitu, & pennâ in capite, quæ est statua τετράγωνή, quâ phœnicopteron seu Horum trahi putabant, ob proprietates symbolicas eidem quam maximè congruas, sensusque hucusque dictorum erat: Genius aëreus ut auerruncatius sit malorum à Bebonijs spiritibus immisorum fertilitati terræ, aquæ, limitibus agrorum, navigationi, sacro ritu è rebus Horo congruis, statua amuletaria, in virtute sceptri Momphatai, sceptri Agathodæmonis custodis limitum, & fauissæ sacræ, colendus est, sequentia symbola monstrant.

DStatio trium Potentiarum Mercurialium è regione D, quæ per tres ibides cirratas, quarum significationes in Obelisco Lateranensi exposui-

Columna 1.
lateris 2.
Obel. Barb.
A
Stella in hieroglyphicis quid significat.

Columba
hieroglyphicè
aerem signifi-
cat.

I. Statio aerei
Numinis.

Phœnicop-
terus Horæ
significat.

C

II. Statio triū
potentiarum
Mercurialium.

mus,

mus, indicantur : vitalem liquorem in piscinas sacras occulto motu, & E Sacerdotum cultu deriuari putabant, vti symbola E F indicant. Ex his F verò in quadrifidam terræ faciem, vitam in camporum bonum & emo- G lumentum deduci credebant, vti symbola G H docent : per cœremonias H enim huiusmodi factas cornuçopiæ quinque entium terrestrium abun- I dat, vitalis liquor catenæ Geniorum aëreorum Horæ asseclarum trahi- K tur, vt è regione I K patet ; benefica vis ritibus per sacram barram fa- ctis, & statuis amuletarijs à Sacerdotibus mystico ritu consecratis, & liquor L vitalis vim summam obtinet; Noctua Bebonia subsistere non potest ; quæ M omnia per symbola inter L & M inclusa notantur. Quia verò à Sole & N Luna subinde malignæ quædam qualitates, cuiusmodi per Coturnicem O & Noctuam indicantur, insensibili motu per pedes indicato, impri- muntur ; has oculus cœlestis, insito sibi liquore cœlesti, Osiris Scarabæi ope dissipat, beneficentiâ suâ vitam ijs ablata, vniuersali dominio re- P stituit (quæ per symbola inter P & Q inclusa aptè indicantur) & per Ge- Q nium Anubicum, leporinis auribus omnia in lucem tandem apertam de- ducit. Sic Horus I. 1. c. 26. Αὐτὸν δὲ Θεοντες διλῶσι, λαβὼν ζωοεργόσι. δέ τις τοτε γάρ οφθαλμὸς αἰσθαγότας ἔχει τόπο τὸ ζωτικόν. Patulum autem quiddam signifi- care volentes, Leporem pingunt, quod semper apertos habeat bac animalis ge- nus oculos.

Horus.
III. Statio
Bebonij Genij

R Sequitur modò statio Bebonij Genij per Coturnicem indicati, qui spermaticam naturam in aëreo Mundo, per ouum signato, latenter persequitur, quem ideo Sacerdos coniurat, è regione R, per sceptrum oculo insignitum omniuidentis Osiris.

IV. Statio
Isis, Osiris, &
Hori.

S Huic contraponitur statio Isidis per velatam fœminam, & Osiridis per Scarabæum, & Hori per cycloidem & Capreolum, quod idem signifi- cat ac cœleste germen, indicatorum. Sequitur

V. Statio
Agathodæ-
monis aerei.
VI. Statio
Nephites.

Statio Agathodæmonis aërei, qui per T Columbam indicatur. Estq; Statio Nepthes humoris subterranei conseruaticis, cuius est, hu- morem Niloticum conseruare, aëreorum Geniorum catenam mouere, geneticam vim singulis inferioris Mundi partibus inserere, vti symbola inter T & V monstrant. Ad recensitorum verò Numinum catenam solli- citandam sequentia sacrarum tabularum prophylactica præscribuntur, cum reliquis ritibus in adytes peragi solitis, quorum symbola cùm in præcedentibus iam exposita sint, Lectori expendenda relinquimus.

§ II.

Columnæ
secundalater-
ris secundi
Obel. Barb.

A
I. Statio Genij
tutelaris nu-
bium.
Aereæ Poter-
states apud
Ægyptios.

Secundæ columnæ lateris secundi Orientalis interpretatio.

P Rimo loco comparet oculus cum statua flagello insignita, & nubis figura cum manu & brachio extenso ; quibus symbolis indicatur sta- tio prouidentiæ Genij tutelaris nubium. Quæ vt intelligantur, scien- dum est, aëreas suisse apud Ægyptios potestates, quas magno cultu pro- seque-

sequebantur. Horum officium erat, nubes attollere, & suo tempore incrementum Nili resoluere; nubes ab omni contagione seruare imunes, & malignas qualitates, quas Bebonia vis aduersa aëri impresserat, remouere. Et hanc beneficam vim primò per manum extensam, quâ liberalitas ostenditur; deinde per brachium, quo beneficium subsidium exprimitur, signabant; duæ penuæ velocitatem; oculus inter duo hydro-schemata constitutus, effectus in aqua impressi prouidentiam docet; aëreo dominio potens, uti sceptrum incuruum cum penna monstrat, mox atque per aërem, vehiculo, quod temo ostendit, defertur, geneticam suam vim, per triangulum rectangulum indicatam, in aquis latenter primò communicat aqueæ substantiæ, Bebonia vis contagiosa profligatur, uti symbola inter B & C notant.

Sequitur iam alia prouidentia auerruncatiua malorum ab agris, è regione spectabilis; huius beneficio aërearum potestatum catena in bonum vegetabilis naturæ per resolutionem vaporum in campos exeritur; Typhonia vis à genetica virtute in humidæ substantiæ cisternis latente arctetur; quæ aptè sanè symbolis è regione D E F G H, explicantur, quorum nonnulla in Obelisco abrasa sunt.

Sequitur statio Genij pariter aërei è regione I & K, sacræ tabulæ sautor, quâ Bebonia vis conteritur; sacra verò tabula vim obtinet, liquorem vitalem in aëre condensandi, & geneticam vim sub eo latenter, ex Luna in vniuersam camporum œconomiam per Numinis beneficentiam traducendi. Quod sit per Genium trium fundamentorum, aquæ, terræ, ignis; hic genetica principia terræ, aquæ, & aëris aptè connectit, & cœlestem catenam aperit.

Hic Genius trium fundamentorum accepto ab occulto cœlesti Numinis Momphæ, dominio, quod per cycloiden, ex qua duo pedes Leonini sceptrum tenentes prodeunt, notatur, liquorem vasis Nilotici ad germina, quæ per Capreolum, & reliqua symbola M N O P significantur, confert; siquidem aëreo vehiculo deuectus, cuius symbolum baris nauigij genus è regione P existit, vna secum cœlestem catenam ad humorem Vniuersi, beneficâ suâ vi fœcundandum traducit. Hic idem trium fundamentorum Genius, è regione Q, Mundorum supernorum ad hyænorum mansiones dedit.

Statio quinta Genij abrasa est, qualis tamen fuerit, symbola è regione T monstrant, cornu, pes, stella pentagona, & reliqua satis ex præcedentibus nota; lucis enim suæ abdito motu in quinque inferioris Mundi entia propagatur, fauissæ omni semotâ contagione, huinore replentur, & trium fundamentorum portæ per quadridam terrestris corporis faciem, aperiuntur.

Sequitur ylta statio, trium terrestrium potentiarum, quæ aptè sanè per posteriorem trium Leonum partem exprimuntur, quatum cœlestis beneficentia, dominiumque in Typhonem aëream maximè elucet, vnde ijs Momphæ statuæ ponuntur, vna cum sequenti sacræ tabulæ amuleto, cuius vsu cisternæ sacræ è regione X omni bonorum copia re-plen-

B
II. Statio
Genij aeu-
runcatiua
malorum.

D

E

F

III. Statio
Genij aerei.

I

K

L

M

IV. Statio
Genij trium
fundamento-
rum.

M

N

O

P

Q

V. Statio
Genij abrasa
ex Obel.
Barb.

T

VI. Statio
terrestrium
potestatum.

X

plentur. Reliqua symbola vti abrasa sunt, ita interpretationis filum abruperunt. Et tametsi nullo pene negotio ea suæ sinceritati restituere potuissimus, nè tamen cuiquam nostrâ authoritate id præstitisse videmur, ingenuè ea omittenda duximus.

Vides igitur in hac Obelisci parte Orientali, duodecim aëreas Potestates ab Ægyptijs pulchrè exhibitas fuisse, vna cum singulorum officijs, operationibus, & effectibus, eorumque propitiandorum methodo & ratione: quibus quidem expositis, iam ad tertij lateris expositionem calatum conuertamus.

C A P V T VII.

Lateris tertij
interpretatio
Obel. Bar-
ber.
Aquez natu-
rae Præsides
12. in latero
tertio Obel.
Barb.

Tertij lateris Occidentalis Obelisci Barberini interpretatio.

Exhibitentur in hoc Obelisco aqueæ naturæ præsides duodecim, in singularis binis columnnis sex; quorum in prima columnna locum primum obtinet Ibimorphum Numen, cuius cœremoniæ in primo & vniuersali Ichematismo C D exhibentur; cuius expositionem cùm suprà exposuerimus, eò Lectorem remittimus. Secundus est Momphta; Tertius polymorphus Dæmon; Quartus tutelaris eius assecla; Quintus fœcundum Numen spermaticæ rei præses; Sextus Typhonis statio; quæ singula ordine exponentur.

§ I.

Columna
prima Obel.
Barberini.
I. Statio.

Columnæ primæ interpretatio.

II. Statio
F.

Primo loco se exhibent instrumenta agriculturæ, cum manu extensa, & Noctua, hydroscemate, baculo papyraceo, vase Nilotico, figura piscinæ magnæ: quorum hic sensus est: Ibimorphus Dæmon, Agriculturæ beneficus Genius, malorum auerruncator, aquarum trion inferiorum receptaculorum dominator, magnæ piscinæ, & naturæ humidæ Genius, Niloscopij contra aduersam vim conseruator, fœcunditatis cœlestis in inferiora propagator, Agathodæmon vigil, cœlestis decussis, id est, influxus vniuersalis prouisor, debitibus & cœremonijs colendus. Exhibitentur autem hæc omnia symbolis inter C D & E contentis. Per stellam Genius; per hydroscema & Niloscopij figuram, humili à Typhonia Bubone tutelaris; per phallum oculatum inter duos globos, fœcunditatis ex supernis in inferiores partes per segmenta indicata, prouidentia; per Agathodæmon; per Columbam cum erecto collo, & penna, vigilans rerum moderatio; per cycloidem & decussim, vniuersalis influxus peruasio; per duas tandem statuas variè transformatas, ritus & cœremoniæ ei exhiberi solitæ significantur.

FE regione F sequitur vas Niloticum, cum Leonis anteriori parte, & sce-

sceptro litera M insignito, quo Momphæa statio significatur, vti ex symbolis patet, & iam sæpe declaratum est. Per vas humida substantia, per Leonis caput ipse Momphæa, vti in Obelisco Pamphilio Hierogrammatismo Leonis fusè docuimus; sceptrum autem M insignitum, eius in humidum denotat dominium; M enim, vti alib i docuimus, idem est Ægyptiacè ac Moi, quod aquam indicat, cuius & fluxilem naturam exprimit. Hunc Sacerdotes figura corporis in nomen eius transformata tanquam occulto motu omnia mouentem, & tanquam humoris vitalis largitorem vnicè venerabantur. Vbi nota, pedes semper occultum Deorum motum notare, vti passim iam in præcedentibus ex varijs authoritatibus demonstratum fuit. Sequitur iam è regione H, Capreolus, thrysus, poculum Canopi figura efformatum, quod in Accipitris caput terminans aquam euomit. Quod vt intelligas, scias, Canopum cum Momphæa eundem esse; quare eum nunc Leonino capite, nunc yasis instar ventricosi exprimebant. Leoninâ formâ capite expressus, notabat, eius potestatem trinam tūm maximè exerci, quando Nili incrementum instat, quod fit Sole Leonem ingrediente; hic verò instar poculi ventricosi, cuius in vertice cooperulum Accipitrino notatur capite, quod aquam exprimit; quo quidem humili calidi copiam, quam Accipitrinus Momphæa rebus omnibus iuxta hylæorum catenam entium, & vitalem sui ipsius statuam impertitur, indicat, vti statua cum Serpente inter H & I notat.

Polymorphi Dæmonis statio per Draconem alatum è regione I, vt iam sæpè exposuimus, indicatur, cuius officium est, formarum varietate & copiâ, adminiculante Horo, Mundum exornare, vitalem humorē conseruare, occulto vitæ præsidio, quod pedes sedi admotæ cum Serpente innuunt, Momphæo dominio portam aperire.

Per tres pennas è regione K, hoc loco statio trium Intelligentiarum indigitatur: penna enim subinde ventum, nonnunquam aërem, interdum, vt penna Ibidis cum Crocodilo, vim cohibitiam indicat; pennæ enim Ibiacæ tactu Crocodilus sideratur; aliquando, vti hic, simulachris adiecta Mentem seu Intelligentiam significat; quia sicuti, vt S. Dionysius quoque testatur, penna avium corpora in altum tolluntur, & in loca hominibus imperuia, ita Intelligentæ circa perpetuam altissimarum rerum diuinissimarumque contemplationem versantur. Sed de his passim in hoc Opere. Primum itaque Intelligentiam refert Ibis cum statua ve- lata scuticâ instructa, id est, Genium tutelarem Lunarem; è regione verò L simulachrum scuticâ munitum velatumque throno insidens, Intelligentiam terrestrem & tutelarem; penna Intelligentiam, sedes terrestre, id est, stabile & firmum; figura vel Nephten, vel Isin; scutica tutelam indicat rerum sibi commissarum. Figura verò sequens pariter vittata, & nouem quadrangulis circumdata, notat Intelligentiam Solarem, quam & Plutarchus in libro de Osiri & Isi Apopin fratrem Solis vocat: de qua & Phlegon in Zoroastrum: Απωπας δινάρις ὁσὶ τετέγυμψιν οὐδὲ τῷ Χαλδαῖον εἰς τῷ Φίλῳ Φιάδον, τῷ τῷ Φίλῳ θωδεκάδων σωματιμένῳ. Apopas Dæmon Solaris est, à Chaldeis ex tribus triadibus, & cedidem dodecadibus compositus. Quæ vt intelli-

Sceptrum
litera M in-
signitum.

H
Canopus idè
cum Mom-
phæa.

I
Statio III.
Polymorphi
Dæmonis

K
Statio IV.
Penna in hu-
eroglyphicis
quid signifi-
cat.

L
Genij tutela-
ris Lunaris
hieroglyphicū

Genij tutela-
ris terrestris
hieroglyphicū.
Genij Solaris
hieroglyphicū.
Plutarchus:

Apopas Dæ-
mon Solaris
ex tribus do-
decadibus
compositus.

Numeri
XXXVI my-
steria.

Statio V.
Hori statio,
eiisque habi-
tus explicatio

Sacrificia
Horo saec.

Plutarchus.

gantur, sciendum, Ægyptios hæc omnia mystico figurarum apparatus adumbrasse, ut sequitur. Figura inter L & M velata Apopin Dæmonem Solarem notat, quem circumdant nouem quadrangula, tria inferius, tria

M in medio, & tria superius ; quæ sunt tres triades ex quibus componi dicuntur ; exhibent autem nouem Classes Genitorum ei subditorum, quomodo autem ex tribus dodecadibus componatur, videamus. Singula quadrangula quatuor constant lateribus, quæ in 9 ducta dant 36, numerum quem Plato tantopere, ut supra in Obelisco Lateranensi expositum, deprædicat ; & numerus erat circularis, propriè Soli competens. Vide quæ de hoc numero in Arithmetica de Sigillis planetarum uberrimè disserimus. Voluntque Hieromantæ hoc numero significare & triades, & dodecades totius naturæ, à qua perfectionis suæ complementum haurit, ut sceptrum oculatum cum figura fulminis expressè docet, quo Solis penetrantem virtutem indicant, vnde & Sol à Zoroastro fons fulmineus rectè dicitur, vti in præcedentibus docuimus. Hic Genius per figuram è regione M pariter indicatus, tutulo ὁφι-κακλο-πήτερομόρφω conspicuus, scuticam in manu tenet, throno insidens, insensibili, vti duo pedes throno appositi docent, motu occulto Mundum penetrat, cuius globus index est, portam humoris aperit, Noctuā abacta dominium in quadrifidum Mundi faciem exerens.

N E regione N puer receptaculo impositus, prostratus, & stolâ circumdatus cernitur : quæ statio Hori dicitur : recitant enim Ægyptij, Horum iuxta Butum inter stagnantes Nili lacunas, vaporibus & exhalationibus, Pluturcho teste, alitum ; quo quidem occulte innuunt, Mundum hunc sensibilem sine humentis substantiæ alimonia consistere minimè posse. Puer pingitur, quia Mundus humore alitus indies quasi reiuenescit ; ac fluxili elemento (quod figuram Hori circumdans, fluxumque aquæ veluti exprimens, clare ostendit) veluti corroboratur ; Osiridis enim virtute, quem Accipiter sequens notat, beneficâ, & directione motus sui dominatiui humor in sua receptacula virtute radiorum, quam apposita cornua notant, cogitur, vbi Mophtæ industria noua generationis primordia fundat. Hinc Sacerdotes Mophtæ ad hunc tam beneficium humorem obtinendum, Horo, id est, sensibili Mundo, sacrificia instituere solent, Pluturcho teste, vasa Nilotica portantes in capitibus, nomenque Dei transformatione corporis exprimentes, funiculos nodis, quos sacros vocant, intricatos soluentes, ut figura è regione O & P notat, & mentionem eorum Iamblichus facit ; his enim solutis, Mundum sensibilem, id est, Horum, cuius caput funiculis suprapositum, index est, Gypno-nijs nodis, quibus intricatur, solutum iri fabulabantur. Quibus quidé perfectis, vitalis humor per Serpentem & hydroschema, & geneticus, qui per virgam virilem indicatur, in humentis naturæ receptaculis Hori & Osiris virtute, qui per caput & Scarabæum indicantur, ad rerum omnium generationem actuatur. Reliqua symbola vti abrasa sunt, ita eorundem interpretationem consultò omittendam duxi, tametsi facile ex ijs, quæ remanserunt, restitui poterant.

E re.

E regione V denuò occurunt Momphæ simulachra, quæ sequuntur tres Crocodili, piscinæ sacræ admoti, quæ est statio Typhonis manusfacti ritibus & cœremonijs Hori. Cœteræ desunt.

§ II.

Secundæ columnæ tertij lateris expositio.

N hac columnæ catena hydrothea continetur : qua sex Numinum humenti naturæ contraria tutantium præsidium exhibetur. Ac primò quidem prouidentiæ occurrit statio indicata per oculum, sedem, statuam, & bina brachia, quorum prius infra se binas pennas habens, beneficam in aërem, alterum in aquam prouidentiam per oculum hydro-schemati suppositum indicat ; hac enim aëreo vehiculo, per temonem, & pennam signato, humorēm vasis hydroticī in Mundū & cœlestes regiones, quæ per Scarabæum, teste Horo, & per cycloidem cum binis Rhomboidibus, indicantur, traducit, non obstantibus Noctuæ Typhoniae machinationibus, catenæ hydroticæ custos & vigil, vt Leporina figura cum adiectis symbolis docet è regione E.

Statio prima
Prouidentia
hydrothea.

E
II. Harpoera
tis statio.

Sequitur Harpocrates digito silentium suadens, cum pala, & vase Nilotico, & Capreolo. Plutarchus hunc Genium imperfectæ naturæ, & & vitio pedūm impeditum, claudum pronunciat fuisse ; quo indicatur, terram imperfectam adhuc ad germina producenda aptam esse non posse, nisi humoris eidem abundantia superaffusa ; quod quidē tunc continet, cùm Horus occultâ dominij sui propagatio ne catenam duodecim cœli mansionum è regione G per dodecapyrgon indicatarum mouet. G

Sequentia symbola vti abrasa sunt, ita & sensum quoque abrum-punt. Comparet tandem posterior pars Leonis, & statua variâ gesticulatione conspicua, quam Sole posteriorem Leonis partem subintrante, fabricandam ad effectus promouendos, sibi persuadent.

Sequitur tertia statio Anubis, humoris & vegetabilium vigilans custos, contra Coturnicem Beboniam influxum geneticum cohibentem, ad quam propitiandam, statua adornanda est ad quaternos Mundi terminos respiciens, vniuersalis influxus attractiva, vti symbola è regione K K ostendunt ; huius enim potestate & virtute vitalis humor in omnia inferioris Mundi membra deriuabitur.

III. Statio
Anubis.

IV. Statio
Leonini
Memphra.

Sequitur statio Leonini Momphæ, qui domus trium fundamento-rum naturæ tutator est, occultoque influxu, per pedem Leoninum cum decussi, indicato, ab ea insaustam Noctuam profligat.

Porrò aërei Mundi Intelligentia, & seminalis in eo latentis potesta-tis index est puer vittatus, cum Columba, ouo, & penna è regione M, cuius assecla Momphæ, qui vehiculo velato, seu nauigio quodam, quod Barin vocant Ægyptij, spermaticam vim in aëre latenter, in humentis naturæ substantiam per triplicem Mundi portam, radiorum & catenæ

V Statio Hori
M

cœlestis beneficentiâ , vitalem defluxum traducit, infastaque omnia & aduersa piscinæ sacræ ligat , occulto motu cœlestia & terrestria penetrando ; quæ omnia symbolis inter M N & O inclusis ostenduntur . Reliqua symbola è regione P, cùm in præcedentibus exposita sint, non attinet repetere . Simulachra verò è regione Q Sacerdotum membris in Genitorum nomen transformatis pro beneficio cœlesti supplicant, vt humorum ex tribus subterraneis receptaculis in agros, amuleti sacri Nili vi ducant, vti symbola è regione R posita demonstrant .

Statio VI.
Intelligentia
Lunarum.

Ibis sceptro tenuijs exornato insidet, cui apponitur statua velata cum penna in capite, quâ Intelligentia Mercurio-Lunaris indigitatur ; tenuijs diversi coloris, Lunarium operationum varietatem, cui dominatur, innuunt, vti in Obelisco Pamphilo docuimus ; quo nihil ad humorum edendum potentius . Sequentia symbola catenam rerum , ex omnibus naturæ rebus extractarum , quibus dicta hucusque Numina attrahenda; aduersa vel placanda, vel propulsanda sunt, ostendunt ; quæ cùm omnia iam in præcedentibus sint exposita , facile Lector seipso interpretabitur .

C A P V T VIII.

Latus quartum Obelisci Barberini.

Lateris quarti Septentrionalis Obelisci Barberini interpretatio .

Exhibet hoc latus duodecim Genios terrestres duabus columnis comprehensos, eorumque operationes & effectus, cuius symbola ut iferè omnia sunt eadem cum ijs, quæ in præcedentibus iam exposita sunt, ita superuacaneum esse duxi, singula scorsim exponere ; quare summatim tantum corundem interpretationem adducemus .

§ I.

Columna prima lateris quarti.

Primæ columnæ quarti lateris Septentrionalis expositio .

I. Statio.

In prima columna, prima Genij terrestris statio abolita est ; quantum tamen ex sequentibus signis comperire licuit, fuit ille Genius , cui agrorum tutela commissa est, in quantum iij humoris indigunt . Ita symbola D E docent, quæ cùm sæpe sæpius iam exposita sint, illa præterimus . E regione F per catenam, & Picum Martiam aqem, indicatur statio Genij, cui rerum ad agriculturam pertinentium catena subest, & per symbola inter F G H conclusa indicantur, quorum notitia ex præcedentibus patet .

II. Statio.

Hoc loco Genij rationem nè sciremus, corruptio faxi nobis inuidit ; IK ex sequentibus tamen symbolis , literis I K L M comprehensis patet , LM suisse cœlestem Intelligentiam, cui sacrarum piscinarum, & nauigationis cura

cura commissa sit ; Intelligentiamq; quæ humorem agris, & vitam aëreo spiritu iunctam infert notat, cui & tutela vicariatusque Osridis terrestris commissus sit .

Porro è regione N symbola primâ fronte occurrentia significant Intelligentiam septorum sacrorum custodem ; figuram cuius septi fusè expositam vide in Obelisco Pamphilio . Erant autem septa restrictus quidam ex ligneis trabibus compacti, quibus sacra animalia in templis alebantur , & mysticè eam significabant regionem, quam sacra animalia exprimebant ; potissimum autem sacro Boui seu Apidi consecrabantur, erantque terrestris Genij aptum agriculturæ præsidis symbolum , eorumque figuræ è regione N & O spectantur.

Est hæc statio Sphyngis præsidis incrementi Nili, cuius incrementum primò in piscina sacra comparebat, de cuius significatione in Obelisco Pamphilio amplissimè varijs in locis tractatum vide , eiusque operationes ex symbolis inrer P & Q partim integris, partim mutilis & destrutis patent.

Statio Typhonia è regione R per Crocodilum indicata , cuius symbola inter R S T comprehensa, iam ex præcedentibus, vtpote sæpe exposita, constant.

Inter T & V avis spectatur cum ramo florigerò Serpenti innixo , quibus Genius vitæ vegetabilium terræ exprimitur . Cuius symbola cùm vñque ad vnum omnia iam exposita sint, nihil facilius erit , quàm ea proprio ingenio interpretari .

§ II.

Secundæ columnæ quarti lateris expositio .

Primo loco è regione, D, occurrit terrestrium camporum, & malorum ab ijs propulsator Genius, fauiflæ, & piscinæ magnæ, quadridæ terrestris facie custos, Noctuæ abactor, vnà cum tribus asseclis benefico influxui cooperantibus.

Sequitur Leoninus Momphæ vigilans, cuius officium est machinationes Typhonis Cœlis, aëri, agrorumque vitæ insidiantis repellere , & beneficio cœlesti naturæ terrestris terminos conseruare .

Sequitur custos septi sacri è cœlestibus terminis influxum præbens quadrifido terrestri Mundo, & vitali humore omnia ritibus, & sacrificijs, N sacrificisque amuletis priùs sollicitatus, complens .

Occurrit è regione O binarum duodecadum custos , & est simulachrum inter duas duodecades, quæ per sex quadrangula, tria vtrumque, indicantur, inclusum ; in cuius vertice ouum liquorem stillans, quo innuitur eum ex ouo Mundano θωδεπύλης , id est, in duodenas naturæ superioris & inferioris mansiones, spermaticos influxus deducere, vnde ex vegetabilis naturæ penuario magna rerum necessiarum abundantia in qua-

Columna se-
cunda lateris
quarti.
I. Statio.

D
E F G
H I

II Statio:
K L
M

IV. Statio,
O
Ouum liquo-
rem stillans.

quadrifidam terræ faciem, vti & in piscinas, & sacra septa, præuiocultu deducitur.

P Q Inter P & Q abrata symbola; sequentia verò Genium Isiacum innunt, beneficum esse in agros & vegetabilem naturam inde prouenientem, proinde amuletis, & sacrâ tabulâ vnicè colendum.

V. Statio.

R rationem committitur, eiusque præsidio ab aëte, terra, & germinibus

S Typhonia malignitas abigitur, vti symbola inter S & T inclusa docent.

T E regione V statio Mercurij Canino capite conspicui, & Isidis velato vertice, manu pennam portantis; quibus ostenditur, humorem eorum ope omnibus terrenis Mundi receptaculis aptè distribuit. Atque hæc sunt quæ de Obelisco Barberino adducenda duximus.

Conjectarium Primum.

Geniorum
48 stationes
respondet 48.
stationibus
Deorum in
Cælo.

Deorum in
firmamento
stationes.

Archontes
rerum præsi-
des.

VIdes igitur, quomodo in singulis lateribus duodecim Genij in Obelisci vertice per totidem stellas indicati exhibentur, qui in quatuor lateribus in vnam summam coniuncti 48 Genios totius naturæ cœlestis & elementaris constituunt; totidem videlicet, quot in firmamento stationes seu mansiones Deorum patriorum ponere solebant; vt proinde hæ 48 Geniorum stationes apprimè congruant ijs, quas in vtroque hemisphærio cœli Ægyptiaco in Astrologia exhibuimus. Putabant enim Ægyptij, certas quasdam in firmamento Deorum vniuersæ naturæ præsidentium stationes esse, ex quorum influxu omnia inferiora administrarentur, adeoque nullum esse entium gradum in inferioribus, qui non suum in firmamento præsidem haberet, siue conseruatorem. Quia tamen quæcunque in Mundo sunt, quatuor Elementorum promiscuâ communica-
tione per commissiōnem inuicem factam, constant; ita quatuor Elementorum huiusmodi præsides veluti earum ἄρχοντες in primis statim Obelisci faciebus & frontibus posuerunt, vtpote qui Duces essent & Principes sequentium in columnis singulis Numinum concatenatorum; ita vt singuli Archontes duodecim haberent veluti sibi connexam Numinum catenam, vti ex interpretatione patuit, quorum cura & tutela particulares quadruplicis hylæi Mundi œconomiaæ administrarentur: vnde & ab Ignis Archonte Meridionali, reliqui duodecim vocantur ignæ naturæ Præsides; ab Archonte Orientali aëris Præside, aërei Mundi tutelares; ab Archonte Occiduo aquarum Præside, aquæ Mundi tutelares; ab Archonte denique Boreo, terræ Præside, duodecimi terrestris œconomiaæ Præsides nominantur. Horum enim administratione vniuersam Sensibilis Mundi machinam conseruari putabant.

Consecrarium Secundum.

Nota Lector, nos singula in hoc Obelisco contenta secundūm physicum tantūm sensum interpretatos esse, siue in quantum sensibilis Mundi faciem respiciunt; latent tamen, ut alibi quoque monuimus, sub his, & summa Archetypi Mundi mysteria, quæ omnia tamen facile per analogiam quandam, eidem applicari possunt. Nam quæcumque in Sidereo, vel hylæo Mundo spectantur, in Archetypo Mundo sunt conditione diuinâ, id est, intelligibilia & solâ mente attingibilia, de quibus cùm in Cabala Hebræorum, Musica, & Theologia hieroglyphica vberrimè actum sit, eò Lectorem remittimus. Latent & in hisce Politici Mundi mysteria, quæ secundūm intentam analogiam alijs applicanda relinquo. Mirum tamen est, Ægyptios sub vnis & ijsdem symbolis sub analogicæ quâdam considerationis ratione, tam varia & diuersa exhibuisse. Vide citata paulò ante loca, & reliqua huius Operis argumenta, vbi passim hanc materiam agitamus.

Consecrarium Tertium.

PAtet denique ex hisce, Ægyptios Hieromantas, tûm ad illa iam in præcedentibus exposita, tûm potissimum in Sidereo Mundo ad 48. Asterismos, quos stationes Deorum nominant, quosque in Astrologia, Ægyptiorum fol. 208. sub duobus hemisphærijs exhibuimus, allusisse. Nam si bina hemisphæria citato loco exposita cum huius Obelisci schematis ritè contuleris, idem & Obeliscum, & dictos Iconismos continere luculenter apparebit; tametsi sub alio situ, dispositione, ordine, nominibus repræsentatum. Referunt enim Numinum stationes, in quibus ex particulari influxu in inferiora fidei tutelæque suæ commissa agere opinabantur, vnde & ~~μετεώρους~~ stationes seu mansiones Deorum, uti dixi, vocabantur, quod in ijs vigili curâ rebus sibi commissis intenderent.

Conclusio.

HAbes itaque 48 Iconismorum ab Ægyptijs in cœlo positorum dispositionem, eorundemque physicas interpretationes, quas & secundūm analogiam quandam ad archetypas moralesque rationes accommodabant; ita ut per dicta Iconismorum symbola, intellectualis Mundus intelligatur, in quo distributis officijs vnicuiq; Geniorum choro competentibus, quos tûni in triplici Mondorum serie, tûm potissimum in animalium sphæris effectus imprimunt, subtiliter insinuabant; hinc enim, fatorum ordinem deducebant. Ex hisce Iconismis Geniorum ascendentibus de cuiuscunque Nati fortuna vel fato, infallibilem se coniecturam nôsse posse credebant. Hinc sollicitè singulas dictas Deorum stationes, mox vbi ab Horizonte emercent, aut ascensione culminarent, quâ

Impia Ægyptiorum & Chaldæorum superstitione ac diuinitatio ex Iconibus 48 stellarum.

sacri-




sacrificijs, quà ritibus cæremonijsque placare contendebant: vti enim ex aduerso Geniorum ascensu, omnem Nati miseriam & calamitatem dependere credebant, ita ex beneuolo propitioque Agathodæmonum ascensu fortunam & felicitatem sibi pollicebantur; hinc illos sacrificijs, nè nocerent, placare; hos vt prodeßent, appropriatis ijs rebus & sacrificijs attrahere contendebant. Cùm verò septem principalia planetarum Numina continuò nunc bona bonis, iam bona malignis, subinde maligna malignis coniungantur; hinc pro ratione coniunctionis prosperæ vel aduersæ de rerum euentibus prosperis & aduersis pronunciabant. Tota hæc Iconismorum congeries quatuor principalia Numina, quæ per quatuor primos quaternorum laterum schematismos indicantur, habebat, quorum virtute influxuâ, tûm Geniorum concatenatorum in lateribus descriptorum series, tûm inferioris Mundi œconomia gubernatur. Sed hæc de Obelisco Barberino sufficient.

FINIS SYNTAGMATIS QVINTI.



OBELISCVM HVNC CONSTANTINOPOLITANVM
olim à Theodosio Augusto in Bizantino Circo Erratum
EMINENTISS. PRINCIPI
ANTONIO CARD. BARBERINO S. RE CAMERARIO Confessor
Athanasius Kircherus S. L. eiusdem Interpres

CONSTANTINOP AVSPICE FERD III
OBELISCVS CAESARE



SYNTAGMA VI.
OBELISCVS CONSTANTINO-
POLITANVS.

A Theodosio Imperatore in Hippodromo Byzantino
erectus.



EMINENTISSIMO PRINCIPI
ANTONIO
Cardinali Barberino, S. R. E. Camerario.



*HEODOSIANVM Obeliscum, ANTONI Eminen-
tissime Princeps, Tibi, qui Theodosianam animam repræ-
sentas, dico ac fisco. Interpretationem affero Aegyptiarum
Notarum, ut qui non obfcuris, sed aperis beneficentiae cha-
racteribus perpetuum famæ monumentum inscripsi, discas,
etiam in postera secula transmitti, quidquid magnificientia
operatur. Etenim Theodosius Cæsar magno animo præditus
illum Constantinopoli erexit, ut sue gloriæ symbolum con-
secraret; illum pariter ego accuratâ delineatione expressum iterum erigo sed typis,
non machinis; neque vni Byzantio, sed vniuerso terrarum Orbi spectandum,
ut sit gloriæ Tuæ perenne boſtimentum. Quamquam non eges hoc documento ut
innotescas posteritati; neque hac Aegyptia mole ut appareas Orbi; Indoles Tua,
et grandia mohens animus par Tibi theatrum excitabunt. Mihi potius consulere
volui, ne hoc Opere, quo abditam Antiquitatem instatuero, Te præterirem illau-
datum, qui tam bene de nostra Societate mereris: neque enim antiquius aliud esse
nobis debet, quam gratam in Benefactores voluntatem ostendere. Vale Ecclesia-
stici Principatus gloria, et Romanæ Vrbis delicium.*



SYNTAGMA VI.

Obeliscus Constantinopolitanus à Theodosio
Imperatore in Hippodromo Byzantino
olim erexitur.

C A P V T I.

Historica relatio de origine & erectione Obelisci Constantinopolitani.

Obeliscus
Constantino-
politanus.



OSTQVAM omnes ferè tūm Romæ, tūm in Aegypto superstites Obeliscos obtinuisse, solus Obeliscus Constantinopolitanus, quem à Theodosio Imperatore olim in Circo maximo Byzantij summā magnificentiā erexitur. fuisse legeram, ad Operis complementum desiderabatur. Et vti magno eius tenebar desiderio, ita nullum non lapidem moui, vt eiusdem compos fierem, nè omnibus iam obtentis, solum illum deesse dici posset. Mox itaque literas dedi ad Excellentissimum Dominum Simonem Renigerum, qui tūm temporis Cæsarex Maiestatis apud Turcarum Imperatorem Constantinopolitani Oratorem agebat; quibus obnixè flagitabam, vt operam suam in hoc Cæsareo Opere omnibus numeris absoluendo conferret; votis autem meis precibusq; satisfactū iri sciret, si Obelisci Theodosiani in Circo Byzantino adhuc superstitis delineationem propediem transmitteret. Cæsareus Orator pro summa humanitate sua, ac pro zelo Republicæ literariæ promouendæ, votis meis obtemperandum existimans, statim totum negotium Panaioti Nicusio Græco, Cæsarei Legati pro tempore in Curia Ottomanica interpreti, Viro sanè & linguarum peritiā, & omnigenā eruditione conspicuo, commisit, qui & ipse de Repub. lit. benē merendi occasionem minimè negligenda n̄ dicens, Obeliscum mox delineauit, delineatum propediem ad me Romanam transmisit. Verūm vt quantā curā & sollicitudine uterque opus promouerit, patefiat; hic vtiusque literas ad posteritatis memoriam apponendas duxi.

Exemplar literarum Excellentissimi Viri Domini Simonis Renigeri Cæsarei apud Turcarum Imperatorem Legati.

Literæ Cæsa-
rei Oratoris
apud Turcā.

LIteras Admodum Reuerende Paternitatis Vestræ quarta Ianuarij datas paucis ante diebus, & valde serò à P. Iacobo Capucino accepi: ex quibus intellixi, & illud ipsum etiam ex P. Francisco Martino Soc. IESV ore tenus mihi innotuit, Paternitatem Vestram delineationem & literaturam hieroglyphicam Obe-

Obelisci Theodosiani hic Byzantij eredi imprimis desiderare; cuius rei cisram statim Interpreti nostro Cæsareo, Domino Panaioto Nicuso, alias bonarum artium amantissimo, commisi, quatenus delineationem illam omni cum diligentia confitam quò citius transmittere possem; sed literæ nimis tardè comparuerunt, adeoque officijs meis successu temporis, quoad fieri poterit, satisfaciam; interim predictus Dominus Panaioti, qui iam pridem Paternitatis Vestræ notitiam & correspondentiam anhelauit, delineationem quam habuit propriam, hac occasione anticipat, & Deo volente, breui alia exactiori cum diligentia composita sequetur. Istæ hieroglyphicæ figuræ nullo peculiari colore aut pictura denotantur, sed simpliciter insculptæ sunt. Si Paternitati Vestræ huius explicationem, aut aliud quodam perspicacis sui ingenij specimen mibi communicare libuerit, gratiæ & summo fauori erit, promittens me cum Panaioti in alijs ad obsequia futurum, præser-tim ubi qua in re Paternitatis Vestræ animus & voluntas nobis constiterit, cuius sacrificijs & deuotis precibus me demùm omnizè commendando. Constantinopoli 15 Junij, 1654.

Admodum Reuerendæ Paternitatis Vestræ

Deuotissimus seruus

Simon Renigerus m. p.
Resid. Cæsat.

Literæ Panaiotis Nicusij, Cæsarei apud dictum Imperatorem
Turcarum Interpretis.

Reu. P.

TRouandomi spesse volte nelle contemplationi della sua Arte Magnæ Lucis & Vmbræ (che mi fu mandata, tre anni fa, d'Allemagna) non hò desiderato tanto altra cosa, quanto hò b'amato la conuersatione di V. P. R. mà non me lo prometteva la mia professione, essendo costretto di stare qui alla Corte Ottomana nelli seruitij di sua Sac. Ces. Maestà mio Clementissimo Signore. Hò pensato però di scriuerle, & al manco per lettere riuerirla, e dimandarle alcuni quesiti φιλόδοξοι; mà non ardiau di farlo senza occasione: Lodaco sia pur il Signore, che mentre io non potenu trouare l'occasione, me l'hà mandata tanto à proposito, che non potrei desiderare migliore: perche è gionta la lettera del Molto R. P. Chrisanio, & doppo pochi giorni è successa anche la di lei gratissima lettera scritta all'Illustrissimo Signore Residente Cæsareo, per li gieroglifici della Colonna di Teodosio, li quali son stato commandato di procurare. Ecco qui le mando vn ḡēdior dellli sudetti gieroglifici, che haueuo io fatto già doi anni fa per mia curiosità; & doppo li farò pingere con maggior diligenza, & con la pri-

Literæ Cæsa-rei Interpre-tis apud Turcam.

ma occasione li manderò, C'includo anche vn piccolo Trattato Arabico di جف Giaf, che è il più stimato appresso li Orientali in questa scienga. Queste due bagatelle spero che otterranno tanta gratia & familiarità appresso V. P. R. che per esse anche io spero d'entrare alcune volte à riuierirla per lettere. In tanto la supplico d'accettare questi χειρός (che così χειρός vengono da me chiamati) e la prego impiegarmi e commandarmi donec vaglio à seruirla in queste parti Orientali; & per fine la riuerisco humilmente. Da Constantinopoli 15 di Giugno, A. 1654.

Di V. P. R.

Deuotissimo seruitore,

Panaioti Nicusio Interpret
di sua Sac. Ces. Maestà ap-
presso la Corte Ottomana.

His tanquam authenticis literis præmissis, iam historicam relationem au-
spicabimur, quæ ita sese habet.

Historica rela-
tio Obelisci
Constanti-
nop.

Theodosius Imperator, Constantini Magni Cæsaris gloriofa mol-
mina secutus, cùm Constantinum Magnum Circum maximum Byzantij
ad Circorum Romanorum formam construxisse eo animo intellexisset,
vt eum Obelisco omnium maximo, quem Thebis Alexandriam iam de-
uexerat, veluti perenni quadam glorioſæ memoriz suæ monimento con-
decoraret; fatis verò functo Constantino, Obeliscum illum, quem Ale-
xandriæ relictum Constantinus Byzantino Circo destinarat, Constan-
tium filium eius Romam delatum in Circo maximo constituisse; nè By-
zantinus ille Circus à Constantino summâ magnificentiâ constructus, &
Romano prorsus in omnibus par, sine Obelisci ornamento indecorus re-
maneret: peritos rerum Viros in Aegyptum amandasse fertur, vt quot-
quot melioris notæ Obeliscos post Romanorum spolia reliquos reperi-
rent, Constantinopolim deueherent. Quibus adductis mox celebriora
Vrbis loca deputata sunt, inter quæ & Circus maximus vñus fuit, qui
præsentem hunc Obeliscum exceptit. De cuius magnificientia, magnitu-
dine, Colossis, consule Petrum Gyllium Gallum in Topographia Vrbis
Byzantinæ l. 11. c. xi. vbi omnia diligentia summâ & acri studio tracta-
ta leguntur. Nos ea solūm, quæ Obeliscos concernunt, ex eius Topo-
graphia hoc loco allegabimus; de quibus inter alia hæc adducit:

Petrus Gyl-
lius.

In medio Circo, quem Græci Hippodromum appellant, Obeliscus ex The-
baico lapide factus extat, cuius cùm non meminerit antiqua regionum descriptio,
memineritque Obelisci Thebaici quadrati, quem ponit in V regione; arbitrarer
hunc terræ motu eversum, translatum fuisse in Hippodromum à Theodosio post edi-
tam descriptionem regionum, nisi hæc Theodosianorum operum multorum memini-
set,

set, & nisi præteriret nonnulla in commemoratione regionum, quorum postea meminit in generali Vrbis descriptione. Habere itaque plures Obeliscos Constantinopolis potuit, ex quibus nunc superest ille Thebaicus, quem in V regione ponit antiqua regionum descriptio. Duos adhuc existentes vidi, cum primum venisset Byzantium; unum in Circo maximo, alterum intra claustrum Regium, in latere primi collis vergente ad Septentrionem, quadratum, ex lapide Thebaico factum, erectum iuxta domum vitriariorum officinarum Regiarum, sed paulò post eversum, & extra claustrum elatum vidi iacentem, longum 35 pedes, cuius singula latera, si bene memini, 6 pedes lata perimetrum illius efficiebant 24 pedum. Hunc Antonius Priolus Venetus nobilis emit Venetas exportaturus, & in foro Diui Stephani locatus. Alter vero in medio Hippodromo pro meta in hunc diem exstat supra quatuor tesseras æneas latus quoquouersus sesquipedem, alias tantundem, sustentatas basi & stylobata. A solo duos gradus habet stylobates, quorum inferior à terra altus est pedem unum, cuius latitudo pedalis; superior gradus alios duos pedes, projectus extra stylobaten quatuor pedes, & totidem digitos; gradus subiecti non sunt stylobatae, sed adiecti & adstructi veluti suggestus, ut appareat ex commissura, supra quos latus quoque versus 12 pedes stylobates eminet in altitudinem 4 pedum & 8 digitorum, & extra basin projectur sesquipedem. Præter hos quatuor pedes & sex digitos, stylobates pedalem altitudinem excedit non extra basin eminentem; nam ex summo stylobate eminet striatura alta pedem & tredecim digitos quadrilatera, nempe ex perpetuo, uno, eodemque lapide constans, quo stylobates. Nam stylobates emittit suam supremam partem non solum sesquipedale strictiore, quam infinam, sed etiam angulis mutilatam, locoque quatuor angularium diminutorum existunt quatuor lapides quadrati marmoris Thebaici rubentis, singuli alti sesquipedem, nempe quantum statuaria stylobatae, his quatuor angularibus lapidibus interclusa, qui cum intermedia parte supra stylobate sustinent basin altam pedes 7 & 13 digitos, projectam extra imum scapum Obelisci sesquipedem, quoquouersus patentem nouem pedes totidemque digitos; quæ tota insculpta est, uti stylobates, qui statuis eminentibus omnia latera incisa habet. Ex Septentrionali quidem latere expressæ sunt statuae, duabus ordinibus sculptæ, quorum inferior continet 18 statuas, & duas ergatas; earum singulas quaterni homines versant rectibus, quibus funes ductarij circumergatas volvuntur, Obeliscum iacentem trabentes. Tum in eodem ordine sculptus est Obeliscus rectus, ut nunc est; tum statuae tres, quarum Constantinopolitani prædicant. unam esse Magistri, alteram Discipuli, quem Magister, nisi interposita tertia persona retentus fuisset, castigare conatur, quod se absente Obeliscum erexisset. In superiori ordine binæ ergatae cernuntur cum ergatis inferioribus Obeliscum iacentem trahere, versatae singula à quatuor hominibus circumvoluentibus validos funes, bene eminentibus loris expresss &c. Hunc Obeliscum posse etiam Byzantios machinatores in aliud locum transferre in columnam, aduerti ex columna sita in dorso vallis Constantinopolitana, quæ parum cedebat Obelisco. Hanc à suis sedibus deicte in terram vidi, in hunc ferè modum (quo haud dubie & Obeliscum erexerunt, aut erectum in aliud locum transferre potuerunt.) Circa columnam, aliquo tamen interposito spacio, trabes ingenites crebras in quadrum dispositas, in sola defixas, columnam ipsa excelsiores, ererunt;

Obelisci
Constantino-
politani Basis

Basis Obeli-
sci Constan-
tinop. orna-
tus.

Columna
Constan-
tinop. poli ercta.

xerunt, paribus interuallis inter se distantes; supra trabes imposuerunt transuersa tigna, omnia inter se firmissime reuincta, ex quibus trochilas creberrimas appenderunt, per quas traiecerunt validos funes ab imo columnæ scapo ad summum surgentes, ad columnam strictissime alligatos densis funibus, ut se contingarent, & transuersis rectos veluti tramis stamina secantibus, formam textilis operis repræsentantibus, extra quadraturam trabium similitudinem curris quadratæ gerentium. Ergatæ utrumque multæ in terram desixæ erant, versatæ à multitidine robustissimorum iuuenum funes istos validos, quibus columnæ cingebatur, trahentium tam diu, quoad columnam à sedibus subtraxerunt; deinde sensim detrahentes in terram deiecerunt, & curribus impositam firmissimis, quos rotæ crassissimis ferris cinctæ sustinebant, traduxerunt in columnam in collum tertium ad Solimani Regis adem ornandum. Sed ad Obeliscum redeamus.

Habet is in latere stylobatæ Occidentali Obelisci, teste Petro Gyllo, hoc epigramma Græcis literis incisum,

KIONA ΤΕΤΡΑΠΛΕΤΡΟΝ ΑΕΙΧΘΩΝΙ ΚΕΙΜΕΝΟΝ ΑΧΘΟΣ
ΜΟΥΝΩΣ ΑΝΑΣΤΗΣΑΣ ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ ΒΑΣΤΑΕΤΣ,
ΤΟΛΜΗΣΑΣ ΠΡΟΚΛΟΣ ΕΠΕΚΕΚΛΕΤΟ, ΚΑΙ ΤΟΣΟΣ ΕΣΤΗ
ΚΙΩΝ ΗΛΙΟΙΣ ΕΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΔΤΟ.

Obelisci Con-
stantinop. in-
scriptions.

In latere verò Orientali ex opposita plaga, Latinum epigramma inscriptum videtur, veluti Græci epigrammatis interpres quidam, & sic sese habet, quantum legi potuit.

DIFFICILIS QVONDAM DOMINIS PARERE SERENIS
IVSSVS, ET EXTINCTIS PALMAM PORTARE TYRANNIS,
OMNIA THEODOSIO CEDVNT, SOBOLIQUE PERENNII.
TERDENIS SIC VICTVS, DVOBVSQUE DIEBVS
SVB IVDICE PROCLO SVBLIMES ELATVS AD AVRAS.

Basis Obel.
Constanti-
nop. ornatus.

Pergit porrò Author describere ornatum, quo Obeliscus condecorabatur. In Meridiano, inquit, latere duplex ordo statuarum exprimitur; inferior quatuor currus, partim biuges, partim quadrijuges habet, quorum unum quenque unus regit auriga; superior ordo continet duos Equites, tres pedites, togatos tres, Obeliscos duos, (Intellige pyramides duas) quatuor columnas in quadratum dispositas epystilia sustinentes. Iam verò ex Boreali basis latere sculpti sunt quatuor ordines, continentes 35 statuas togatas. Ex latere Occidentali eminent duo ordines, quorum inferior habet nouem statuas, supplices offerentes munera Regi, qui stat in superiori ordine cum statuis decem & sex. Latus Meridianum duobus ordinibus distinctum est, inferiore decem statuas togatas exprimente, superiori 20 togatas omnes, exceptis quatuor clipearis. Latus Orienteale habet in parte inferiori tres ordines; infimus continet decem & sex personas, alias viriles, alias mulieres saltantes, alias organa pulsantes; supra quas eminent duo ordines capite tenus; puit spectators. Superior ordo reddit 20 statuas; barum sex ab alijs, distinguuntur columnis; media coronam tenet manu. Supra basim extant quatuor tesserae, quibus in quadratum dispositis totus Obeliscus sustinetur, cuius quidem quadrati singula latera ima lata sunt circa

citer sex pedes, ab imo ad summum sculpta notis Ägyptiacis. Reliqua Circi ornamenta vide apud citatum Authorem.

Ex hac relatione patet Obelisci totius symmetria. Cùm enim ex suppositione basis Obelisci singula latera habeant sex pedes, pes autem palmum $1 \frac{1}{2}$ contineat, erit basis latitudo in singulis lateribus necessariò 9. palmorum. Cùm præterea in Obelisco Pamphilio demonstrauerimus, Obeliscorum altitudinem usque ad pyramidum, decuplam esse ad basis latitudinem; 9 ducta in 10, dabunt 90 palmos, dicti Obelisci altitudinem. Et cùm pyramidion ut plurimum altitudinem habeat lateri basis æqualem, basis autem 9 palmos habeat; Obeliscus necessariò 99, aut quasi 100 palmorum altitudinem obtinebit: cui si accesserint stylobata & striatura eius, quæ 9 pedes in altum extra pavimentum emergunt; erit totius Obelisci altitudo quasi 114 palmorum; siquidem vera esset dimensio Petri Gyllij, & pedem Gyllianum sesquipalmo Rom. æquari nobis certò constaret. Quicquid sit, assignatam mensuram supra solam hypothesis fundatam interim Lector accipiat, donec eximius Vir Panaiotus Nicusius suprà laudatus exactiorem nobis, pro sua diligentia, dicti Obelisci symmetriam exhibeat. Sed iam ad interpretationem dicti Obelisci expediendam progrediamur.

C A P V T II.

Argumenium Obelisci.

Continet hic Obeliscus primò, quomodo ritus & cœremoniæ à Sacerdotibus ad intellectualis siue Genialis Mundi normam & exemplar, tūm ad politicum regni statum rectè beatèque administrandum, ad bonorum omnium libertatem consequendam, ordinandi sint. Nam, vt suprà in expositione Obelisci Lateranensis ostendimus, cùm regnum quodpiam, nisi in diuini Numinis rationibus fundatum, longo tempore consistere minimè posse cognoscerent; Deo autem, Genijs asseclis, ministisque nihil gratius acceptiusque esse posse, quām si ad eorum Ideales rationes, omnes actiones suas tam priuatas, quām publicas constituerent, ex Hermeticis libris didicissent; certè omne eorum studium & conatus eò vertebatur, vt quām exactissimè, iuxta præscriptas sibi ab Hermeto leges, omnia peragerent; minimè fieri posse sibi persuadentes, Numa na votis suis vñquam defutura, quæ tanto rituum & cœremoniarum apparatusu sibi conciliassent. Quæ omnia continentur in hoc Obelisco, vbi in lateribus A R H Y primo loco occurruunt figuræ, quarum quædam ingeniculatæ, aliæ partim stantes, partim ingeniculatæ mitrato vertice, vti & varijs gesticulationibus, veluti de magnis rebus consulturæ spectantur. Quæ quidem duplē significationem habent: prima Agathodæmonum supramundanorum operationes exhibet; quorum alij sedere videntur, quia supremi Numinis influxui immediate substant, alij stantibus

Obelisci Con
stantinop.
argumentum.

Primi locula-
menti figuræ.

bus veluti potestatibus altioribus sibi præstitutis subduntur, iussa supremi Numinis operturi; nonnulli mitrato vertice & baculis illustres sunt, quia potestate à supremo Numine sibi communicata pollent; hieralphi quasi omnes adiunctum habent, quia Agathodæmones, ut dixi, supramundani sunt, benefico supremi Numinis charactere insigniti; varijs gestibus quidpiam magni momenti consulturi cernuntur, quēis quidem summa sollicitudo, cura, ac diligentia innuitur, quā iussa Numinis promptè exequi desiderant. Atque hæc est prima significatio. Secunda significatio exemplar quoddam Sacerdotibus propositum exhibit, quo ritus & cœremonias suas instituant; qui in adytis suis de rebus magni momenti Deos consulturi eo prorsū habitu, quo Numinia symbolice efformatae spectantur, rem sacram peragere monebantur; vt si eorum operationes essent Deorum operationibus *αἰλογότρεψι*, ita maiorem quoque hoc pacto instituta sacrificia effetuum sortirentur. Hinc nudi, mitrati, sceptris instructi, nunc stantes, modò ingeniculati, varijsque gestibus in variam speciem transformati sacra obire solebant. Quæ omnia vera esse, Iamblichus de mysterijs Ægyptiorum pulchre docet, & nos in Magia & Theologia, ut & in Tabulæ Bembinæ expositione fusè ex omnigena auctoritate demonstrauimus, ad quam Lectorem curiosum remittimus.

Secundi loculae
menti figuræ.

Quoniam verò supramundanorum huiusmodi Agathodæmonum operationes otiosæ forent, nisi in aliud tenderent; hinc in secundo loculo quaternorum laterum B S I Z, aliam seriem Intelligentiarum exprimunt, quas Mundanas vocant, & sensibilis Mundi administrandi curam suscipiunt. Hæ supramundanis immediatè substant, eorumque influxibus illustratæ, de rerum omnium necessariarum vberitate prouident; cuius symbolum est, Papilio *Δεκανός Τριπλάσιος* ferè singularum capillis impositus; & Mundani Agathodæmones sunt, ut hieralphi ipsi apud docet. Quia tamen in hisce Intelligentiarum choris, ordinis accessitate sic postulante, alij præsunt, alij subduntur; Præsides recte pertiaram & sedem, potestatis symbola, indicantur; subditæ verò ministrorum munere fungentes, tiara priuati, & ante Præsides ingeniculati, suam in ijs, quæ à Præside iubentur, exequendis obedientiam, subiectiuncem, & promptitudinem, vel ipso corporum positu sat superque significant; hoc ipso occulte, quid in Regno quopiam ritè administrando fieri oporteat, indigitantes. Quæ omnia cum in Politica Ægyptiaca, ut & in exæpositione Obelisci Lateranensis amplissimè exposita sint, eò Lectorem remittimus.

Tertijs loculae
menti figuræ.

Iterum cum Mundanæ Intelligentiae in Mundana administratione proximè Sidereum Mundum influant; hinc proximè sub secundo receptaculo tertium, C, videlicet Sidereum Mundum, non meliori ratione quam per Accipitrem exhibendum duxerunt, id est, Osirin cœlestem, Solare Nūmen, potestate suâ vitam, motum, calorem in omnibus sensibiliis Mundi partibus instillans. Nam hic in Osirin hylæum siue elementarem, qui per Bouem & Aspidem, statuasq; Agathodæmonum inferiorum aptè indicatur, virtutem suam propagat, ac veluti per ministros suos omnij animat, sœcundat, conseruat,

Ve-

Verum cum haec in alijs Obeliscis exposuerimus, ijs non immorabitur. Hoc loco alicui fortassis dubium nasci posset, cur in tertio latere, in spacio K, non Accipitris, sed Bouis figura collocetur? Respondeo, non solum Accipitrem Solaris Numinis symbolum fuisse, sed & bouem, vti fuse in Obelisco Pamphilio, in Hierogrammatismo Bouis, & in tabula Bembina in triadis Serapeæ interpretatione docuimus. Accipiter & Bos vnius & eiusdem Solis symbola fuerunt, non nisi diuersitate operationum distincti. Hinc sicuti Accipitrem Porphyrius ἡμέραν τῇ ἡλίῳ ἀγαλμα τιναν Solis imaginem; ita Plutarchus Bouem ἡμέραν Οὐρανοντος εἰκόναν, viuam Osiridis imaginem dixit, vti passim in hoc Opere dictum fuit; vt proinde Ægyptij haec passim confuderint. Quæ tametsi verissima sint, quia tamen Ægyptij nihil sine optima ratione transigebant, ita quoque altiori quodam consilio adducti, loco Accipitris hoc latere Bouem posuisse, videntur: quod expono.

In Boreali plaga, cui hoc latus obuertebatur, videlicet in inferiori Ægypto, pascuis & virescentibus agris fœcunda, maximè Bouis cultum viguisse, amplissimè in Syntagma de Chorographia Ægypti docuimus; Osiris siquidem cœlestis, per Bouem indicatus, maximè in vertate rerum præstanta, alijsque naturæ beneficijs concedendis virtutem suam exerebat, vt brachium cum Capreolo vitis Boui supposito pulchre docet. Hinc non inconuenienter loco Accipitris, Bouem huic lateri Boreali insculpsere, vt Solis in agriculturæ operibus beneficia, cuius Bos symbolum erat, occulte innuerent; Accipitrem verò reliquis plagis calore & spiritu abundantibus obuerterent. Lector tamen utramvis huc proposita rationem sine errore tenere poterit.

Atque haec est Epigraphe Obelisci, quâ indicabant, quod sicuti à supremo Nume per Potentias superiores influxus ordine sanè mirifico continuatus per varias Mundorum constitutiones datur, ita quoque in Politico Mundo fieri deberet. In quo Rex quispiam supremi Numinis vices obtainens, per Proceres Regni influit in medijs status homines, & per hos in plebem, singulis de necessarijs prouidendo. Atque hoc patto institutum Regnum suo in vigore conseruari posse, vnicè sibi persuadebant. His itaq; ordine explicatis, iam ad columnas ordine positas explicandas procedamus.

§ I.

Lateris primi explicatio.

Nota Lector, hunc Obeliscum adeo similem esse Obelisco Lateranensi, vt non immerito epitome quædam illius dici possit; cum ferè eadem in hoc vbiique occurrant hieroglyphicorum Syntagma, quæ in illo, paucis tamen immutatis, vti iam apparebit. In lateris itaque primi columnæ post epigraphen è regione E frequentissimus ille Papilio oc-

Bos Solaris
Numinis
symbolum.

Bouem loco
Accipitris
cur posuerint
Ægypti.

Politico status
Idea.

Obeliscus
Constanti-
nop. similis
Lateranensi.
Lateris I.
Obel. Con-
stant. exposi-
tio.

R r cur-

E

F currit, cum thyrso papyraceo, quem è regione F sequuntur duæ figuræ,
G statua sedens cum Accipitre; huic è regione G alia statua ocurrat cum
H baculo incurvo, quam è regione H duæ pennæ cum hieralpha sequuntur,
J & duobus sceptris; & è regione I sacra tabula, globo, heptapyrgo, Sca-
rabæo, & Niloscopio insignita. Quæ quid significant, aperiamus.

Diximus quomodo per epigraphen Vniuersalis diuini Numinis, in
subditos sibi Mundos, Intellectualem, Sidereum, & Hylæum, influxus
indicetur. Sequitur itaque modò, quomodo in particularia Numina in-
fluat, & quomodo hæc rebus sibi commissis prouideant; inter quæ Princi-
pem sane locum obtinet Dæmon polymorphus per Papilionem indica-
tus, cuius munus proprium est singulis consentaneam formam tribuere,
tam in Sidereo & Elementari, quam Politico Mundo. Quocirca tacitè
per hunc indicarunt, quod sicuti in Mundo potestas quædam est, quam
Platonici *άρχοδεις* vocant, quæ vnicuique quod ad conseruationem sui ne-
cessarium est, tribuit; ita in politico Mundo est Archetypus Regis in-
tellectus, qui per leges salutiferas, vnicuique quod suum est, tribuit. Ut
enim politicum corpus in suo vigore conseruetur, intellectui Regis con-
formis fieri debet intellectus subditorum, Platone teste; quâ conformita-
te efficitur, ut quisque bono communi prouidendo laboret. Atque hanc
politica administrationem pulchrè notat Papilio, qui iuxta diuersæ æta-
tis conditionem, alia & alia forma, prout suæ necessitas naturæ postulat,
transmutatur. Quæ omnia uberrimè tractata vide in Obelisco Pamphi-
lio, alijsque huius Operis locis.

Polymorphi
Dæmonis
officia.

Porrò polymorphus hic Dæmon potissimum suam in Sole sedem,
tanquam in principali naturæ instrumento fixisse videtur; quod indicant
binæ sequentes statuæ F accipitris, & statua accipitrina. Nam in Sole
se transformare dicitur in Accipitrem, quia vitæ, caloris, motusque So-
laris subsidio magnam efficit in inferioribus Mundis, qui per segmenta
indicantur, rerum varietatem; cultusque illi exhibebatur sub Accipitri-
no simulachro F. Est enim dominio potens, vti statua cum baculo incur-
uo docet; & Agathodæmon omnia penetrans, dupli sceptro inclitus,
H vti duæ pennæ cum hieralpha è regione H monstrant. Quoniam verò
hic subinde ad indignationem permouet; ad eum placandum sacram
tabulam I, veluti propitiatorium quoddam monimentum positum est.
Constat autem Orbe supremi Numinis indice, heptapyrgo in quod in-
fluit, Scarabæo Osiris hylæi indice, & Niloscopio in quod agit, & cuius
custos putatur. Sequuntur iam effectus sacri gestati periapti, segmen-
tum K, heptapyrgon cum Serpente, segmento, circulo, & brachio, L Ac-
cipiter cum sceptro & Serpente, M cycloides, oculus, & brachium, N
securis cum litera X, Serpens G cum cycloide, duo cornua Arietis, &
G P Serpens P, tria receptacula piscinæ sacræ, cycloides cum heptapyrgo, &
Q fauissa cum oculo & sceptro; quorum omnium sensus iste est, qui se-
quitur. K Heptapyrgum tam in sidereo, quam Politico Mundo vita & benefi-
centia L Osiris viget; M cœlestis diuinæq; & beneficæ prouidentiæ oculus;
N Vniuersum penetrando, vita cœlesti, & Ammoniæ fœcunditate P sacræ tri-
foro.

formis Numinis piscinae receptacula, heptapyrgi cælestis Praesidum, sauiisse dominatum subfusio implet.

Scholium.

IN hoc itaque latere ostenditur, quomodo supremum Numen in intermedias supramundanas Intelligentias primùm, deinde per has in sensibilis Mundi administratrices, per has demum in Solaria siderei Mundi Numinis, & tandem per hæc in hylæā œconomiam influat; quod fig. in I. latere A B C D notant. Deinde quomodo per polymorphum Dæmonem in Solare Numen, hoc est, Osirin, omnium inferiorum dominatorem & Agathodæmonem, vim suam diffundat; hic in heptapyrgum, & Osirin hylæum, & Niloticum, vti tabulæ sacræ symbola significant; vt proinde si quandoque Numen offensum fuerit, nullo meliori, quam hoc amuleto id placari posse contendent. Vbi nota, has plerasque figuræ in Obelisci Lateranensis columna prima lateris primi contineri, tametsi superioribus ibi symbolis adornatae sint. Verum cum innumeris locis dictæ figuræ iam expositæ sint; operam perdam, si alibi adductam authoritatum farraginem hoc loco repetiero. Quare ad secundi lateris expositionem progrediamur.

Epitome pri-
mi lateris.

A B C D

§ II.

Secundi lateris expositio.

Huius lateris symbola (paucissimis exceptis) in Obelisco Lateranensi ijs symbolis, quæ in secunda columna lateris secundi à litera Y usque ad B, & à C usque ad E occurunt, congruunt, vti unum cum altero comparanti luculenter patebit.

Lateris 2.
Obel. Con-
stant. expo-
sitione.

Y B C E

Præmissis itaque ac supra explicatis symbolis, quæ in loculamentis secundi lateris R S T V continentur; iam sequitur è regione W Aspis R S T V striata & surrecta pectore, cum Accipitre dormiente, quam sequitur W thyrus papyraceus cum Sacerdotis figura, & catena; hæc sequuntur Y Y Z Noctua, Z Accipiter crateri insidens, cum brachio Capreolum vitis manu tenente infra craterem posito, tres termini, cum receptaculo piscinæ sacræ, & brachio extenso capreolato; quod sequuntur duo capita Leonis, cum A Papilione, thyrso papyraceo, & tabula sacra B; quam sequuntur ordine, oculus C, retinaculum, Serpens, Noctua D dodecapyrgo insidens, tres vrnae Niloticæ, Serpens, hydroschema E, dodecapyrgum, segmentum, & reliqua symbola, eò prorsus ordine, quo in columna se- cunda lateris secundi Obelisci Lateranensis ab Y litera, usque ad E sese ordine consequuntur. Et indicant leges Niloticas Ægyptiaco Regno conseruando necessarias. Verum cum iam singularum interpretationem

A B

C D

E

Y E

citato loco exhibuerim, eam Lector supra fol. 198 & sequentibus contentam consulere poterit.

§ III.

Tertij lateris expositio.

Litteris g.
Obel. Con-
stant. expo-
sitio.

H I K L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

W

X

Y

Explicatis schematismis H I K L, iam reliqua tertij lateris schemata exponemus; vbi primo loco M Papilio iam saepe saepius memoratus, cum suo thyrso papyraceo, & sequente sacra tabula N, occurrit; quibus indicatur, polymorphum rerum necessiarum largitorem Dæmonem, placabilem fore huius amuleti usu. Sacra tabula continet circulum, Scarabæum, bina scepta, & hydroschema. Per circulum, suprema diuinitas; per Scarabæum cum adiuncto circulo, & bina scepta, hylæus Osiris, eiusque duplex dominium in aqueam substantiam prænotatur; & & eâ ratione se habet ad polymorphum Dæmonum, ut principium passuum ad actuum: quod enim polymorphum Numen sapienter disponit, id hylæus Osiris, dum mille formarum discriminibus rerum inferiorum species exornat, summâ curâ exequitur. Sequitur modò è regione O cycloides, hydroschemi, circulus, & feretrum; quæis indicatur, ad cœlestè humidum attrahendum, necessarium cultum dictorum Numinum adiiciendum; his enim Noctua Typhonia P, quæ continuae insidias eidem struit, vnicè propulsatur; hâc propulsatâ, Q dominium catenæ Numinum per appropriatum Numinis cultum trahitur, videlicet Horus beneficus R, per pueri caput indicatus, qui & piscinæ sacræ se inserit; Osiris amiliatus pl. catur, cœloque in piscinam sacram hylæam dilapsus, occulto motu fœcundat aquas ad rerum omnium necessiarum vberatem, tripli dominio potens, præstandam. Per Accipitrem inter R & S, & securum Osiris amiliatus indicatur, estque vis quædam implacabilis potentia, quæ omnia superfluâ & malignâ vi prædicta in Mundo refecat; cycloides cœli index est, thrysus verò T papyraceus, & piscina sacra, cui duo pedes adiuncti sunt, indicant occultum Numinis cœlo dilapsi motum in piscinam sacram, qua rerum necessiarum abundantia spondet; tria scepta triplex, ut iam supra dictum suit, notant dominium. Sequuntur hæc figura V, porta Thausti, quæ in solennitatibus in adytis constituebatur, flamnis conspicua, quam Thaustus, id est, Accipitrinum Numen, bono omni ingressum, vberatem rerum per congruum Nili incrementum, quod Nilometrica scala ei adiuncta signat, spondebat. Hinc Sacerdotes ante portam Mercurialem, quæ per literam W duobus Canibus munitam indicatur, varijs sacrificijs, quæ per X indicantur, intenti ad Numen propitiandum inuigilare solebant; X aram signat in arcus cœlestis similitudinem expressam, in cuius medio phiala sacrificij symbolum, quod iuxta leges Hermeticas, per tres terminos Y indicatas, peragere consueuerunt.

Vides

Vides itaque in hoc latere Numinum concatenatorum in vniuersitas Mundi semitas diffusam beneficam vim; & quibus illa, si quandoque ad indignationem concitata fuerint, placanda sint. Vides quomodo polymorphus Dæmon in Osirin hylæum cœlestis humidi vim deaucat; & quomodo horum cultu, subditorum illi Numinum intermediorum catena trahatur, Hori benefici, Osiris amilicti, Thausti, Mercurij; & quomodo per portas singulis attributas defluxus supernus, per præviorum tamen sacrificiorum dispositionem ex vna in alteram deferatur. Sed hæc quoque descripta vide in expositione columnæ secundæ lateris tertij, Obelisci Lateranensis.

§ IV.

Lateris quarti expositio.

Schematismis V Z A B in hoc quarro latere suprà expositis, iam reliqua declaremus. Itaque è regione Citerum nullibi non obuius Papilio cum thyrso suo occurrit, quem E sacra tabula immediate excipit; & indicat polymorphi Dæmonis in Mundum politicum influxum, vti sacra tabula E ostendit, circulo, heptapyrgo, Scarabæo cum circulo, & oculo insignita; quēis indicatur, quòd sicuti in Mundo sensibili, supremum Numen in heptapyrgum cœlestè septem planetarum, quorum omnium Osiris dux est oculus Mundi; ita & in Solem politicum, id est, architectonicum Regis intellectum, & in septemplices Regni status, quos in Politica Ægyptiorum exposuimus, iuxta intentam analogiam influat. Quomodo autem id fiat, signa sequentia ostendunt, globus F ἡφα-κυλο-πτε-ερος, fauissa, oculus cum vase Nilotico, & sceptro, G Accipiter ferto insidens, H heptapyrgum, piscina, cycloides, corona, Noctua dodecapyrgo insidens &c. Globus itaque alatus, vti iam sæpe dictum fuit, trifforme Numen indicat, siue tres in Deo potentias, vti Suidas docet; quæ cùm vnum sint rerum omnium principium, meritò ab eo veluti prædiuiti Oceano quodam emanant omnia. Sed hæc vti digna sunt consideratione, ita paulò altius de ijs philosophari visum est.

Expositum iam sæpius est, Ægyptios primos fuisse Theologiæ conditores, posteros verò, quotquot ex primi nominis Philosophis extiterunt, Ægyptiorum facerrima veluti quædam dogmata amplexatos fuisse; & inter hos fuisse Platonici, qui triadem diuinam, ad vnum omnes, Ægyptios secuti, confessi sunt. Quod vt appareat, Platonem hoc loco adducemus, qui l. 11. de legibus expressè afferit, Ioui supremo Mundi Architecto trinitatem quandam Numinum, quam Διονύσιον, id est, opificiam vocat, semper astare; in qua quidem trinitate, prima sit Pallas, secundus autem Vulcanus, Mars verò tertius. Sed quemadmodum trinitas tota ad Iouem ipsum, à quo est, refertur; ita fermè Vulcanus & Mars referuntur ad Palladem. Viget in Marte potentia, in Pallade sapientia; in Vulca-

VZAB

C

Lateris 4.
Obel. Con-
stant. exposi-
tio.

E

F

G H

Plato,

no

no igneus spiritus ; quæ tria ad ipsam Iouis artem, quâ Vniuersum perficit, requiruntur . Primum quidem ratio ipsa, per quam singula sit factus ; secundum efficax eorum, quæ conceperat, expeditio ; tertium eorum, quæ in effectum expedienda sunt, salus & defensio. Ideam primi Palladēm, secundi Vulcanū, tertij Martēm nominant. Et quia utrumq; sc. tam conseruatio, siue defensio, quam expeditio vel expressio rerum indiget ratione atq; sapientiæ ; ideo Pallas & Vulcano & Marti præst. Quidquid enim vel à Vulcano fabricatur, vel à Marce, postquam fabricatū est, defenditur, & in sua forma seruatur, Pallade duce peragitur. Horum verò trium in arte diuina regnantium, tria quoque in natura videmus vestigia . Per Palladēm quidem ordinem, quo singula disponuntur ; per Vulcanū, efficacem progressum & promptum quasi portum, ad quæ omnia prope- rāt ; per Martēm deniq; munitissimam structuram à generantibus adhibitam genitis, & varia propugnacula naturā propriam à contrarijs defen- dentia . Tria similiter in arte humana quidem omni, maximè verò ciuili esse debent ; vt singula & sapienter, antequam fiant, excogitentur, & ma- ture strenuèque expediantur, & eà formâ, quâ excogitata expromptaque sunt, seruentur atque fortiter defendantur. An non hæc aptè congruunt Trinitati supremæ quæ Aegyptijs Hemphta dicitur ? Ceitè quos Ioui as- seclas ponit Plato, Palladēm, Martēm, & Vulcanū, hos Aegyptijs Hemphta, teste Iamblichō lib. de myst. ponunt, Amun, Phta, & Osiris ; quorum Amun Opifex intellectus veritatis atque sapientiæ Dominus occultam la- tentium rationum potentiam traducit in lucem ; Phta omnia sine men- dacio peragens, omnia artificiose simul cum veritate constituit, quem & Vulcanū vocant ; Osiris verò bonorum effector, omnia virtutē suā cor- roboret, defendit, conseruat .

F Sed vt ad institutum reuertamur ; ab illo F triformi Numinē, vt cum Aegyptijs loquar, à suprema illa piscina, ab oculo illo supramunda-
G no omnibus prouidente, ab Osiride illo G Archetypo omnibus modis
H colendo, H heptapyrgum illud ciuale cœlesti munimine roboratur ; No-
K & tua Typhonia K à dodecapyrgo ciuali, qui sunt Magistratus, propulsa-
N tur ; beneficentiâ Numinum ijs præsidentium, ab heptapyrgo quoq; ci-
uali omnia aduersa reuocantur . N cœlesti vigilante Anubī, Horus
Vniuersi dominator vitam in omnes politici Mundi terminos diffusam
largitur ; vnde omnia animantur, omnia membra in boni communis cu-
ram inuigilant, qui est totus humanæ felicitatis finis .

Atque hæc sunt, quæ in hoc Obelisco Constantinopolitano hiero-
glyphicis figuris expressa continentur ; quo Sacerdotes & ad solium Re-
gni apti homines monebantur, vt Rempubl. suam ad supramundanarum
rationum exemplar instituerent ; & ad sensibilis Mundi œconomiam, si
eam duraturam continuâ bonitate gaudere vellent, adornandam susci-
pent ; hoc enim pacto Numinum sibi præsentiam, & contra aduer-
sa assistentiam, firmum semper præsidium se habituros
confidebant .

FINIS SYNTAGMATIS SEXTI.

SYN.

Inseratur tom. III. folio 317.


OBELISCVS MEDICEVS

Interpret. Athanasij Kirch.

folio 317. tom. III.

OBELISCVS MAHUTAVS

Interpret. Athanasij Kirch.



Positus est hic Obeliscus Mahutetus ante Ecclesiam S. Bartholomei Nat. Bergomati
in regione Sacrae S. Ignati Loyola Fundatione Soc. IESV, et habet longitudinem
27. p[ed]m[is] basis latitud[er] 3 palmos 2

Hunc Obeliscum quem olim in Circo Flere exirebat Claudio Imperator in Horis suam dende erexit Magnus Divus
longit[er] eius 22 palmi latitud[er] 3 palmi 2

SYNTAGMA VII.

OBELISCI MINORES.

ET SVNT.

Monticælius, Mediceus, Mahutæus.



SERENISSIMIS HETVRIAE PRINCIPIBVS

MATTHIAE ET LEOPOLDO
MEDICEIS,

Serenissimi Magni Ducis Fratribus,

Dominis meis Clementissimis.



BELIS CVM Mediceum, Principes Serenissimi, in Viridario vestro Pinciano, Regia sanè magnificentia exculto Romæ superstitem, certè nulli meliori iure, unà cum reliquis eidem similibus, Monticælio, & Mahutæo, quam Vobis Serenissimis Principibus, Mediceæ, id est, altæ prosapiæ domus decoribus, nec non omni literatura genere spectatissimis, inscribendum duxi. Quam quidem Obeliscorum erectionem virtutum Vestrarum, iam tot illustratarū speciminiibus, quæis Mundum decorasti, mira sublimitas, merito iure postulare videbatur. Quis autem Vestram, tūm in bonarum artium studia, eorumque cultores, benignitatem & humanitatem, tūm profusi affectus sinceritatem, verbis sat dignis explicare queat? Certè uti in Vesta gloria domo, veluti primis Sapientie incunabulis, bona literæ natæ videntur; ita earundem per vniuersum Mundum propagatum emolummentum, Vobis cum primis adscribi & posse, & debere, nemo Literatorum est, qui non fastetur. Accipite itaque huius præsentis Syntagmati honoris Vestro immortali debitam consecrationem, mei in Regios Vistros animos sinceri affectus veluti tesseram quandam; & quem olim hic Romæ insolitâ benevolentia prosecuti estis, eundem gratiæ & fauoris Vesti dulcedine porrò fouere non desinatis.



S Y N T A G M A VII.

Obelisci minores, & sunt Monticælius,
Mediceus, Mahutæus.

C A P V T I.

De origine horum Obeliscorum.

N Obelisco Pamphilio fusè demonstratum est, Trismegistum vti hieroglyphicæ doctrinæ Author fuit & institutor, ita primum quoqne Obeliscorum erectorem fuisse, tempore Misraim & Misramuthisis. Quales tamen hi Obelisci fuerint, tametsi demonstrari non possit; verisimili tamen coniecturâ, minores fuisse, ducimur, minimè maiores: siquidem prima rerum principia non à magnis & perfectis, sed à paruis & imperfectis originem suam ducere, experientiâ notum habemus: succedentibus verò temporibus, crescente Regum superbia & magnificientia, semper maiores & maiores, non tamen hierogl. doctrinæ ostendatæ gratia, quām ex insolentium molium magnitudine & vastitate, gloriæ apud posteros comparandæ ambitione, erectos fuisse. Cùm verò inferioris Classis Obelisci alij non reperiantur, quām Monticælius, Mahutæus, Mediceus, & alterius cuiusdam vicinis Collegio Romano ædibus inserta fragmenta; hosce omnes eodem tempore factos, partim ex doctrinæ symbolorumque, quibus insigniti sunt, identitate, colligimus, suisque veluti primæ nouæque ab Hermete adiuentæ doctrinæ multiplicata quædam exemplaria; habent enim omnes vti eosdem serè characteres, ita doctrinam, quemadmodum ex interpretatione eorundem patebit. Cùm enim lapidis, cui incidebantur, substantia durissima esset, primisque illis temporibus, quæis artes necdum ad debitam perfectionem pertigerant, ad laborandum difficilis videretur; hinc à paruis Obeliscis eos incepisse verò haud absimile est; donec ars sculptoria frequenti exercitio prouectior, tandem Reges ad horum exemplar semper maiores & maiores excindendos incitaret. Accedit ad hanc nostram coniecturam non exiguum argumentum, quod inter omnes serè Obeliscos, nulli rudiori Mineruâ & minori artificio incisi sint; apertissimum primi operis rudimentorum signum. Imò rem ita se habere, aperte Plinius docet l. 36. c. 8. his verbis: *Circa Syenæn verò Thebaidis Syenites, quam ante pyropæilon vocabant, trabes ex eo fecere Reges quodam certamine, Obeliscos vocantes Solis Numini sacratos, radiorum eius argumentum in effigie est, & ita nomine Aegypti significatur: Prius omnium id instituit Mestres, sub intellige Misraim, qui in Solis vrbe regnabat, somnio iussus, & hoc ipsum scriptum est in eo. Examinemus singula. Primò dicit materiam Obeliscorum*

rum fuisse saxum Syeniten Συηνιτικόν, ob macularum varietatem ita dictum, quod genus saxi Itali, *Granito rosso* appellant; atque hoc verum esse docent reliqui omnes Romani Vrbis Obelisci; siquidem nullus nisi ex hoc variegato lapide durissimo elaboratus conspicitur. Solari Numini sacratos fuisse ait, quod verum est, imitator enim acumine suo radios Solares, vnde Ägyptiacè Αἰγύπτιον & id est, *digiti Solis* vocantur. Primus id instituit Mesres, quem nos eundem cum Misraim esse dicimus, cuius Consiliarium & Scribam Mercurium Trismegistum fuisse in Obelisco Pamphilio vberrimè demonstrauimus; cuius & consilio monituque primùm doctrinæ à se inuentæ & institutæ Obeliscis incisæ primūm hoc, quod diximus, specimen, in minoribus, vti coniçimus, dedit. Quod institutum tantopere videtur placuisse Misramuthisi filio, reliquisque Regibus, vt ad horum similitudinem semper alijs & alijs erigendis animum adicerint. Misraimum verò diuino instictu per somnium ad hoc præstandum fuisse incitatum, mera coniectura est, & figmentum ab Historico appositorum; nisi hunc instinctum à Mercurio, qui ob suam Sapientiam tunc temporis veluti unus è Deorum numero habebatur, Regis animo fuisse insertum dicamus; quod vti verisimile est, ita non facile negaverim. Quòd verò Plinius dicat, hoc ipsum in Obeliscis primis hieroglyphicis symbolis exhiberi, falso & commentitium est; cum, vti ex interpretationis decursu patebit, nihil in ijs simile contineatur, nec contineri possit. Sed de hisce amplissimè traditum vide lib. I. Obelisci Pamphilij. Quomodo verò hi Obelisci minores, & sub quo Cæsare Roman fuerint translati, vide citatum locum. Mensuram quoque eorundem ari incisam in schematismis Obelisci quærere, vt proinde nihil amplius restet, nisi vt interpretationem eorundem ordiamur.

C A P V T II.

Argumentum trium minorum Obeliscorum.

TRes dicti Obelisci quoad inscriptionem, adeo, si pauca excipias, similes sunt, vt qui vnum explicauerit, cœteros quoque explicasse dici possit. Sed ab argumento occipiamus.

Primò inscripti sunt hi Obelisci, Soli sive Osiridi Archetypo, rationemque quâ in subditos sibi Mundos, Genialem, Sidereum, Elementarem influat, ostendunt. Secundò quomodo per influxum in humidum & calidum tûm rerum vitæ humanæ necessiarum varietas, tûm ubertas emergat. Tertiò per sacrarum tabellarum ouata schemata non duntaxat rationem, vt dixi, influxum Solis istius supramundani in Mundum Genialem rectè & ingeniosè indicabant, sed & præterea vim & efficaciam figurarum, quas tûm publicè, tûm priuatim appropriato cultu gestarent, magni momenti subsidium, ad Osiridem illum supramundanum, Mundique Genialis assecelas trahendos putabant; harum præterea sacrarum ta-

Argumentum
Obeliscorum
minorum.
Monteith,
Mahuteb
Medicci.

bularum, dicta Numina tūm ad dictam rerum vbertatem , tūm ad varietatem rerum continuò impetrandam , alicere & placare , si quandoque irata fuerint , se posse sperabant .

C A P V T . III .

Obeliscus Monticælius , eiusque explicatio .

*Monticælius
Obeliscus.*

Obeliscus Monticælius dicitur , quòd in hortis Matthæiorum Monti cælio incumbentibus erectus conspiciatur . Fuit hic primò situs in horto Aræ Cœli in monte Capitolino , quem inde Populi Romani licentiâ auulsum in sua Montis Cœlij viridaria iuxta cliuum Scauri translitr. posteritatique consecratum Excellentissimus Dux Cyriacus Matthæius erexit . Fuit autem vñus ex 44 Obeliscis minoribus , quos Publ . Victor recitat à primis Imperatoribus Romanis translatos . Qui vt magnificentior apareret , illum alteri columnæ ex simili lapide Memphitico , rubeis maculis variegato supposuerunt artifices ; ita vt Obeliscus , qui per se consideratus non nisi 10 palmos continebat , iam vñà cum columna eidem supposita 36 palmorum à stylobata vique ad ultimum fastigium , altitudinem habere compariatur . Nos omissa figura totius Obelisci , eam tantum partem , quæ hieroglyphicis signatur , ligno incidi curauimus , vti paulò post figura sequens docet .

*Monticælii
Obelisci hie-
roglyphica .*

Quatuor huius Obelisci sunt latera A, B, C, D, si vnam atque alteram figuram excipias , prorsus , vt dixi , similia . Sub apicibus primo loco in singulis lateribus occurrit figura Scarabæi alis expansis , volandi actum exprimens , sphærâ capiti eiusdem superpositâ . Sequuntur deinde duo ouata schemata , quas sacras tabellas nominamus , intra singula pyramidij latera inclusa , varijs simulachris imbuta . Sequitur Accipitris tutulata figura immediatè sub pyramidio ; insidet autem quadrangulo , ijs figuris , quas vides , adornata . Post hæc musca dracontomorpha , sive Papilio decantatissimus , vñà cum thyrso papyraceo , quem immediate excipit ouatum schema iisdem figuris , quibus tertium intra pyramidion schema adornatum ; cui Anser sacer succedit alteri schemati ouato insidens ; quod quidem idem prorsus est cum secundo intra pyramidion scheme . Quid verò omnia hæc sibi velint , exponamus .

*i. Scarabæi
volantis signifi-
catio .*

*Scarabæus
Solem supra-
mundanum
significat .
Plutarchus ,*

Scarabæi figura circulo insignita , quæ in quatuor lateribus immediatè sub apice Obelisci ponitur , epigraphes locum obtinet , & nihil aliud indicat , quam Solem supramundanum , Osridem Archetypum in diuinitatis suæ caligine veluti centro delitescentem . Circulum seu sphæram capiti suprapositam habet , ad æternitatem , immensitatem , & omnia ea quæ diuinitatis propria sunt , indicanda , vt in hierogrammatismo figurarum circularium ex professo , variæque authoritatis supellestile sat superque demonstrauimus . Scarabæum autem Solem supramundanum indicare , & viuam esse , Plutarcho teste , Osridis imaginem , in Hierogram-

ma-

matismo Scarabæi amplè & copiose ostensum: suit; quare nè vnam & eandem rem toties repetere cogamur, ad citatos tractatus curiosum Le-

&orem remittimus.

Post Scarabæum duo sacrarum tabularum schemata occurunt; & sacræ tabulæ dicuntur, eò quòd non tantùm summorum mysteriorum indices essent, sed & insuper singularem vim & efficaciam ad Genios quâ attrahendos, quâ placandos habere putarentur; quorum expositio-

z Tabularum
sacrarum sub
Scarabæo po-
sticarum ex-
plicatio.

nem vide in Obelisco Flaminio fol. 221. Ponuntur immediatè sub Scarabæo, vt ordo & series influxus diuini in **Genialem Mundum** immediatè sibi vti proximum, ita simillimum indicetur. Verùm quinam iij Genij sint, videamus.



Primo loco intra ouatam tabulam, quam nos Osiriacam dicimus, & numero 3 signatur, duæ statuæ sedentium habitu spectantur. Prior humano vultu & velo spectabilis, binas in vertice penas tenet, manu genibus innixa sceptrum tenet Cucuphomorphon. Quo quidem apparatu nihil aliud indicabant, quâm Genium humido-calidi Præsidem. Humano vultu pingitur, ad intellectualis potentiae vim notandam, & ad Mundo de necessarijs prospiciendum, prouidentiam; binas alas in capite gerit, ad miram tûm superiori, tûm inferiori Mundo se communicandi agilitatem indicandam; situ est Ypsilomorphos, id est, in formam literæ Y, ad influxus à supremo Numine immissi receptionem, & in inferiorem Mundum diffusionem indicandum, vt alibi fusè probatum est; manibus sceptrum tenet Cucuphæ forma, quâ varietatem rerum, quam caloris vi dispersa Mundo communicat, indicari, alibi exposuimus. Altera statua ~~Ιεραμόρφη~~ est, id est, Accipitrinâ facie deformata, eodem quo prior situ & habitu, cui globus in vertice imminet, manibus tenens characterem Tauticum. Atque per hanc statuam Genium calido-sicci denotabant Præsidem: situs Ypsilomorphos idem, quod prioris statuæ situs signat; globus capiti imminens diuinitatis participacionem; character Tauticus notat per omnia Mundi membra influxus participati distributionem. Supponitur ijs feretrum, quo dicta Numinæ summo honore colenda innuebant. Cur autem tanto illa honore digna existimarent, sequentibus tribus symbolis aptè demonstrant, quæ sunt primò ramus papyraceus, quo rerum omnium humano generi necessariarum abundantiam; secundò litus arundineus seu baculus fistularis, quo temperiem & harmoniam rebus inducendam; tertio, ramus perseæ triplex, quo tres anni partes significabant, quas dicti Genij administratio- ne suâ souebant, ad generationes rerum sollicitabant, & contra omnem aduersam vim defendebant; quæ omnia in Obelisco Flaminio ex omnigena eruditione comprobata sunt. Atque hæc est significatio primi schematis ouati: Alterum Schema ouatum, quod nos Momphto-Mendesium dicimus, & numero 2. signatur, constituitur simulachro ~~λεοντομόρφῳ~~, id est, Leonis figura spectabili; situm cùm prioribus eundem obtinens, manu Tauticum characterem tenet; sequitur sceptrum ægimorphon, seu capite hircino insignitum. Priori Momphta, id est, Nilotici humidi præsidem

Genij Obeli-
sci Monticœ-
lij in primo
schemate or-
nati.

Genius hu-
mido- calidi
præser.

Genius cali-
do-sicci præ-
ses.


Alterum sche-
ma ouatum
Obelisci
Monticœlij.

*Obeliscus Monticælius.*A
Latus I.B
Latus II.C
Latus III.

nota-

D

Latus IV.



notabant. Pingitur Leonino vultu, quod Sole in Leonem ingrediente incrementa Nilotica seu inundationes contingant. Vide Obeliscum Pamphilium fol. 283. Situ Ypsilomorphus est, ob dictam paulo ante rationem; baculum hircino capite insignitum sibi adiunctum habet, ad harmonicam vim, qua omnia Mundi membra Geniali suo influxu secundat, signandam; globus interpositus diuinitatem utriusque & Momphæ & Mendeti communem indicat. Hos autem Genios Nilotici humidi praesides infraposita Nilometrij hieroglyphica figura satis demonstrat, ut paulo post exponetur.

Momphæ,
seu Nilotici
humidi præ-
ses.

Notandum autem, in singulis Obelisci quaternis lateribus haec bina ouata schemata eadem prorsus replicari, ut virtutis influxuæ in quadrisidam Mundi faciem, eadem denotaretur potestas; & ex Intellectualis Nili promptuario omnibus de rebus necessarijs prouideri, humores in proficuum temperamentum digeri, iuxta trium anni partium conditionem & naturam signaretur. Ponuntur intra idem pyramidij trigonum unum cum Scarabæo, ut Intellectualis Mundi Genios, omnium supremo Numini Osiridi supramundano proximos, tanquam naturæ eiusdem præ ceteris participes, innuerent. Nullaque sacra tabula hisce duabus frequentior est, in nullis non Obeliscis obvia.

Ouata sche-
mata eadem
in quatuor
Obelisci Mon-
ticæ lateri-
bus repe-
tur.

His expositis sequitur modò in quatuor Obelisci lateribus figura mitrati Accipitris; quo Solaris siue Siderei Mundi praesidem notabant. Insidet quadrangulo, ut Elementaris mundi Genij, quibus dominatur, quadrangulo inclusi indicentur. Prima figura quadrangulo inclusa Bos est, Apidis, scil. Osiris hylæi siue culturae telluris symbolum, ut supra fol. 220 docuimus. Sequitur manus Capreolum vitis continens, beneficentiae & liberalitatis Apidis symbolum. Subiicitur tandem A litera cum statua situ Ypsilomorpho, Momphæ Leonino capite spectabilis, quo Nilotici incrementi praesidem Agathodæmona Ægypti notabant, & Al-

Accipitris,
reliquorumq;
symbolorum
interpretatio;

4

5

6

7

pha litera apposita aperte demonstrat; quem & agriculturæ Praesidē Scarabæus in III. lat. appositus docet. Habemus itaq; quomodo Archetypus Osiris,

ris, per Scarabæum volantem indicatus, influat in Mundum Genialem, & hic in Sidereum Mundum, cuius animam Osirin dicunt per Accipitrem mitratum notatum, & hic in Mundi Elementaris Genios Apidem, & Mophta; iam quid per sequentium symbolorum catenam indicent, videamus.

Morphei regnum in Elementari Munde elucet.

Papilio Draconi-formis.

Tabula sacra Mophpto-Ammonia.

10

Tabula sacra.

Anser ouatæ figuræ impo-

situs.

Tabula saera.

12

Quoniam itaque Morphei regnum propriè in Elementari Munde elucet, in quo cùm iuxta Ægyptios generationis principium sit aqueum Elementum aptè per Nilum expressum, in quo calido-humidi sœcundatiuâ vi rerum generationes perficuntur; hinc aptè sanè pro huius Morphei regno post quadruplicis Mundi epigraphen primo loco posuerunt Papilionem *δέξιον θυρόφορον* cum caule papyraceo: & per Papilionem quidem formarum diuersitatis præsidem, Genium videlicet πολύμορφον notabant; per caulem papyraceum rerum omnium humano generi necessariarum copiam, de quo vide innumeris huius Operis locis fusè tractatum. Quoniam verò hæc rerum formarumq; diuersitas maximè in sublunaris Mundi aquæ Elemento elucet, hinc aptè posuerunt ouatam figuram, in quâ Mophtæ statua cum hircini capitis sceptro, quibus Mophta & Mendes notantur, quorum hic sœcunditatis, ille Nilotici humidi præses est, vt Nilometrum infrâ positum exactè docet, quorum operâ & continuâ prouidentiâ tûm sœcunda rerum generatio, tûm necessiariorum copia suppeditatur. Hinc in formam tabulæ ouatæ concinnatus est Hierogrammatismus Mophtæ & Mendetis, vt ostenderent, charakterem hanc symbolicum eam vim & efficaciam obtainere, vt incisus constitutusque in locis infestis, nulla aduersa *ωτιτέχνης* Numinum violentia præualere possit, Genijs beneficis in res fidei suæ commissas sollicitè inuigilantibus, per arcanam hanc & mysticam symbolorum fabricam, naturæ & proprietati Geniorum analogam, attractis: Iterum cùm Solaris Genij assecla polymorphus Dæmon Mophtæ & Mendetis viribus, formarum diuersitatem ritè quidem peragat, sine Isidis tamen seu Lunaris Genij ope, eā ad perfectionem desideratam perducere minimè possit; appositè sanè Anserem, quem & Chenosirin, id est, Anserinum Osirin vocamus, alteri ouatæ figuræ impo- posuerunt, quo aptè Solaris Numinis in Lunarem discum influxus & vigilancia notabatur; quam quidem melius efficacijsque attrahendam non existimarunt, quam per sequentem ouati schematis tabulam sacram, in qua Comasia Isidis statua binis pennis in capite conspicua, & sceptro Cucu-phomorpho falcita, promptum, velox, & subitaneum in varietate rerum procreanda denotat subsidium. Habet hæc è regione Osiridis statuam Accipitrinam, & Tautico charaktere insignitam, quo notatur, influxu Solari in vniuersa inferioris Mundi membra facto, post debitam honoriis cultusque peractas cœremonias, quæ per feretrum signantur, tandem intentam rerum necessiarum copiam, per ramum papyraceum; per lituum, rerum temperiem, & trium partium anni felicē constitutionem, per triplicem perseæ ramum notatam, consequi. Atque hæc est idealis conceptus summa, quam per expositas in Obelisco Monticœlio elucentes figuræ signabant, quas suprà cit. loco ex omnigena eruditione fusè stabiliuimus. Sequitur conceptus idealis Lectio.

Osi-

Osiris supramundanus in æternitatis centro delitescens; in Genialem Mundum veluti sibi vicinum, simillimum, & immediatum subiectum influit. Hic in Osirin sensibilis Mundi Numen, & animam, id est, Solem. Hic in elementaris Mundi Osirin Apidem beneficium Agathodæmonem, qui Osiridis participatam virtutem, in omnia inferioris Mundi membra distribuit. Huius minister & fidelis assecla polymorphus Dæmon varietate quam efficit, & cui præest, omnium rerum necessiarum abundantiam & copiam præstat. Quia verò benefica vis polymorphi Demonis varie ab aduersis virtutibus impedita potest; hinc tabula sacra Mophto-Mendesia gestari præcipitur, quibus humidum Niloticum robur & fœcunditatem ad bonorum affluentiam sine impedimento præstandam acquirit. Quia verò polymorphus Dæmon huic negotio prorsus conficiendo insufficiens est; hinc Isidis concursus, cuius humiditate Mendetis siccitas temperetur, necessarius est; ad quod obtinendum sequens tabula sacra Osiriaca ordinatur, quâ quid in sacrificijs agendum sit, quomodo in Comasijs solennitatibus procedendum, docetur. Per hanc siquidem, eiusque intuitum, Osiris supramundanus intentam tandem rerum necessiarum copiam præstat.

Lectio con-
ceptus Idealis
Obelisci
Monticelij.

C A P V T I V .

Obeliscus Mediceus, eiusque interpretatio.

Mediceus
Obeliscus.

Obeliscus Mediceus sic dicitur, quod in hortis Pincianis Magni Ducis Hetruriæ in hunc diem erectus conspiciatur. Vnus fuit ex 44 minoribus Obeliscis, olim occasione maiorum Romam ex Ægypto, teste Publio Viatore, translatis; putaturque primò in Circo Floræ positus, ex cuius ruderibus erutus, atque in Hortos Pincianos translatus, ibidem in ornamentum viridariorum erectus fuit: cuius quatuor latera æri incisa. Lectori contemplanda hoc loco vnâ cum interpretatione subiungimus.

Notandum itaque, Obelisci huius primos nouem hierogrammatismos prorsus eosdem esse cum hierogrammatismis Obelisci Monticelij paulò antè explicati; ac proinde superuacaneum esse ratus sum, illos hoc loco repetere; quare hieroglyphicorum immediate post nouem memoratos hierogrammatismos sequentium contextum, qui quidem in singulis Obelisci lateribus diuersus est, prosequemur.

Explicauimus paulò antè, quomodo Osiris siue Sol supramundanus in trium sibi subditorum Genialis, Siderei, & Elementaris Mundi œconomias influat. Exposuimus quem insculptæ sacræ tabellæ præterea vsum, vim, & efficaciam in dictorum Mundorum Genijs attrahendis habent. Modò in reliquo contextu sequitur, quos dicti Genij, analogo prius cultu attracti, effectus præstent, qui in diuersis Obelisci lateribus diuersi notantur. Itaque à latere primo incipiamus.

Post sacras itaque tabellas, id est, ouata schemata suprà recensita sequi-

Primi lateris A, interpreta-
sequitur 21 statua *Ιερούμηρος*, cum 22 ramo papyraceo, quo Sol ne-
cessiarum rerum vium præitans notatur, quam Ibis 23 succedit Isidis
symbolum, hanc 24 traha sacra excipit; quibus indicant Isiacam vim
ab Osiride motam, in abdita naturæ penetralia vectam (cuius signum
figura 25 labyrinthi cum 26 cycloide) propagari; quam Mophta 27
Leoninus 28 hylæo Horo Duce acceptam ab Osiride & Iside in subter-
raneos Mundi sinus dispescit duplici 30 dominio veluti sceptro super-
no infernoque potens. Ad quod quidem bonum contra aduersas potes-
states facilius obtainendum sacra tabula præscribitur, cuius vsu cultuque
in concedendis 34 sacri Nili donis 32 Mophta & Mendes ægocephal-
ius, vna cum 25 Osiride, debito priùs cultu peracto, veluti potenti
incantamento allestantur.

*Secondi late-
ris B, inter-
pretatio.*
Atque hæc est primi lateris expositio. Secundum latus post no-
uem Hierogrammatismos, & sacrarum tabularum phylacteria, has figu-
ras obtinet: circulum, quadrangulum, & statuam *Ιερούμηρος* cum sceptro;
sequuntur 2 sceptra, hemicycloidis cum tribus quadratis, Horus hylæus
cum quadrangulo, trabs tricornis, hemicycloides binæ cum binis sce-
ptris, tabula sacra Mophto-Mendesia cum Accipitre bino sceptro instru-
cto. Sed explicemus singula. Statua Accipitrina cum circulo & quadran-
gulo indicat Osiris hylæi vim ex Sidereo Mundo in hylæum cultu præ-
vio propagari, hinc duplici beneficio in tres anni stationes diffundi,
quam Horus hylæus, id est, Sol elementaris communicans per conti-
nuam ab Ortu in Meridiem usque ad Occasum revolutionem in subterra-
neis Horizontis partibus actuat, utpote duplici dominio potens; quod ut
quæ optimè fiat, sacra tabula Mophto-Mendesia præscribitur colenda
gestandaque vna cum sacra Osiridis statua.

*Tertiū latus
C.*
Tertij lateris reliqua correspondentia symbola, quæ post nouem
primos Hierogrammatismos sequuntur, sunt duæ Irides vale Nilotico
direptæ, cum hydroscemate, quadrangulo, & globo, quæ immediatè
sequitur statua Accipitrina, cum quadrangulo, & globo; ac iugo bilancis,
cui supponuntur duo brachia cum quadrangulo, segmento, cycloide, &
tribus quadrangulis, & sacræ cistæ symbolo; sequitur deinde sacra tabella
Comasia, quam excipiunt segmentum, temo, sacra traha, segmentum
aliud, cum feretro. Explicemus singula.

Ibis siue Luna Nili Genius, & Ibis siue Isis mediante Nilo atque
aqueo elemento Osiri, qui virtute ex Sidereo Mundo in hylæum trans-
fusa, omnem superfluitatem temperat, cultuque hymnorum assiduo solli-
citatus, trium anni partium stationes in inferiori Mundo, abundantia re-
rum beat; ad quod contra aduersas potestates obtainendum præscribitur
sequens tabella sacra Comasia, cuius vsu prophylactico omnis promitti-
tur felix rerum processus. Quem verò cultum adhibere debeant, ultima
quatuor symbola apposita, temo, traha sacra, segmentum, feretrum, pul-
chrè ostendunt; per temonem, Osiridis per humidum vecturam nota-
bant; per traham sacram, opera agriculturam concernentia; per segmen-
tum, subterraneæ sobolis partum; per feretrum denique debitum in-
sin-

singulis cultum innuebant: quasi dicerent, Tunc Osiris & Isis vobis propitiabitur, cum Niloticas in cultu fluminis cœremonias in terra per Comasarum solennitates ritu & cultu dictis analogo; & iuxta præscriptas leges obieritis.

Quarti lateris reliqua symbola incipiunt à figura signata numero 21; & est oculus, cui subiunguntur figura labyrinthi, cum duobus cycloidibus, Quatum la.
tus D.
quas statua Accipitriformis cum Noctua sequitur; dein Alpha sacrum cum alijs binis cycloidibus, & tribus quadrangulis; Serpente, & quatuor alijs quadrangulis, quos vti in præcedente, sequitur idem ouatum sacræ tabulæ schema, cum traha, temone, segmento, feretro. Quid singula sibi velint, explicemus. Oculus cum labyrinthi figurâ indicat Osiridem totius naturæ oculum 23 in 24 cœlorum Orbitis omnia disponentem; cuius beneficus intuitus allestari putabatur per sequentem statuam Accipitriformem ypsilonomorpham Tautico charactere insignitam, quo symbolo vti magnam vim obtineri iudicabant, ita Typhoniam vim & viritatem, quæ per Noctuam indicabatur, ijs prorsus profligari existimabant; quâ profligatâ, Agathodæmon siue bonus Genius cœlorum virtutes disponet in hylæis Mundis, vitam in inferioribus terræ iuxta trium anni temporum rationes; ad quod obtinendum, multum prôderit sacra tabula Comasia &c. vti in præcedenti latere dictum fuit. Atque hæc est perioche rerum in Obelisco Mediceo contentarum; contextum ut facilius cognoscas, idealis Lectionis rationem hic ob oculos ponimus curiosi Lectoris.

C A P V T V.

Obeliscus Mahutæus eiusque expositio.

Obeliscus Mahutæus sic dicitur, quod ad S. Mahuti Nationis Bergomatum Ecclesiam (sic enim Orientales S. Bartholomæum appellant, tametsi non desint, qui à S. Maclouio Britanniæ Episcopo, cuius primum honori consecrata fuit, sub nomine S. Mahuti, corruptè dictam velint; de quo vide Panciolum de Vrbis topographia) erectus conspi ciatur: cuius Boreale latus dictam S. Bartholomæi Ecclesiam; Orientale, nouam Basilicam S. Ignatij Soc. IESV fundatoris; Meridionale, plateam, quæ Gymnasium Romanum Soc. IESV, & Cœnobium Dominicanorum interiacet; Occidentale verò Seminarium Romanum & plateam ad Pantheon ducentem respicit. Atque hic Obeliscus è fundamentis templi Isiaci erutus, unus putatur, suisse ex 44 Obeliscis minoribus, de quibus in præcedentibus egimus; cuius proportionem, symmetriam, vti & hieroglyphica, quæ quaternis suis lateribus continet, eâ quâ fieri potuit diligentia æri incisa, hic vnâ cum interpretatione Lectori curioso exhibenda duximus.

Nota Lector, hunc Obeliscum omnia habere communia cum Obeliscis

liscis Monticælio, & Mediceo paulò antè explicatis , exceptis ijs figuris quæ in quaternis lateribus signantur literis A B, C D, E F, G H. Figuræ in latere eæ sunt, 21 Anser, 22 lancea, 23 hydroschema, 24 statua Leonina , 25 circulus cum termino, 26 canalis Niloticus, 27 Serpens, 28 brachium , flamman manu tenens , 29 cyclides , 30 segmenta, 31 sceptra; & hunc sensum faciunt . Chenosiris humidum custodit ; Momphæ diuina Intelligentia per canales Niloticos rebus vitam benefico inducit calore , cœlis, & inferioribus Mundi membris virtute sequentis amuleti .

Symbola in secundo latere, spatio C D inclusa, sunt 30 dodecapyrgon , 31 hydroschema , 29 duæ pennæ, cum tribus vasis 28 Niloticis, 27 Crocodilus , 26 tres termini, 25 dodecapyrgon, 24 tria vasa Nilotica , 23 fauissa , 22 piscina , 21 segmentum 32 cum tribus terminis . quorum sensus hic est. Ex præcedentium amuletorum vi, dodecapyrgon humidum, motu deducitur in Nilum, Typhone profligaro dodecapyrgon Nili fauissas & piscinas omnes implet, virtute sequentis amuleti, & potentia Osiridis summo semper honore colendi .

Symbola in tertio latere spatio E F inclusa, sunt . 40 Accipiter cycloidi 39 insistens, 38 valuæ portæ, 37 tres termini, 36 vas ansatum, 35 statua Accipitrina ; 33 caput humanum cum 34 ara , 32 traha , 31 segmenta cum tribus terminis. quæ hunc sensum inuoluunt: Accipiter cœlestis Osiris portas trium anni partium aperit, Agathodæmon verò Solaris, & Horus ritè culti, humorem inferioribus largiuntur, omnia virtute sequentis amuleti, & Osiridis singulari honore colendi .

Symbola in quarto latere G H spatio contenta ordine , hunc sensum exprimunt ; 22 Humor 24 beneficus 25 Hori , qui 28 plantationis, 27 seminationis, & 26 anni dispositionis author est, 29 occulto motu inseritur 30 piscinis 31 vitalibus; vnde & 32 terrenum & 33 aëreum elementum fœcundo spiritu imbuuntur virtute sequentis amuleti .

Arque hæc est expositio Obelisci Mahutæi; quæ quidem symbola iam exposita, cùm pleraque in Obelisco Lateranensi
contineantur, hic ijs explicandis longior
esse nolui .

FINIS SYNTAGMatis SEPTIMI.



S Y N T A G M A V I I I .
O B E L I S C V S H E L I O P O L I T A N V S ,

Qui in hunc diem adhuc iuxta Mataream, Vicum
Cayro Aegypti vicinum, erector
conspicitur.



C E L S I S S I M O A C R E V E R E N D I S S I M O S . R . I . P R I N C I P I
A C D O M I N O , D O M I N O
I O A C H I M O A B B A T I F V L D E N S I .
Per Germaniam & Galliam Primati, nec non Impera-
tricis Augustæ Archicancellario,
Domino meo Clementissimo.

Si verum est, Celsissime Princeps, illud Græcorum epiphonema, ἀξιολόγιον, de rerum gestarum gloria conspicuis Viris usurpatum; certè qui meritorum Tuorum amplitudinem penitus ponderauerit, is id præ ceteris Tibi appositiè sanè adaptari posse videbit. Nouit Mundus, quām imperterritā animi constantiā, in calamitoso Imperij statu Te gesseris, quām prudenter inimicorum Ecclesie Fuldenſi infidantium technas eluſeris, quantā affiduitate Catholice Religionis bono Principati Tuо iniugilaueris, imò in tanta animorum perversione eum ab omni heresio contagione immunem conseruaris. Cum itaque tantus sit Tuorum meritorum cumulus; nè indecorè, tūm erga Celsitudinem Vestram, cui iure naturali subdor; tūm erga patriam meam; ex qua eorum vita, et scientiarum primordia hauſi, ingratitudinis conuinci queam; ecce præsentem Obeliscum veluti æternum gloriæ monumentum, nominis Tui splendori, erigendum duxi, in quo indelebili literarum sculptura virtutum Tuarum honor fulgeat, alijs ad exemplum, patriæ Verò ad nominis nunquam interitri ornamentum. Vale Celsissime Princeps, Imperij decus.



SYNTAGMA VIII.

Obeliscus Heliopolitanus , qui in hunc diem
adhuc iuxta Matarèam, Vicum Cayro Aegy-
pti vicinum , eretus con-
spicitur .

CAPVT I.

De origine Obelisci Heliopolitani.

Heliopolita-
nus Obeli-
scus à quo
delineatus.

Matarèa E-
gypti.

Titus Livius
Burattinus
multa hiero-
glyphica mo-
numenta ex
Ægypto alla-
ta communica-
cat Authori,

Epistola Titi
Livii Burattii
de Obeli-
scis Heliopo-
litano.



E hoc Obelisco primam mihi relationem obtulit Perillus & Generosus Dominus Matthias Balbiski, variarum Nationum, morumque Gentium notitiâ comprimis clarus ; quem & dum Ægyptum lustraret, in lacuna quadam iuxta Matarèam (qui locus est Christi Seruatoris nostri & Virginis Matris commemoratione, in hunc usque diem celebris) inuentum , propriâ manu delineauit. Eundum spectauit P. Marcus de Luca ex Ordine S. Francisci de obseruantia, qui dum hæc scribo, ore tenus mihi retulit, eum in lacu quodam erectum hieroglyphicis spe-
ciale occurrebat, ad quem tamen non nisi certis annis temporibus, desiccatis videlicet ex inundatione Nili aquis in dicta lacuna receptis, aditus sit. Fuit hic nobilis cuiusdam Architecti Socius saepius in hoc Opere laudati ; & est D. Titus Livius Burattinus, Mathefæos, antiquitatum, linguarumque Orientalium peritissimus, cui quicquid in hoc Opere noui ex Ægypto allatum est, pariter acceptum referet Lector, ut tum in præcedentibus, tum sequentibus passim dicetur : qui & hodierno die Serenissimi Regis Poloniæ Architectum agit. Hic à me rogatus, ut quæ in Ægypto circa hieroglyphica monumenta notatu digna obseruasset, communicaret ; quod summâ sane promptitudine & benevolentia præstítit, dum non tantum Obeliscorum reliquorum delineationes summâ industria & exactâ curâ factas misit, sed & multa alia suppeditauit, quibus hoc Opus summè locupletatum fuit. Inter cœtera verò monumenta duos Obeliscos delineatos mihi transmisit, unum Heliopolitanum, alterum Alexandrinum ; de illo priùs, de hoc postea ratiocinaturi sumus. Verum ut Lector summam huius Viri diligentiam videat, hic eius verba, quæ ex Epistola ad me data extraxi, apponam . *Doi stadij lontano dalla Matarèa, l'ogo famoso per l'albero del Balsamo, pochi anni fa morto (ma più è la comune fama, che iui si fermassero la Beatissima Vergine Maria con nostro Signore, e Santo Giuseppe, quando fuggirono la persecuzione d'Erode) si veggono li vestigij d'una grandissima Città, nel foro della quale si ritroua in piedi questo Obelisco di me misurato e disegnato, essendo li gieroglifici li medesimi da tutte*

quattro

quattro le parti ; cosa che non bâ questo d'Albessandria . Questa antica Città li Arabi la chiamano عين شمس Ain Schemps , che vuol dire, Occhio del Sole ; e può essere che sij l'anticha Eliopoli , che si chiamava Città del Sole , essendo ancor dalla parte di Leuante del Nilo , come anticamente si dice che sia stata Eliopoli . Quæ pulchritè consonant Arabum relationibus . Sed audiamus Abulfedam Geographum Arabem , cuius verba rem totam explicant .

وعين شمس في زماننا رسم وليس بها ديار ويقال إنها كانت مدينة فرعون وبها آثار قديمة من علة من العصور العظيمة وبها عود مردج ويسهي محلة فرعون طوله ذلتين دراعا وهي عن القاهرة على ذلف مرحلة وعنها ضبعة قدمي مطربة وهي عن القاهرة في جهة الشمالي وشرقي على النيل

Hoc est , *Ain Schemps* siue *Heliopolis* , quam & *Oculum* , seu fontem *Solis* appellant , *temporibus nostris dissoluta* est , neque sunt in ea habitationes vlla , & dicitur , quod fuerit *civitas Pharaonis* ; sunt in ea *insignia antiquitatis monumenta* , *constructa ex lapidibus & saxis maximis* ; *inter cetera vero columnæ quadratae* , que vocatur *Acus Pharaonis* (id est *Obeliscus*) *longitudo eius 30 cubitorum* , *estque à Cairo ferè media mergala* ; *est etiam ibidem villa dicta Mataræa* , *sita ad latus sinistrum Orientalis Nili* . Dicitur autem *Solis oculus* , ob *Solis* in ea *Vrbe cultum* ; & quod in templo *Solis* speculum eâ arte constructum esset , vt id radiantem *Solis* faciem toto die referret , adeoque totum delubrum lumine suo illustraret ; de quo vide *Mechanicam Agyptiorum* , & *primum Tomum Oedipi* sol . 29. & 30. vbi de *Helopolitan* *Nomo* multa notatu digna reperies .

C A P V T II.

De erectione & mensura Obelisci .

Quisnam Erector huius Obelisci fuerit , difficile afferere est ; cùm in tanta antiquitatis caligine , præter coniecturas nil nobis supersit .

Quantum tamen assequi possum , dicerem esse unum ex ijs octo , quos Plinius Heliopoli Sothi & filium suum Ramessem erexisse memorat .

Verba Plinij sunt : *Postea & alij Regum in Vrbe Solis , Sothis quatuor numero quadraginta octo cubitorum altitudine , Rameſſes autem , quo regnante Ilium captum est , quadraginta cubitorum . scilicet alios quatuor . Ex hoc testimonio Plinij luculenter patet , hunc præsentem Obeliscum verè unum ex illis quatuor esse quadraginta octo cubitorum : si enim cubitos 48 in palmos resolueris , obtinebis summam palmorum 96 ; & totidem palmorum Titus Liuius Burrattinus huius Obelisci , excepto pyramidio , altitudinem repetit ; posito Plinium per 48 cubitos altitudinem tantum trunci Obelisci intellexisse . Et primò quidem totius molis altitudinem ponit pedum Romanorum Capitolinorum 63 , & præterea 150 earum partium , in quas totus Obeliscus diuisus esse censetur . Ponit præterea basin Obelisci 6⁴⁴/₉₇₀ pedum dictorum , qui in palmos resoluti eorum cir-*

*Heliopolis
antiquæ situs
seu locus.*

Abulfeda.

*Obelisci He-
liopolitani
erectio , &
mentura .*

Plinius.

*Mensuræ
Obel. ci He-
liopolitani .*

citer

citer 10 dant. Suprema verò latitudo lateris, vbi pyramidum contingit,
 $4\frac{224}{970}$ pedes habet, qui conficiunt 7 serè pedes. Pyramidum denique
 $5\frac{49}{970}$ pedum est, qui faciunt quasi nouem palmos; atque adeo totus Obe-
liscus altus est 105 palmos. Verùm hæc omnia exactius in symmetria.
Obelisci hic appositi, & à memorato Burattino delineati, elucescent.
Obeliscus singulis in lateribus, vti Titus Liuius Burattinus obseruauit, ea-
dem prorsus symbola tenet; quæ satis rudi Mineruâ saxo incisa sunt, vn-
de nonnulli opinati sunt, hunc Obeliscum nullâ ratione à Sothi erigi po-
tuisse, cùm omnes Sothiaci Obelisci symbolis admodum eleganter sint
incisi, vti in Obelisco Pamphilio patet. Hisce respondeo; sicuti hodier-
no die sunt Sculptores boni, sunt & mali; ita & hunc Obeliscum defe-
ctu meliorum, non adeo peritæ manus hieroglyptam artificem nactum
esse, ita ferente temporum conditione; non tamen inde sequi, ab eodem
Rege non fuisse incisum. Potuit hoc etiam fieri hierogrammatistæ incul-
tâ manu, quæ malè delineata symbola inconcinnam etiam in perito artifi-
ce incisionem effecit, dum ea prout prototypon ferebat, genuinè inscul-
psit: neque enim credendum est, semper eosdem Hierogrammatistas &
hieroglyptas, operam suam in incisione symbolorum impendisse, sed va-
rios, vti & hodie vsu venit, dum experimento docemur, in Cancellaria
alicuius Principis, vti diuersi Scribæ sunt, ita etiam valde differenti ma-
nu, ac stylo scribendi munus in commissis sibi publicè scriptis expedire.
Atque hæc est ratio, cur in omnibus Obeliscis diuersus quoque ac dispa-
ratus hieroglypseos stylus seruetur?

C. A. P. V T III.



Argumentum huius Obelisci.

Obelisci He-
liopolitani
argumentum.

Dedicatur
Intelligentiæ
Solariæ.

Obeliscus hic Solari Intelligentiæ, & asseclis eius Mercurio-Lunaribus
dedicatus est. Et primò quidem ostendit, quomodo Intelligentia
Solaris in tripartitum anni tempus influat, cœlumque vitali influxu im-
pleat; & quomodo inde polymorphi curâ omnium rerum necessiarum
vbertas emanet. Secundò quomodo per sacram tabulam propitiandus
sit; & quomodo inde Mercurio-Lunaris vis sopita per memoratum in-
fluxum excitetur, & conseruetur. Tertiò quomodo per tabulam sacram
Mendesiam, tres Mercuriales Potentiæ Agathodæmoni Intelligentiæ
coniungantur ad vitalem influxum in superiora inferioraque continuan-
dum. Quartò, quomodo denuo per sacram tabulam vis & potestas Anu-
bidis templorum custodis, prouidentia vitalisque influxus concilietur.
Quæ omnia vera esse, ex interpretatione patebit.

Obeliscus Heliopolitanus.

*Pars I. superior.**Obelisci erectio.**Pars II. inferior continua-ta priori.*

B

GA.

Interpretatio Obelisci.

A
Obelisci He-
liopolitan
interpretatio.

Solis, seu In-
telligentiae
Solaris hiero-
glyphicum.
Accipiter.
Horus l. i. c. 6.

PRIMO Obelisci loco, A, Accipiter occurrit; quem sc̄e vbiq̄ue in signis Obeliscis primo loco supra quadrangulum positum reperies. Vide Obeliscum Flaminium, Mahutæum, Mediceum, Monticælium, cœterosque: & Solem vel eius intelligentiam semper notat. Nam vt rectè dicit Horus: Θεὸν σημαίνοντες Αἰγύπτιοι, ἵεραν ζωγραφίσσοι. Θεὸν μὴ δέ τὸ παλύγονον εἶ τὸ ζῶον, τῷ πολυχρόνιον, ἐτὶ γέ μὲν ἴωται, καὶ δοκεῖ ἀδωλον ἡλίον ὑπάρχειν, τῶντα τὸ πετενὰ τεσσάρας αὐτὸς ἀκτῆνες οἴκουποι. Deum significantes Accipi rem pingunt; Deum, tūm quod fecundum sit ac diurnæ vita animal, tūm etiam quod præceteris volucribus simulachrum Solis esse videatur, utpote peculiari quādam atque occulta naturæ vi intensissimis in eius radios oculis proficiens. Sedet

B super quadrangulum B, in quo ramus triplex inuersus, Crux ansata, & Vultur spectantur, quo dominium & præsidium in inferiora denotantur. Et per ramum quidem inuersum denotatur tripartitum tempus anni, tribus Numinibus Osiri, Iisi, & Mercurio dicatum; hæc enim anni Duces, influxum supremi Numinis, quem Crux ansata significat, in cœlorum primum, quod Vultur notat, deuehunt. Vulturem autem cœlum significare, quæ veluti mater & principium passuum, omnem naturæ fœturam in se recipit, luculenter Horus ostendit l. i. c. II. Καὶ τὸ γυναικεῖον θυλαιῶν δέ, γένετο μένον δὶ λευκήτιον, καὶ παίτι θυλυκῷ ζωδίῳ οἱ Αἰγύπτιοι γῦπα ὡς Βασίλειον θητιδέασι αὐτῷ εἶ ποὺ πᾶσαν Θεὸν γράφοντες Αἰγύπτιοι, μητέρα οὖν θελοντες σπουδαῖα γῦπα ζωγραφίσσοι. μήτηρ γέ δέ τὸ θυλαιόν ζώον, ζραΐας δὲ, καὶ γὰρ ἀρέσκειν αὐτοῖς τὸν εἶρην λέγειν καθαρὸν θεραπεύοντον. ἐπει τέτων οὐ γένεται σκάμερ δέ. Quia εὖ Vulturum genus fœminum tantum complectitur, ideo τὸ cuius fœminei sexus animanti Ἀγριον Vulturem, ut in eo sexus principem εὐ primarium apponunt, ex quo εὐ Deam omnem significant. Insuper εὐ matrem indicare volentes, Vulturem pingunt; est enim mater fœmineæ naturæ, οὐδεὶς autem, hoc est, cœlum (neque enim placet ipsis, ut dixi, masculino genere οὐδεὶς, sed fœminina dicere) quoniā horum omnium generatio inde est. Vides igitur quomodo Intelligentia Solaris via suam influxuam cœlo, quæ per Vulturem indicatur, primò communiceat, & in eo veluti in utero quodam seminalium rerum rationes efformet, quas deinde tripartitum anni tempus, Osiris, Iisis, & Mercurij præsidum, qui per triplicem ramum notantur, curâ excludat. Verum vide quæ de triplici ramo inuerso, de Cruce ansata, & Vulture, ex omnigena authoritate, tūm in Obelisco Pamphilio, tūm in hoc ultimo Tomo amplissimè demonstrauimus.

C
Dæmonis po-
lymorphi hie-
roglyphicum.

Sequitur C Papilio dracontomorphus, cum thyrsō papyraceo, quo Dæmonem polymorphum significare passim hoc Operē ostendimus; adiunctum habet thyrsum papyraceum, necessiarum rerum abundantissimum signum; quorum omnium rationes mysticas amplè descriptas vide in Obelisco Pamphilio fol. 500, & in Diatribe IV. huius Tomi passim. Quæcunque itaque Solaris Intelligentia in cœlo veluti utero quodam

per

per tripartitum tempus influxibus suis disponit, illa Dæmon polymorphus, vera illa Arabum Chalcodea, dum singulis rebus, in hylæis Mundis existentibus, formas proprias attribuit, in lucem educit; quam & ideo sacrâ tabulâ D allicere se posse sperabant. Continet autem sacra tabula Scarabæum, & duas statuas sibi infrapositas; Scarabæus Solis simulachrum exhibet, de cuius mysticis significationibus ex omnibus penè veterum Authorum monumentis, integro tractatu, vti & innumeris huius Tomi locis actum est; eratque Scarabæus amuletum ad Solare Numen trahendum potentissimum; & passim in collo, pectore, brachijs portabatur. Sed & de hoc inferius amplius differemus. Simulachra bina tametsi rudi sculpturâ exhibita, qualia tamen fuerint, ex Obelisco Lateranensi, Mahutæ, alijsq; minoribus, vti distinctius repræsentata, collegimus. Vnum Leoninam faciem, Accipitrinam alterum exhibet, quæ & Solares Genios indicant. Supponuntur Scarabæo, vt ab ipso vii acquirant, tanquam à superiori inferiores & substituti. Sequuntur modò è regione E duæ figuræ, quarum prima Aspidem squamoſo & turgido pectore conspicuum, altera Ibin contracto collo refert; quæ binæ figuræ ſæpe ſæpius & exentiū ſculptæ cernuntur in Lateranensis & Flaminij Obelisci vertice, vbi etiam significationem vberiū expositam vide; indicant enim Ophionium & Ibimorphum, id est Luni-Solare Numen; ac per Aspidem quidem Solaris, per Ibin Lunaris influxus efficacia significatur, ſine quorum coniunctione Mundus conſeruari non potest: etenim cum generatio rerum in humido & calido conſistat; nec humidum ſine calido, nec hoc ſine illo effectum in natura rerum intentum obtinere potest, ſed ideo ſociantur, vt nimia per calorem Solis ſiccitas, humido-Lunari; nimia, verò humiditas calido Solari quadantenus temperetur, & ſic generatio-nes rerum ſuum obtineant finem.

Hæc itaque Numinia influxu ſupremi Nominis participato, ſeminalibus rationibus quadripartitum anni tempus in cœlesti concauo veluti in utero quodam, disponunt, atque Chenosiri inferioris Mundi dispertientes tradunt; quæ per ſymbola F, G, H aptè indicantur, & lunt ramus inuersus, Crux ansata, & Vultur, & Anfer; quorum tria prima ſymbola eadem ſunt cum ijs, quæ ſuprà in quadrangulo, B, continentur. Sequitur modò ſacra tabula Mendesia I, in qua ſcēptrum incurvum, cum ſceptro ægomorpho, id est, Hircino capite insignito, item oui, ſilicis ſacri, & hydroſchematis figuræ continentur: Per duo ſceptræ, dominium indicatur Mendes (ſic enim Ægyptij Hircum ſacrum & fœcunditatis Numen, teste Herodoto, Strabone, Eusebio appellant) per ouum occulta in Munde rerum ~~maratæquia~~; per ſacrum ſilicem, ignis; per hydroſchemam, aqua denotantur; & idem quod priùs, calido-humidi coniunctionem indicant, ſine qua Mendesia vis per ſcēptrum hircinum indicata, conſeruari non potest; atque hoc pariter amuletum ad dicta Numinia trahenda effigieſſimum putabant. Erat autem ſacer ſilex, instrumentum, quo ignem in adytis eliciebant, de quo alibi, erantq; bina in formam pistillorum eſformata, quorum prius conſtabat ex chalybe, alterum ex ferro, quibus

D
Amuleum
ad alliciendū
Demonem
Polymorphū.

E
Geniorum
Solarium
simulachra.

F
Ophionium
& Ibimor-
phum Nu-
men.

G
H
I
Mendesia
tabula ſacra
etiq; hiero-
glyphica.

Herodotus.
Strabo.
Eusebius.

Silex ſacer
quid.

Pausanias. inuicem illis, esca ignem concipiebat; quorum mentionem Pausanias facit in Aëolicis, vbi & Χειρόλιθος appellat: Εκ της χειρολίθου συνήργε της πυριζα. Ex Chrysolitho & chalybe ignis suscitabulum. Ægyptij enim omnia ea instrumenta, quorum in sacris usus erat, utpote arcana quâdam similitudine ad Numinum rationem, quæ sollicitabant, constructa, inter sacræ sculpturæ symbola numerabant, ut alibi dictum est.

K Sequuntur è regione K tres Ibides, pedum intricato processu triplex exprimentes. (Hæ Ibides in Obelisco Lateranensi, & Barberino, quæ hic in unum corpus coniunctæ videntur, ibi discretæ conspicuntur, ut proinde aliud hic mysticum non lateat, nisi Sculptoris aut Hierogrammatistæ arbitrium.) Quibus triplex Mercurialium Geniorum influxus exprimitur (his enim cura in humidam naturam, ut vas Niloticum, infrà positum indicat, commissa erat) quem in omnia Mundi membra, per figuram L indicata, distribuebant. Per temonem vasi Niloticò appositorum notabant, aquam vehiculum esse omnium occultarum virium humido nonexistentium.

Mercuriales Genij. **L** Nota Lector, tres Mercuriales Genios dici, quod à Genio Solari & Lunari æqualem virtutem & potestatem participant; Mercurius enim omnium se Geniorum officijs miscet; unde tres hi Mercuriales Genij ijdem sunt cum ijs, quos paulò ante adduximus, solis eisib[us] differentes.

M Porro è regione M sequuntur duæ pennæ, cum hieralphi, quibus, ut iam sæpe diximus, Agathodæmones Intelligentiae indicantur, quales sunt tres memorati Mercuriales Genij; hi enim, ut N symbola ostendunt, influxus vitales cœlo primū instillant, quibus deinde tripartitum anni tempus, influxu hoc imprægnatum, effectus desideratos præstet; quæ per symbola O, Vulturem, ramum inuersum, & Crucem iam tertio repetita, indicantur; unde & sacra tabula P illis propitiandi congrua, eadem est cum ea, quam suprà in D exposuimus. Hac enim fœcundum Mendesij Numinis dominium Q suprà expositum in I, vires acquirit, ad Mundum magnâ rerum varietate complendum, quarum in Mundana domo vigiles & conseruatores sunt Anubici Genij, qui scitè exhibentur per figuram R, quæ domum exprimit, in cuius portis duo Canes accumbunt; quæ quidem figura expressissima cernitur in Obelisco Flaminio in latere Meridionali è regione B; vbi & mysticam eius significationem expositam vide.

S Sequitur deinde S domus Ammonis, cum sceptro in medio cornibus Arietinis conspicuo, quo notatur, mediante sacra tabula præcedente, attractus Ammoniæ virtutis, id est, fœcunditatis spermaticæ; differunt autem Mendes ab Ammone in hoc solo, quod quam viam spermaticam consultit Ammon, illam Mendes in uberrimam luxuriantis naturæ sobolem producat, habentque se per modum dispositoris & executoris, tametsi reuera ijdem ab Ægyptijs fœcunditatis Numen habeantur. Horum itaque prouidentia vitalis influxus in uniuersum Mundum deriuatur, ut oculus & Serpens T, ansata Crux cum pyramide, Serpens cum segmento, & sceptro, iam sæpe expositis symbolis, docent.

Vides itaque in hoc Obelisco catenam quandam exhiberi Lunæ-Solarium Geniorum vnâ cum Mercurialibus, quorum officium est, influ-
xu suo à suprema Intelligentia Solari participato, per quandam conca-
tenatam actionem, Vniuersum administrare; omnia conseruare; vnde
non sine causa tanta Sacerdotum in ipsis propitiandis cura &
industria. Atque hæc de Heliopolitano Obelisco
dicta sufficiant.

Catena Ge-
niorum Lu-
næ-Solarium
& Mercuria-
liu[m].

FINIS SYNTAGMATIS OCTAVI.



OEDIPI AEGYPTIACI THEAT. HIEROGL.
SYNTAGMA IX.
OBELISCVS ALEXANDRINVS.

ILLVSTRISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO
DOMINO, DOMINO

JOSEPHO MARIAE SVARESIO.

Vaisonensi, in Gallia Narbonensi, Episcopo.



NGRATITVDINIS procul dubio, Illustrissime
atque Reuerendissime Præsul, notam incurrerem, si ex
hac literaria messe, quam Te potissimum fauente Ego fouen-
te excultam collegi, aliquem Tibi fasciculum non offerrem.
Neque enim adeo me profunda cepit obliuio, vt Tui in me
affectionis sinceritatem non meminerim, quam videlicet ard-
enter olim egeris, ut Roman ego huius colligendæ messis gratia
venirem. Impetrasti quod volebas, & simul satisfecisti Nicolai Peiresci votis,
Viri illius totius sapientiae sacrarij, qui per Te id ab Eminentissimo Francisco
Cardinale Barberino ardenter poscebat; atque adeo meam simul excitasti indu-
striali miliique legem imposuisti, quam me in hunc laborum labyrinthum coniace-
rem vel inuitus. Herculeum opus videbatur, nullisq; planè viribus absoluendum;
adeo que non poteram non meæ metuere imbecillitati: sed prestò fuit laboranti di-
uinae auræ susurrus. Immensum, intentatumq; Oceanum sulcauimus, metam at-
tigimus; atq; idcirco, si quid in hoc Opere laudis est, Tibi non parum debo.
Aliò, & alias in curas, tametsi literarias, destinabar: Tu, suadente Peirescio ef-
fecisti, ut vnicè & impigrè in hanc incumberem. Palladem laudauit Antiquitas,
quòd Argonautarum audaciam adiuuerit: Tu Illustrissime Præsul, non in hoc
Opere mihi sis laudandus, qui Ego nauim, & artem instruxisti? Sit itaque hoc
perenne meæ erga Te gratæ voluntatis monumentum; modicum quidem, sed ex
animo promptum. Vale.



SYNTAGMA IX.

Obeliscus Alexandrinus, ciusque interpre-tatio.

CAPUT I.

De origine, & primo Erectore huius Obelisci.

Obelisci
Alexandrinii
duo super-
funt.

 **V**O adhuc Obelisci spectantur in Alexandrina Vrbe, alter erectus, alter se in sepolitus; de quibus ita Geographia Arabica:

وَدَالْأَسْكُنْرِيَّةِ الْمَهْلَتَانِ فَرَعُونَ وَهُمَا حَجَرَانِ عَلَى طَوْلِهِمَا مَرْبَعَانِ وَعَلَاهِمَا أَضْيَقُ مِنْ أَسْفَلِهِمَا وَطُولُ الْوَاحِدَةِ مِنْهُمَا خَمْسُ قِيمٍ وَعَرْضُ قَوَاعِدِهِمَا كُلُّ وَاحِدٍ مِنْ وَجْهِهِمَا عَشْرَةُ أَشْبَارٍ مُّحِيطُ الْكُلِّ أَرْبَعُونَ شَهْرًا وَحْكَيَ صَاحِبُ كِتَابِ الْعَجَابِ أَنَّهُمَا مِنْ حَوْتَاتِنَانِ مِنْ جَمْلِ ثَرِيقَةِ غَرْبِيِّ دَلَّادِ مَصْرٍ وَعَلَيْهِمَا مَكْتُوبٌ أَنَّا يَعْمَرْ بْنُ شَرَادَنَ دَنَيْتْ هَزَةَ الْمَدِينَةِ

Sunt in *Alexandrina Vrbe* duo *Obelisci*, lapides videlicet quadrati, quorum partes altiores, strictiores sunt inferioribus, & longitudo eorum 5 perticarum (quæ Arabibus *قیم* dicuntur,) basis verò in omni latere seu facie 10 palmorum est, & circuitus 40 palm., & dicit *Sahab* in borto mirabilium, quod *Iaamar filius Schadat* edificauit hanc ciuitatem. Est autem *Kim* arundo constans 20 palmis, qui in 5 *Kim* duoti faciunt præcisè 100 palm. altitudinem, quâ uterque constat; & aptè sanè huic dimensioni latitudo basis 10 palmi. in utroque congruit *Obelisco*, siquidem basis latitudo ad altitudinem in decupla proportione constituatur. Atque ex his 2 *Obeliscis* unus est, quem propriâ manu summâ diligentia dimensum delineatumque non ita pridem ad me Romanus transmisit, quem suprà laudavi, Titus Liuius Burattinus; de quo hisce verbis scribit: *Questi gieroglifici li copiai dal lato Occidentale dell'Obelisco d'Alessandria, che rimane in piedi, e li altri tre lati, per esser guasti dall'aria, non fu possibile, che li potessi disegnare, li quali sono tutti differenti, e perciò non credo che fra tutti li Obelisci, che hog giù si ritrouano, vi fusse altro più adorno di questo.*

Obeliscus
Alexandrinus
à Tito Liuo
Burattino ad
Authorem
missus.

CAPUT II.

De mensura & symmetria huius Obelisci Alexandrini.


TOtius *Obelisci* altitudo à dicto Tito Liuo fuit inuenta 62 pedum Capitolinorum, cum $\frac{69}{970}$ in quales pes Capitol. diuisus assumebatur.

Obelisci
Alexandrinii
mensuræ.


Pyramidum est quinque pedum Romanorum cum $\frac{674}{970}$, *Obeliscus* à basi usque ad pyramidion $57 \frac{17}{970}$ pedum, basis $7 \frac{746}{970}$ pedum, uti in figura apparet.

Epi-


Pars I.

Obeliscus Alexandrinus.

Pars II. continua priori.



Pars III. inferior continuata prioribus,



Epilogismus totius Obelisci Alexandrini ex literis Titi Liuij Burattini.

Altitudo E O vnà cum pyramidio pedum Romanorum Capitolinorum $62\frac{691}{970}$

Altitudo F O pedū $57\frac{17}{970}$

DL pedum $55\frac{957}{970}$

HM pedum $4\frac{263}{970}$

Latitudo GH pedum $7\frac{556}{970}$


IK pedum $7\frac{746}{970}$

MK pedum $0\frac{95}{970}$

Ad quantitatem singularum partium sustuli GH, ab IK, & remanent partes 190, cuius medietas sunt 95, quæ est quantitas lateris MK, paruuli trianguli M H K, cuius proportionis ope inueni latus L K maioris trianguli LD K, cùm sicuti KM ad MH, ita LK ad LD. Hoc itaque spaciū LK duplicatum, & ab IK subtraētum, remanere facit LP, æquale à CD basi pyramidij. Atque hæc est symmetria totius Obelisci à Tito Burattino obseruata, nec sine ingenij Geometrici commendatione calculata; & nè quicquam consideratione dignum omisisse videretur, addidit situm Obelisci, qui quidem non præcisè quatuor Mundi plagas respicere compertus est, sed aliquantulum declinat, prout sequens figura ostendit.

Obelisci symmetria.



Pars superior.



Pars inferior continuata priori.

Nota ad Lectorem.

Cùm Obelisci altitudo, ob chartæ angustiam, hoc loco exhiberi non potuerit, eum in binas partes diuisum exhibere visum fuit. Dum itaque symmetriam eius in præcedenti facie descriptam legis, totum tibi Obeliscum erectum ut imaginoris necesse est, vt hoc pacto demonstrationem verbis Burattini relatam, melius intelligas. Figura infrà posita, ostendit basin Obelisci, vnâ cum inclinatione eiusdem à quatuor Mundi partibus.



Atque hæc est symmetria Obelisci Alexandrini, quâ peractâ iam explanationem eiusdem ordiamur.

CA-

C A P V T . III.

Interpretatio Obelisci Alexandrini.

Obelisci
Alexandrini
interpretatio.

Obelisci Ale-
xandrini vnu
solum latus
exhibet hie-
roglyphica
integra.

Argumentū
Obelisci Ale-
xandrini idē
cum argu-
mento
Obelisci
Flaminij.

Epigraphe
Obelisci
Alexandrini.

Columnæ
tres lateris
Occidentalis
Obelisci
Alexandrini.

Hic Obeliscus eandem imperitam manum sive Hierogrammatistæ, sive Hieroglyptæ nactus est, quam Heliopolitanus in præcedente Syntagmate expositus: sunt enim symbola ita imperite insculpta, ut non nisi ex alijs Obeliscis cognosci potuerint; cuius vnum tantum latus delineauit Titus Livius Burattinus; & habet tres columnas, sicuti Obelisci Lateranensis & Flaminii; cœteris lateribus vetustate temporum, aërisque iniuria corruptis, vti ex literis eiusdem paulò antè adductis patuit. Verisimile tamen est, reliqua tria latera eadem ferè symbola continere; ita quidem, vt si restituere meâ voluntate ea voluisse, id difficile non fuisset: indubitatum enim est, reliqua latera, primam epigraphen, vti & reliquarum sacrarum tabularum schemata, eadem habuisse; quod vti dixi, difficile non fuisset, si non apud posteros malæ fidei notam inde contrahere me posse timuissem. Ut itaque maiori ingenuitate procederem, solum huius mihi transmissi lateris delineationem interpretandam assumpsi. Cuius quidem argumentum prorsus idem est, ac illud Obelisci Flaminij, de quo suprà videat Lector; & continet duodecim Solarium Geniorum effectus & operationes in Mundana œconomia, ex eorundem præsidio & influxu resultantes; quibusque singuli eorum cœremonijs & ritibus propitiandi sunt; singuli enim suas in circuitu quaternorum laterum plagas Mundi respiciunt, quas & à malorum incursu descendunt conservantque. Sed ad Rhombum.

Continentur itaque in hoc Occidentali Obelisci latere, primo loco tres Accipitres tutulati A B, rudi scalpro effigati, qui occiduæ plagæ præsides Genios Solares indicant, vti in Obelisco Flaminio exposuimus. Sedent supra tria quadrangula, in quibus primo loco tres Boues sunt, cum totidem expansis brachijs, quæ literis C D indicantur. Et per Boues quidem inferiora hylæa Solaria Numinia indicantur, in quibus Osiris hylæus habitat, qui influxu à superioribus participato totam inferiorem hylæi Mundi œconomiam beneficâ manu animat & conseruat. E

Figura E simulachrum notat Hemphæum; Z Mendesiam malorum secunditati contrariorum propulsatricem; F Agathodæmonem calidi suppeditatricem potestarem denotant. Qui tres Genij, tribus hylæis Numeribus Solaribus substituti sunt, vti in Obelisco Flaminio dictum est, vbi & authoritates singulorum reperies: ita vt per tres superiores Accipitres, 3 Genij Solares in Sidereo Mundo; per 3 Boues, in hylæo Mundo; per tria reliqua simulachra eorum affectæ intelligantur; quibus quidem si reliquorum laterum figuræ adiungantur, meritò ex his duodecim Geniorum catenis, vniuersi Mundi machina, iuxta entium correspondentiū connexionem administratur & fulcitur.

Sequuntur iam tres columnæ, cum suis tabulis sacris seu anathema-

tis, quæ omnia in nullo prorsus differunt ab ijs, quæ in Obeliscis minoribus, Mahutæo, Mediceo, & Monticælio, & in maiori Obelisco Flaminio passim occurunt; in primo siquidem & tertio latere Papylio dracontomorphus cum thyrso papyraceo occurrit, cum sacræ tabulis seu anathematis Momphto-Mendæijs I & K, quorum fusissimam explicationem dedimus fol 220. In media verò columnæ primo loco Y Aspis Ophionei Dæmonis symbolum, & Ibis occurunt, vñà cum reliquis symbolis inter L & O inclusis, quæ eadem in Meridionali Obelisci Lateranensis latere è regione Y posita reperies; quorum omnium interpretationem cùm citato loco dederimus, eò Lectorem remittimus. Has autem figuræ easdem esse cum ijs, quæ in citatis Obeliscis reperiuntur, vt ostendam, nihil adeò aliud requiritur, nisi vt in fine huius Obelisci positas figuræ distinctius expressas consulas, ex quarum comparatione ad inuicem facta, veritas luculenter apparebit.

M Sequuntur modò schematismi M O N, quorum prior M, & tertius N, eadem symbolorum serie exhibiti reperiuntur in latere Orientali Obelisci Flaminij, è regione Y, quorum & expositionem ibidem adduximus; medius autem schematismus sacræ tabulæ O inclusus, symbola quidem aliter disposita, sed minimè incognita, & vbiique passim in Obeliscis obuia exhibit, & indicant symbola Geniorum humidi & calidi Præsidum, attractiva; his siquidem totius tripartiti anni status, a, calidi & ignei Præses, per Ibin, b, humidi & aquei Præses in inferioribus indicatur; per, c, triplicem ramum, tripartitum anni tempus, per pennam appositam, motu animandum; per, d, aquæ substantia Mundi fulcimentum, quâ Chenosiris, e, tripartitum anni tempus administrat, indicantur.

P Sequuntur tertio Schematismi P Q R S V T, quorum prior & tertius sunt sacræ tabulæ anathemata Osiri & Isi consecrata, & eadem prorsus sunt, quæ in citatis Obeliscis Flaminio, & minoribus Mahutæo & Mediceo passim occurunt, vt vnum cum altero comparanti patebit, & ex adjuncto in fine scheme liquet; quorum & interpretationem citatis locis exhibitā videat Lector. Medius schematismus RVT habetur pariter in Obelisco Lateranensi partim in lateris Borealis prima columnæ è regione M & N, partim in lateris Meridionalis media columnæ è regione F; & indicant Typhoniacæ malignitatis ab humido sacrorum canalium, à portis sacrarum fauissarum, à terminis agrorum propulsionem, per catenam trium Geniorum tribus principijs generationis præsidentium, efficiendam. Sed hæc fusiūs citato loco vide pertractata.

Hieroglyphica collectio symbolorum Obelisci Alexandrinæ columnæ primæ. Sequuntur modò in prima columnæ symbola a b c d e f g; quæ denotant effectus ex cultu Deorum per sacra anathemata peracto, quorum sensus est: Per has sacras tabulas cœlestis prouidentia vitalem liquorem in fauissam influit, amore supera & inserat replet, fauissa sacra 4 Numinum Solarium custodia (quæ aptè sanè per 4 sceptra Accipitriis capitibus insignita, & fauissæ g imposta, indicantur) seruatur, quorum beneficia,

sica, *b*, vi per i tres Mundi terminos diffusa, & necessariarum rerum omnium abundantia per tripartitum anni tempus in cœlestibus & terrestribus n duplici dominationis m vehiculo confertur.

Mediæ columnæ symbola sunt signata *opqrstuxv*, quorum sensus est: Aquæ cœlestis prouidentia per occultum vitalis humoris motum catenas pandit Pantamorpho, ope sacræ tabulæ *ab* sequentis, in qua Scarabæs siue Osiris dodecapyrgi præses, ouali includitur. Reliqua symbola inter *b* & *c* inclusa, cum eadem sint quæ in Obeliscis minoribus & Lateranensi frequentissimè occurruunt, non attinet exponere, cum iam sèpius exposita sint.

In tertia columna symbola comprehenduntur literis *zabcdefgbij*; quorum sensus est: Custos catenæ I sis, quæ aptè per, *a*, throno insidentem figuram notatur, Noctuam Typhoniam profligat, Agathodæmon Intelligentia allicitur, ope primò Osiridis, inde sacri vasis gestatione, Mundus uterque eius benefica vi fulcitur, vita Mundo, fauissæ, & sacris cisternis infertur per sequentes sacrarum tabularum schematismos LM & NO; quæ vt in nullo ab ijs, quæ in citatis Obeliscis continentur, differunt, ita eandem quoque significationem habent, quam citatis locis vides. Atque hæc est perioche interpretationis huius præsentis Obelisci Alexandrini, quem quidem eadem prorsus in se mysteria continere, quæ Obeliscus Flaminius, paulò antè ex identitate symbolorum demonstratum fuit.

Scribit verò delineator huius, spacia latelaria TS & TV, referta fuisse minutissimis hieroglyphicis, quæ vti ob summam (nam temporum edacitate rasæ erant) corruptionem, assiequi non licuit, ita quoq; de ijs iudicium nostrum interponere minimè visum est.

Conjectarium I.

Hinc patet, hunc Obeliscum ferè esse compositum ex figuris Obeliscorum superiùs recensitorum, vt proindè identitas figurarum, identitatem significationis plànè commonstret.

Conjectarium II.

Hinc patet, ex Obeliscis veluti prototypis omnia schemata, quæ peculiaribus simulachris insculpta cernuntur, desumpta esse, solo situ subinde diversa, qui tamen nullam in significando diuersitatem inducit, vti in principio huius Operis de symbolicæ literaturæ proprietate docuimus.

Nota denique, in abaco Obelisci, Arabicis literis hæc verba spectari فرعون، quæ idem notant quod, *Acus Pharaonis*; ita enim Arabes

Hieroglyphica lectio symbolorum columnæ me. dic Obelisci Alexandrini.


Hieroglyphica lectio symbolorum tertiae columnæ Obelisci Alexandrini.

Obeliscos vocant, quæ transcriptor eo ibi fine posuit, tanquam genuinum Obelisci apud Arabes nomen; quæ ideo appono, nè illa à Veteribus saxo incisa putares.

Visum fuit hīc apponere schemata distinctius expressa ex Obeliscis minoribus extracta, quæ in præcedenti folio inseri debebant.

Tabula Moph
Hoc ouatum schema re-
lisco Alexandrino oua
L &

Tabula
Hoc ouatum schema re-
lisco dicto ouatis figuris



to-Mendesia.
spondet præcisè in Obe-
tis figuris I & K, vti &
N.

Osiriaca.
spondet præcisè in Obe-
S & T, vti & M & O.

FINIS SYNTAGMATIS NONI.



SYN-

SYNTAGMA X.
OBELISCVS FLORENTINVS.



EMINENTISSIMO PRINCIPI
IOANNI CAROLO
S. R. E. Cardinali Mediceo.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



BELISCV M bunc Florentinum voco, quia Florentiae in celeberrimae Vrbis Museo primò detectus; unde nulli meliori iure quam Tibi, bonarum literarum consultissimo, eum inscribendum duxi. Etenim sicut olim A' Dhoëa A' Gwðois, sic Florentina non nisi Florentinis debentur, ut ubi nullo non tempore reconditarum literarum viridaria culta sunt, ibidem detecta Ægyptiacæ Sapientiæ adyta Mundo inclarescent. Nec mirum, cum celeberrimo Florentino Athenæo praesit Trismegistus Verè rediuius, Summus Hetruriæ Dux, religione, sapientiâ, & Regiâ affinitate ter maximus, cuius incitamento non tantum magna præstare possunt Inclytæ Vrbis Vestræ Sephi, sed ea factis Mundo sufficienter comprobare. Accipe itaque huius presentis Obelisci, bonori Tuo constituti, nouam erectionem; & si quid iudicio Tuo limatissimo minus responderit, id pro innata Tibi prudentia Te excusaturum potius, quam in malam partem accepturum prorsus confido, memorem illius: In rebus arduis tantum voluisse, sat esse. Vale.



Obeliscus Florentinus, eiusque interpre-
tatio.

C A P V T I.

De Obelisci huius origine, inscriptionis ratione, & argumento.

Obeliscus
Florentinus
a Nardio
transmissus.



O B I L I S S I M V S Ioannes Nardius, Magni Ducis He-
truriæ Medicus, primò hunc mihi Obeliscum præsentem,
vnâ cum innumeris alijs fragmentis hieroglyphicis, quo-
rum in sequentibus passim mentio fiet, pro sua in Reipub.
Litter. boni promotione, transmisit. Verum ut omnia
authenticis testimonijs suis constent, hîc epistolam eius
subscribam, ex qua detecti Obelisci occasio luculenter patebit.

*Adm. Rev. P. Athanasio Kirchero
Ioannes Nardius B. A.*

Nardij episto-
la ad Autho-
dem.

R Emoror volens egregios tuos conatus nupero obsequio, Vir eruditissime, la-
bentisque seculi decus. Nam qui te diu, multùnque insudantem versan-
dis Aegyptijs cautibus conspicor, leuidensi munusculo allico in præsens, quin auo-
co, improbumque laborem delinio, impotens manus admonere auxiliares tanto
operi, quod esset in votis. Dant otia vires, præcidente Vale, forsitanque nostris ex
quisquilijs margaritas colliges tu, oculatissime indagator, qui lynceis terebras ocel-
lis immania saxa. Nihil ego te moror post bac. Icones do Aegyptiacæ supellecti-
lis, æneis tabulis septem notatas, olimque impræssas ad calcem nostri Lucretij:
His accedunt superpondij loco tricubitale Obelisci exemplar, teniarum trium
imago, stolæ fragmentum, calcatis insuper è gemmis expresse figuræ, neque pauce,
neque incuriose. Viæ tedium levabit ridicula Ammonis dodrantalis facies, im-
piger gladiator, tesseraque hieroglyphicis characteribus exarata. Postrema hæc ci-
milia apud nos sunt vnâ cum cœlatis, quod tunc indicauimus, quum legitimis
Dominus reliqua assignaremus. Gemmis vltro commodauit Illustriſſ. Carolus
Strozza, totius antiquitatis Promus condus, iure meritoque viuentis historie
encomio silente inuidia honestatus; & quæ viri singularis est in omnes humanitas,
conspirauit alacriter tua in comaroda, Kirchere, nactisque opportunè Clarissimum
Senatorem Philippum Vecchietum, celeberrimi Musei hæredem meritissimum,
exposito vix negotio summa comitate cuncta nobis communicavit. Obuius primū
fuit marmoreus ex Praesalte Obeliscus, literis baud tibi ignorabilibus exsculptus,
quas fideliter transcriptit Ioannes Baptista Balatrus, Serenissimu Magni Ducis
Architectus insignis. Parem & nauauit operam sedulus artifex in Zonis imi-
tan-

tandis, quæ linteæ sunt, atramentoque signatae, integræ duæ sacris, tertia que mutila, popularibus (nisi fallor) literulis notatae, non absque hieroglyphicis tam
men superstes in margine stolæ fragmentum vividum adhuc renidet coloribus. Hanc extendere, ut nosti, consueverè salitores à mucronata cartilagine ad tarlum pedis usque curati defuncti; quod & videre est nostris in tabulis. Si quid interea noui aut curiosi occurrerit, Oedipo tuo obstetricabor. Vale mi Kirchere, meque redama. Florentiae, Idibus Februarijs, A. S. 1651.

Obeliscus
Florentinus
quomodo ad-
uectus.

Quomodo verò hic expositus Obeliscus Florentiam ex Ægypto peruererit, later; verisimile est, posteris temporibus vna cum Mumiacis cadaueribus, cœterisque monumentis Ægyptiacis, quorum non exiguam copiam ex Ægypto in Musei Florentini toto Orbe celeberrimi ornamentum Magni illi literatorum hominum Duces nullo non tempore compararunt, translatum fuisse.

Obelisci Elo-
rentini chara-
cteres cur-
rentes.


Obeliscus tametsi paruus mole sit, tanta tamen rerum copia instru-
ctus est, ut maioribus haud quaquam cedere videatur: Quemadmodum verò notæ insolito characterum genere (qui tamen verè hieroglyphici sunt) quos à currente manu, currentes vocant, exaratæ sunt, ita adeo hoc insolens & intricatum negotium meum exercuit ingenium, vt in nullo alio Obelisco plus difficultatis, plus laboris & ingeni, quam in hoc me posuisse fatear; neque fieri posse videbatur ut ad tam incognitæ literaturæ sensum pertingerem, nisi aliorum Obeliscorum politiores figuræ, quibuscum passim conueniunt, parturienti ingenio obstetricantes manus adhibuissent; quarum combinatione vnius ad alteram facta, tandem nodum gordium scindere, diuinâ bonitate cooperante, datum fuit.

Divisio Obelisci.

Obeliscus hic Florentinus, hieroglyphicis vnde quaque turgidus, quatuor latera habet, quorum vnumquodque in binas columnas secum est; pyramidion rasum squalet, nullo hieroglyphico schemate, quod epigraphes loco esse posset, insignitum, vt in cœteris passim vide re licet; vnde statim sine prævia epigraphe, symbolorum contextus sequitur; cuius argumentum est concatenata quædam Numinum series, quæ vel ad bonum quod intendunt, obtinendum attrahere, vel ad malum propulsandum, sympatheticâ quâdam symbolorum structurâ placare contendunt.

Obelisci Flo-
rentini divisio,
& argumentum.

C A P V T II.

Primi Lateris expositio.

§ I.

Columnæ primæ lateris primi, characteres, & expositio.

Characteres seu figuræ.

IN hoc Obelisco quidnam pessimè effigiatae literæ notent, & cui figuræ in alijs Obeliscis respondeant, priùs hoc loco exponamus, ut hoc parato duobus singularum extricatis, faciliùs ad interpretationis nostræ scopum pertingamus.

Columnæ 1.
lateris 1. chz-
racteres.

E regione A figura Serpentis occurrit, cum brachio extenso, quod sequitur alius Serpens, cum folio Perseæ, quod è regione B excipit cycloides, binis hinc inde Serpentibus adnexis; quæ figuræ in Obelisco Barberino pariter habentur politius efformatae. C, Capreolum notat, cum tiara calathoide, & Serpente; quæ sequuntur duo parallelogramma, cum figura flagelli; & hoc verum esse, monstrat similis figura in Obelisco Pamphilio colum. 1. è regione B. Sequitur postea Serpens, sub quo globus, ex quo duo Serpentes emergunt; E, oculus cum baculo, & Serpente; F vestigium pedis, cum Serpente, & canali. G tutulus calathoides, cum infundibulo, cuiusmodi videre est in Obelisco Pamphilio 1. columna. Sequitur phallus oculatus cycloides, & H simulachrum erectis manibus, cum, I, phiala Nilotica, binisque circulis; K piscina sacra, cum fauissa, & L hydroschemate; Capreolus vitis, cum sceptro hircino; M gnomon cum sphæra, N simulachrum, cuiusmodi passim in Obelisco Pamphilio, cœterisque Obeliscis occurunt; infra quod pes cum erectis brachijs, & tetradiice. O Capreolus vitis, cum sceptro hircino, gnomone, & charactere Momphæ. P cycloides, triangulum rectangulum, & figura Lunæ; quæ excipit Q Hircus, puer portæ insitus, quem hoc symbolorum habitu refert columna 2. Obelisci Pamphilij. Hunc sequuntur sceptrum Cucuphomorphum, vncinus, Serpens, Accipiter. R simulachrum genuflexum, cum brachio extenso, S triangulum, cum figura Lunæ, & Serpente. T cycloides, oculus. V sceptrum Vppæ, & Capreolus vitis, cum sceptro cycloidem transeunte. W Scarabæi figura tractu currente exarata, cum globo ex quo canalis emergit, & Serpente. X Accipiter, cum circulo. Y simulachrum auerruncum, sub quo barys nauigium. Z ramus triplex inuersus, cum quadrato, & gnomone. Ecce hæ sunt figuræ currente charactere exaratae, quas vti exposui, veras esse, reliquorum Obeliscorum, quibus cum concordant, schemata sat superque vnum cum altero comparantem docebunt. Nihil porro restat nisi vt interpretationem breuibus verbis subiungamus.

Expositio figurarum.

Columnæ I.
litteris I. in-
terpretatio.

Vita A benefica, B vita fructifera, sons vitarum, in vegetabilem natu-
ram, C vita potestatiua Mundorum hylæorum, D vita Mundi
totius penetratiua, E vitalis prouidentia, F occulto motu canales reple-
mundanos, G infundibulo naturæ fœcundatiuo anni, H per statuam Hem-
phæ illapsam in I phialam Mundorum, K in piscinas sacras & fauissas, oc-
culto Numinis processu, L in humidam naturam deriuatur; vnde M
fœcunditas vegetabilis naturæ, & symmetria Mundi, per N simulachri
Nephæ cultum, & legitimas cœremonias in virtute tetricis (quæ est
species Seriphij) resultat. O fœcunditas Mendesia, cum Momphæ a cœ-
lesti, P geneticas operationes mouent in Mundo sensibili, qui Horus est,
vnde varietas harmonica nascitur: influente Osiri, & R assecla eius Om-
phæ benesico, S genetici Isis influxus deriuantur in T Mundum inferio-
rem, cui prouidet V varietatis & fœcunditatis Numen; Osiris verò
subterraneus vitam à superiori Osiri cœlesti sibi communicatam ope
Nephæ transuehit in tripartiti anni stationes, vnde fœlicitatis in inferio-
ri Mundo complementum.

Scholion in explicationem factam.

Serpentis sym-
bolum varijs
rebus apposi-
tum varia
significat.

Obeliscus
Florentinus
supremo
Hemphæ
consecratus.

Tetradice
quals herba.

Statuæ quæ ad literas H, N, Q, R, Y, omnes Deorum sunt auerrun-
corum, quarum singulas in Obelisco Pamphilio exposuimus. Inge-
niculatæ sunt, quia inferioris ordinis cuiuspiam maioris Numinis domi-
nio subiecti & ministri. Varios gestus exprimunt, nunc eleuando, nunc
deprimendo manus; qui quidem gesticulatione efficacia, & intensum res fi-
dei suæ commissas quam optimè & fidelissimè administrandi desiderium in-
nuitur; iussa proinde sibi præsticuti Numinis ardenter deprecari viden-
tur. Vide Syntagma de Dijs auerruncis, in quo de ijs amplè differuimus.
Nullum symbolum frequentius quam Serpentis in hoc Obelisco occurrit;
Serpentem autem vitæ symbolum esse, ex Horo, alijsque iam innumeris
locis passim demonstrauimus; quod quidem pro vario appositu symbo-
lorum variam significationem exprimit: nam Serpens appositus cycloï-
di, vitam cœlestem; hydroscemati, vitalem humorem; fauissæ, Nilo-
tico vas, aut sacræ piscinæ iunctus, vitalem Nili liquorem; & sic de cas-
teris, indicat. Vnde tametsi Obeliscus præsens nullam inscriptionem
exhibeat, ex qua certo alicui Numinis consecratus dici possit; ex signifi-
catione tamen symbolorum, notarumque contextu, eum Vitæ vitarum,
id est, Numinis supremo omnium Hemphæ consecratum esse, certum est;
cum in toto hoc Obelisco de nulla alia re, quam de vitali supremi Numi-
nis influxu, & virtutum omnium viuificatore agatur, vti ex sequentibus
patebit.

Inter literas N Q figura instar virgæ posita videtur, quam nos tetra-
dices vocamus, cuius Plutarchus meminit, eaque Isin Osridis cor-
pus à Typhonij machinis inter Nili fluenta occuluisse ait, & idem esse

ac seriphium marinum, in Diatribe de plantis Ægyptijs, ostendimus, magnæque in sacris efficaciæ fuisse diximus, utpote plantam ad lustrationes expiationesque quam aptissimam.

Inter P & Q triangulum rectilineum occurrit, cuius mysteriosam significationem fusè descripsimus in Obelisco Pamphilio l. 3. & in Arithmetica hieroglyphica Class. 7. alijsque passim locis. Puer verò portæ inclusus, notat Hori mundanam domum, ut copiose alijs docuimus, & in Obelisco potissimum Salustio, quem consule.

Inter D & E, nihil aliud nisi globus ille nullibi non occurrens, Serpentibus fœtus, & currente calami ductu solummodo expressus videtur, ut omnia alia in hoc Obelisco significat autem vigorem vitalem, quo Mundi turgent viscera.

Globus Serpentibus fœtus

Pari pæcto litera quæ è regione W spectatur, Scarabæum indicat, vim Solarem in inferiori Mundo absconditam, rudi ductu currentis manus quaternis tantummodo pedibus, quorum sex habet, delineatus; neque enim exactam alicuius symbolicæ figuræ descriptionem multum curabant, dummodo mentis conceptum solis Numinibus cognitum quovis modo exprimerent. Atque hæc paucula sunt, quæ in facta interpretatione illustranda duxi; quare ad alteram columnam procedamus.

§ II.

Columnæ secundæ Lateris primi figuræ, & expositio.

Characteres, seu figuræ

Primo loco è regione, α , occurrit cycloides cum quadrangulo, & duobus β brachijs extensis; sequitur puer, γ , piscinæ sacræ insitens, cum δ Serpente, & pede humano, & Crocodilo, & Cruce ansata. ϵ Statua vincino instructa, Capreolus vitis cum orbiculo. ζ Figura Ibis, cum η tribus Serpentibus. ϑ cycloides, cum ι Pyramide coronata, κ germen tetradi, cum tribus baculis. λ Statua auerrunca, μ Nilometrum, ν Accipiter, cum alio Accipitre, & trigono rectangulo. ξ Statua Momphæ, cum binis brachijs erectis. \circ Cidaris calathoides, & Serpens. π Ibis ambulans, statua auerrunca. ϱ Quadratum, Capreolus, pes, segmenta. τ Duo brachia erecta, Crux ansata. ϑ Hydroschema, v Accipiter, batys nauigium, feretrum. ϕ Statua, χ tetradi, Aspis surrecta. ψ Piscina sacra. ω Cycloides cum Accipitre. Vidimus figuræ, expositionem singularum adiungamus.

Columnæ.
Lateris 1. cha-
racteres.

Expositio figurarum.

Columnæ 2.
Lateris 1 ex-
positio.



Cœlestis & piscinæ dominator & munificus, Horus γ, piscinæ sacræ custos, virtute sui occulti motus, θ Typhonem profligat; influxus supremi Numinis, Tautici sigilli virtute deriuatur in, auertuncum Geniū, vegetabilis Mundi dominatorem; ζ Ibiacum Numen, vitalibus operationibus omnia, κ religioso cultu prævio complet; robur & fulcimentum dat λ Momphæa Potentia μ sacri Nili canalibus; ν Osiris geneticos motus per ξ Mompham suscitat, precibus & cœremonijs ο Sacerdotum, incitatus; vnde & η Mercuriale Numen yneino auerruncum & hylæum Mundum occultâ vi peruagatur, σ hymnis & prophylacticis ritibus naturæ τ humor attrahitur; ρ Osiris beneficus vehiculo in inferiora delatus, per simulachrum φ auerruncum, & operationem Seriphij χ, Ophionium vitæ fœcundæ largitorum piscinæ ψ sacræ immittit, ynde & cœlestis caloris virtute omnia conseruantur.

Scholium in expositionem:

Figuræ α & β γ habentur etiam in Obelisco Pamphilio, sed melius & politius incisæ; ex quo collegi, charactere δ Crocodilum notari, & rudi tractu in hoc Obelisco effigiatum potius quam depictum. Idem iudicium sit de figura inter ζ & η, vti & de figura ε regione π, quarum utraque Ibidem notat, vti ex alijs Obeliscis obseruaui, vbi eadem prorsus figuræ integrius expressæ videntur. Litera γ ε regione figuram habet, quæ literam Copto γ similem exhibet, revera tamen caput Leoninum exprimit, cuiusmodi in Obelisco Pamphilio bina spectantur in prima columna, velato vertice conspicuā. Figura verò inter χ & ψ rudi stylo exarata Aspidem tumpido ventre surrectam exhibit, cuiusmodi passim in omnibus Obeliscis, potissimum in tabula Bembina iuxta thronum Pantamorphæ natu re posita spectantur; vt proinde non aliâ ratione, quam combinatione notarum ex alijs Obeliscis similium, in currentium huiusmodi characterum notitiam penetrauerim.

Nota Lector, literas vel numeros in dextra parte Obelisci lateribus appositos, ad primam columnam lateris; in sinistra verò ad secundam lateris columnam pertinere; quorum singuli figuræ ε regione sibi correspondentes indicant.

C A P V T III.

Secundi lateris expositio.21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32*Residuum Lateris II.*13
14
15
16
17
18
19
2033
34
35
36
37
38
39
40

§ III.

§ III.

Columnæ primæ lateris secundi anatomia, & expositio.

Characterum anatomia.

Columnæ 1.
lateris 2. cha-
racteres, 1 **S**ceptrum cum tripyrga arce, brachio, thyrso papyraceo, & Cruce ansata. 2 Capreolus vitis, temo, sceptrum, Serpens tortuosus. 3 Serpens bicornis, vncinus, gnōmon, cum flagello & harpagone. 4 Crater, cum 2 statuis, & oculo. 5 Serpens, cum pena, & sceptro. 6 Piscina sacra pedibus innixa, quam sequuntur 3 Cruces bifurcatæ, cum sceptro, & Serpente. 7 Capreolus vitis, quem sequuntur baculus, seu thrysus incuruus, cum statua piscinæ sacræ auerrunca. 8 Hyæna, cum Capreolo vitis, & pala. 9 Tria hydroschemata, 10 Vncinus ansatus, & Ibis. 11 Sceptrum trinode, cum vncino & gnomone; cui subduntur 12 baculus cycloides, & huic subnectitur brachium, cum intermedia pyramide, 13 Serpens baculo circumPLICATUS, cum thyrso cruciato, & altero tragoide. 14 Barys nauigium, cum binis vncinis, & Capreolo vitis, duobus pedibus, cycloide, & Serpente. 15 Brachium cum cycloide, vase Nilotico, & piscina sacra. 16 Hydroschema, cum statua, & baculo Serpente compli- cato. 17 Sceptrum Accipitrinum, quod sequitur Aspis. 18 Tres flores Loti, quos sequitur Accipiter. 19 Triangulum cum ara. 20 Ara, Capreolus vitis, Serpens pendulus, cui subiungitur statua apotropaæ.

Anatomiae factæ expositio.

Columnæ 4.
lateris 2. ex-
positio. 1 **D**ominium tripyrgæ arcis beneficium per influxum suum in omnia Mundi corpora factum, vertatem rerum omnium necessarium confert. 2 Hinc in vegetabilis naturæ œconomiam, 3 vita rerum & harmonia exurgit, malis omnibus depulsi. 4 Cœlestis vitæ vehiculum est 6 occultus diuinitatis motus in piscinam sacram; influxus trinus & archetypus in vegetabilem Mundum deducitur per 7 Nephtam piscinæ sacræ conseruaticem, & rerum largitricem dominam, 8 omnis vicissitudinis & alterationis in humidæ naturæ receptaculis causam, 10 malorumque auerruncatricem, Ibiaci Numinis fidelem ministram. 11 Cœremonijs in sacra barra præuiè factis 12 auerruncum Numen confert igneam caloris vim, quæ Lunâ attemperante 13 vitam concipit sœcum, influxusque 14 Ammonij vehiculum, quo occultus Numinis motus è cœlo in inferiorem Mundum beneficâ virtute suâ deducitur, beneficâ vi suâ 15 bonorum omnium complementum præstat; sacrum Niloticum humorem in piscinis sacris augmentat, 16 in virtute simula- chri prophylactici vitali influxu tumentis. 17 Osiris quoque atque Ophionij Dæmonis, qui vitæ, 18 caloris, motusq; authores sunt, man- data omnia iuxta 19 archetypi trigoni geneticas leges conformantur,

20 sacrificiorum rituumque tutelari appropriato exhibitorum vigore
accedente.

Scholium in expositionem factam.

INTER 8 & 9 figura quadrupes Hyænam refert, vicissitudinis & alterationis in inferiori Mundo symbolum, teste Horo, lib. 2. cap. 65. Horus.

Tuā dī ἀσαῖν, καὶ μὴ μέρος εἰ τάπτω, ἀλλ' ὅτι μὴ ιχθυός, δὲ τῷ Θεού, ὅτε γὰρ αἰδεῖ βολέμηνος σπουδῆσιν θάψει Λαογράφος· αὕτη γὰρ ὅτε μὴ ἄρρεν γίνεται ὅτι δὲ Θύλαι. Instabilem quempiam, neque in eodem consistentem statu, sed interim robustum & audacem, interim verò imbecillum & timidum, volentes significare, Hyænam pingunt; bæc enim nonnunquam mas est, nonnunquam fæmina. Quæ tametsi Horus hoc loco homini assignet; Ægyptij tamen more solito vniuersali quâdam analogiâ, naturæ actionibus potissimum in sublunari Mundo continuæ alterationum vicissitudini subiecto, in quo omnia mutuâ vicissitudine sese, nunc maris, nunc fœminæ officia obeundo exercent, non incongruè Hyænæ ea symbola appropriare voluerunt; nam ut redit Oppianus lib. 3. de venat. Oppianus.

Hyæna sym-
bolum incon-
stantis.

Θάμνα δὲ, καὶ τὸ δίδυκα τοῦτο συτῆσιν οὐαίνει
Ἄρτερα καὶ Θύλαιον ἐμβέβηδε λυκάφατι.

Maius eò referunt etiam miraculum, Hyænas Alternis annis naturæ iura nova-
re, ut Ambiguus modò fiat mas, modò fæmina feta. Cætera symbola cùm
nota sint, earum expositionem consultò omitto.

§ IV.

Columnæ secundæ lateris secundi expositiō.

Anatomica descriptio.

21 **O**culus, cum quadrato, & brachio extenso. 22 Simulachrum sceptigerum, cum adiuncta clava, & nauicula. 23 Capreolus vitis, & semiluna, cui subiunctus crater, & piscina sacra. 24 Statua prophylactica, cum barra sacra. 25 Crux cornuta, cum statua, & quatuor vasis Niloticis. quæ omnia ordine eodem in Obelisco Barberino spectantur. 26 Statua cum Capreolo, Ibide, & nauicula. 27 Ibis. 28 Porta cum uncino, Capreolo, tribus circellis. 29 Serpens. 30 Statua, cum adiuncta falce, & cycloide, barra sacra, cum statua in crucem ansata conformata. 31 Ibis. 32 Hyæna. 33 Statua auerrunca, cum traha. 34 Crux cum sceptro, quibus subiunguntur binæ decusses, quarum vertici linea imprimitur; sequitur Serpens, & cycloides, cum tribus terminis, & vase Nilotico; quæ omnia & in alijs Obeliscis spectantur.

Columnæ 1.
Lateris 2.
anatomia.

35 Sta-

35. Statua cum sceptro, cui Aspis insilit; hanc alia statua sequitur, cum phiala adiuncta. 36. Brachium extensum, cum hydroscemate. 37. Capreolus, cum pede humano. 38. triangulum rectangulum, cum Serpente, & Aspide surrecta. 39. Serpens, cum harpagone, & Ibide. 40. Statua, cum sceptro hirciniformi, feretro, & cycloide.

Exhibitorum symbolorum interpretatio.

Columnæ 2.
Lateris 2. in-
terpretatio,

Providentiâ beneficâ 22. Momphæ Numinis desertur 23. vegetatiuâ vis Lunæ in craterem piscinæ sacræ, & 25. Nilotica vasa per 24. 25. 26. appropriatas statuas auerruncas; 26. 27. Mercurialia. Numina vitali vehiculo 28. portis Mundanis illata, vegetabilis naturæ Mundis 29. vitalem conferunt influxum: 30. Statuæ auerruncæ vi, ritibusque per sacram barcam peractis, cœlestis supremi Numinis influxus attrahitur; unde Chenosiris influxu in inferiorem Mundum vicissitudo rerum emanat, per cultum, 34. ritus, & cœremonias sequentium simulachrorum: 33. 35. 36. his enim cœlestis humor, constituto 22. die rum tempore, in inferiora deriuatur; 36. hi beneficium humorem occulto motu iuxta 37. geneticas leges agitant; 38. Ophionio Dæmone, Hermanubi, & Ammoniâ Intelligentiâ opus perficientibus.

Scholium,

Barra sacra
quid.

Triangulum
rectangulum
genetice vir-
tutis symbo-
lum.

Traha quale
instrumentum.

Decusses
binæ symbo-
lum numeri-
cum.

Quid sacra barra fuerit, satis superque in Obelisco Pamphilio ostenditum fuit; erat enim instrumentum ligneum, instar capsæ decussatum sceptris intersectum, in quo tum sua sacrificia, tum suas diuinationes Hieromantæ peragere solebant, ad aliquid à Numine, cui litabant, impetrandum. Vnde proverbum, ἐν τῇ βάρᾳ μαρτδα, in barra diuinatur, de ijs dicebatur, qui vigili curâ & impertæso labore ardua inquirunt. Vide Demophilum de ritibus Aegyptijs. Triangulum rectangulum, geneticæ virtutis symbolum apud Aegyptios fuisse, iam multis huins Operis locis ex Plutarcho demonstratum fuit; cuius basis principij passiui, cathetus actiui principij nota est, hypotenusa vero seu tertium latus εγγονη, id est. ex his genitum, notabat. Verum de his in Geometria hieroglyphica, aliisque passim locis tractatum vide. Penultima huius columnæ figura traham refert, eratque instrumentum sacrum, quo sacra simulachra certis anni temporibus in triumphi speciem vedabantur, ut proinde insacrum hieroglyphicum album translata symbolum diuini cultus euaterit; ut & feretrum, de quo alibi uberrime tractauimus.

Inter. 34. & 35. duæ decusses apparent; quæ symbola erant numerica, & ijs XXII. exprimebantur, ut in Arithmeticâ hieroglyphica ostendimus. Erant autem 22. dies ex veteri illis Oraculo deputati; inter quos Numa suos effectus monstrabant; quos si intra huius constitutitemporis spatiū non consequbantur, aut Numen minimè placatum, aut sacrificium non rite institutum credebant. Hinc ad Numen placandum

inter

inter sacra virgas decussatim compositas cum ramo intermedio, quo 22 dierum tempore Numen veluti mouerent, circumgestare solebant. Ora-
culum Hecates Ægyptiæ vetus sic se habet, ex quo apertissimè ad dicta
symbola allusum fuisse colligimus :

A'λλα τέλι ξόσου καιαθεριδίου ως σε διεδάχω,
Πηγαδινές αγέροιο δέμας ποιεῖ ήδη θητούμενος,
Ζώοισιν λεπτοῖσιν κατενιδίοις σκήλαφότας
Σμέρνης, καὶ συρράος, λιβανίον τε, μίγματα βίντας;
Σωῶ καίνοις ζώοισι, καὶ αὐθερίζεις παραλίεις
Αὐξανότι τέλι αὐτοῖς ἐπιδιχόνδυτο τεῦ δάρχεια
Δις δέκα μοὶ δὲ δινέπιτρα δέσι. δὲ πλῦν
Οὐαῖ μορφαῖ μοι Ταῦτα ζώοις σὲ κηδώνω
Καὶ σφίδεψε ταῦτα τέλια. δέκατης δέ μοι αὐτούς φέλει
Οἷς εἴρης χάρημα ποίει καὶ αγέλματι πολλοῖ
Κείνῳ ἐπιδιχόνδυτο δινέπιτρα εἰσὶ τοι αιαδεῆσις.

*Obscurus in
lib. Oraculorum*

Conice vero simulachrum purum, ut te decebo,
Ex ruta sylvestri corpus fac, ego adorna
Animalibus exiguis domesticis stellionibus,
Myrrhae, & Styracis, thurisq; miscellam tritam
Cum illis bestiolis, & collutam sub Lunam
Crescentem initia ipse, desuper dicens hæc vota,
Bis decem & duo dies sunt, ego audio
Quot formæ mihi, tot animalia tibi impero,
Et sedulè illa perfice; de lauro autem mihi sponte nata,
Dominus meæ receptaculum fac; & simulachro multas
Illi preces fundens, ego in somno me videbis.

C A P V T I V .

Tertij lateris expositio.



§ V.

Columna prima lateris tertij.

Anatomia Characterum.

Prima hæc columnæ a vncinum tenet cum oculo, circello, hydro-
scheme, b Serpente, Lunaribus fragmentis, Aspide. c Brachium
extensem, oculus, vitis Capreolus, segmentum. d Statua auerrunca.
e Accipiter, cum Aspide, & iterum Accipitre. f Nauicula; cum statua
auerrunca, g Pedibus humanis, & Aspide. Atque hæc figuræ ab f usque
in b eadem sunt, quæ occurrunt in columnæ prima lateris secundi ab v usque

*Columnæ I.
lateris 3. ana
tomia.*

*Residuum lateris III.*

ad. *b* tiara Sacerdotis, cui subiungitur oculus, cum *i* binis statuis ruditer effigiatis, & Serpente bicorni, Capreolo, circello. *k* Hydroschema, Hyæna, Canis iacens ruditer delineatus incubans. *l* Duo pedes, cum circello. *m* Crater. *n* Baculus incuruus, cum temone & traha. *o* Statua auerrunca, cum Cruce ansata, & triangulo capreolato. *p* Baculus, cui Serpens implicatus. *q* Ibis stipata binis brachijs. *r* Altare, cum Cruce ansata, hydroschemate, & quadrato, è quo bini pedes emergunt. *s* Circellus, cum sceptro serpentifero, & oculo. *t* Serpens, cum brachio extenso, & statua auerrunca. *u* Duæ Cruces triangulatæ, cum nauicula. *x* Tiara capreolata, cum mensa, vase, Capreolo, & sceptro. *y* Cucuphomorpho instructa; denique statua auerrunca.

Expositio Anatomie.

Prouidentia suprema cœlestem humorem *b* vita plenum deriuat in Ophionium *c* beneficum Agathodæmonem, quâ prouidetur vegetabili naturæ per influxum Numinum *d, e, f, g, h*, (suprà expositorum; sunt enim eadem cum ijs paulò antè in anatomia recensitis.) horum prouidam curam *b* Sacerdotum religio sollicitat per *i* statuas vitalis humoris præsides, vnde *k* vicissitudo & varietas Mundo enascitur, per occultam *l* Anubidis motionem & vigilantiam, *m* crater cœlestis *n* eo dominante cultu *o* Sacerdotum desertur *p* Momphæ Genio; vnde & genitalis & vitalis influxus benefico *q* Hermanuphtæ consignatur; qui *r* influxum hunc occulto motu suo in Mundanos *s* canales vitæ dominio propagat, & beneficâ prouidentiâ gubernat, per statuæ *t* præpotentes influxus; quibus proderit cultus & religio Sacerdotum per sacrificia ritè & legitimè instituta, & Numini congrua.

Columnæ 1.
lateris 3. et
posicio.

Scholium.

Occurrunt subinde symbola nonnulla, quos nos characteres Numi-
num monogrammaticos in Syntagmate de Canopis vocamus, vbi
& eos summâ diligentia exposuimus: huius farinæ characteres sunt, qui
in hac columna è regione *o, s, u* occurunt. Sed vide Iconismorum
Canopicorum figuram III, vbi omnes huiusmodi, vti & coruudem
structuram expositam reperies. Cœteræ notæ vti ferè semper eadem
in præcedentibus expositæ recurrent, ita tempus perdam si eas hoc loco
repetam. Vocamus autem eos monogrammaticos, quia Deorum citato
loco expositorum symbola sunt, & magnæ efficaciæ esse prohibebantur
apud eos, qui eos iuxta requisitum religionis cultum portare solebant.
Verum hæc omnia, id est, characterum huiusmodi compositionem, &
mysticas rationes fusæ expositas vide citato loco, id est, Syntagmate de
Canopis.

Characteres
Numinum
monogram-
matici.

§ VI.

*Columnæ secundæ Lateris tertij
Declaratio.*

Columnæ 2.
Lateris 3.
expositio. **I**N hac columnæ secunda lateris tertij, à ȝ vsque ad f, paucis exce-
ptis ferè eadem sunt cum ijs, quæ in secunda columnæ lateris secun-
di, à 21. vsque ad 28. ponuntur; & sunt pleraque in hac symbola
æquiuoca, ad alterius columnæ iam recensitæ symbola significatione
æquipollentia; quod facere varietatis causâ Ægyptijs est proprium, &
ex alijs Obeliscis patuit: reliqua symbola enim in præcedentibus expo-
sita sunt, & in eandem quasi significationem cadunt, ideo vltiori quo-
que expositione non indigent.

C A P V T V.

Quarti lateris expositio.

§ VII.


Columna prima lateris quarti.

Hoc latus præ reliquis, magnis tricis inuolutum reperi, adeo vt
vix ad figurarum ductus rectè, nisi ex contextu reliquorum Obe-
liscorum, pertingere licuerit; pertigi tamen, Dei gratia, ad propositum
Sphyngis mysterium, Oedipus tanto felicior, quantò maiora subeunda
certamina in rebus omnium abstrusissimis. Anatomiam itaque exe-
quor.

Anatomia.

Columnæ 1.
Lateris 4.
anatomia: **1** Serpens, hydroschema, cum sceptro, laqueo, vincino. Sic habetur
in columnæ quarta Obelisci Lateranensis. 2 Serpens, cum duo-
bus circellis, & capreolo, figura monogrammatica, & vincino. 3
Vncinus, circulus, & figura monogrammatica; quæ quid sit, postea
declarabitur. Sequuntur duo sceptræ, & altare cum vase suprà; quæ fi-
guræ expressiùs habentur in Obelisco Barberino latere primo. 4 Ser-
pentes duo. 5 Capreolus, figura humi iacens, Serpens, cycloides. 6
Tiara, triangulus, vnâ cum Mercuriali monogrammate, de quo vide figu-
ram tertiam Iconismorum Canopicorum. 7 Sceptrum temone stipa-
tum, pedes humani fauissæ affixi, cum Cruce bifurcata, & Capreolo. 8
Statua auerrunca sceptrigera. 9 Characteres monogrammatici cita-
to loco expositi, vnâ cum 10 Serpente pendulo, & fauissa. 11 Crater,
pes,

Residuum Lateris IV.



pes, lingua, vncinus, cycloides, character monogrammaticus. 13 Statua Accipitrina male efformata, cum binis characteribus monogrammaticis cit. loco, quem 2 sceptra, cum intermedio capreolo, sequuntur. 14 Sceptrum Momphtaū, cum vncino, Serpente, quadrato, cycloide, sceptro. 16 Triangulum, cum Serpente, & tribus terminis. 17 Cidaris, tres circelli, cum bra-

brachio interposito, cycloides, cum sceptro incurvo, vincino; Cruce bifurcata. 18 Coturnix, cum sceptris, capreolus, cycloides, tres termini. 19 Characteres monogrammatici, cum hydroschema, alijsque monogrammis. 20 Statua Isis cum fistro. 21 Instrumenta auerrunca, vna cum traha. Reliquæ figuræ cùm ex præcedentibus innotescere possint, consultò illas omittimus.

Expositio.

Columnæ I. I
lateris 4.
expositio. **V**Italis liquoris potestas in Mundis conseruatur virtute Genij Momphæti (hunc enim monogramma 3 & 4, & lectus Momphætæus, de quo vide Obeliscum Pamphilium fol. 284 indicat) 5 vitam enim vegetabilis naturæ piscinæ indit, hæc à vita cœlesti per potestatem Agathodæmonis animatur; indicat enim è regione 6 cedarim capreolam cum hieralphiæ, (quam pulchrè expositam vides in Obelisco Barberino non vno loco.) Mercurialis monogrammati virtute Numen deuehit occulto operationum motu in piscinam sacram, per influxum 8 vegetatiuum Momphæta, quæ est 9 statua (vti ex alijs Obeliscis patet) Leonino capite transformata cum sceptro Lotifero. 10 Ophionij monogrammati vi influxus quoque desertur in 11 Ophioniæ piscinæ craterem 12 occulto motu, & prouidentiâ Numinis hieracomorphi, per statuam 13 linealibus solummodo ductibus pessimè efformatam indicati. 14 Monphæta vitales actiones hylæo 15 Mundo insitæ 16 genitorum effectuum causæ sunt; est enim 17 potestas eius in Mundos sibi subiectos benefica, quos & prouidentia gubernat, & influxu perpetuo conseruat, 18 Bebonia mala à concinna vegetabilis naturæ œconomia dispellit, 19 cœlestis vitæ influxum ligat, 20 per monogramma Isiaci Numinis 21 sacri fistri sono omnia infausta propulsantis, quod proinde omni honore colendum est; 23 hæc geneses promouet virtute humidi cui præest, 24 in Mundi hylæi, quem fulcit, portæ vitam ingerit, Osirin ad vitam reuocat virtute tetricis, 25 sapienti rerum dispositione, quæ per solium & fructum perseæ indicantur, Vniuersum sustentans.

Scholium.

HÆ notæ tametsi propter rudem illam effigiationem veri literarum ductus videri possint, nullâ tamen ratione tales putandæ sunt, sed notæ sunt prorsus similes illis, quas tūm in Obeliscis, tūm cœteris Aegyptiacis monumentis passim spectamus; id est, hieroglyphici minutioris genus quoddam. ita in hoc præsenti Obelisco lineas pro sceptris, puncta pro circulis, quaslibet tortuosas lineas pro Serpentis figura positas reperias; pedes quoque humani non nisi lineæ videri possunt. Auget difficultatem hoc consideratione dignissimum, quod sceptræ, statuæ, volucres quam compositionem habeant, dispici nulla ratione possit, ex quo

quo tamen verus hieroglyphicæ literaturæ sensus eruitur; atque adeò adūtor fuisset, hanc adeo incertam & dubiam interpretationem moliri, nisi praxis longa, & experientia multorum annorum labore comparata per assiduam combinatoriæ artis applicationem, ex similibus hinc inde in Obeliscis cœterisque monumentis, Ægyptiacis schematicis inscriptiōibus, nonnihil lucis attulissent; ex horum enim venatione, tanquam ad Ariadnæ filum dum mentis aciem dirigo, id tandem, quod primò fieri vix posse cogitabam, consecutus sum; atque adeo si quandoque aqua hæsit, non ideo Lector vitiosam interpretationem censere debet, cùm essentialis idealis conceptus ratio semper sibi constet, idemque contingit in hisce, quod in nobis vītatis rerum descriptionibus, in quibus etiam si verba, voces, & diuersa phrasis positio aliquid mutationis adferre videantur, essentialis tamen rerum descriptarum significatio eadem permanet. Quæ quidem hoc loco adducere volui, vt si quis Aristarchus hanc nostram interpretationem leuerioribus Obeliscis notare attentaret, huius instituti nostri rationem non ignoraret.

§ VIII.

Columna secunda lateris quarti.

Hæc columnā à 30 numero usque ad 33 easdem, paucis exceptis, figuræ habet, quas columnā 2. lat. 2. à numero 21 usque ad 24; & à numero 39 usque ad 42 easdem sunt, quæ in secunda columnā lat. 2. à 30 usque ad 32; in reliquis vero symbolis nihil adeo noui occurrit, quod in præcedentibus non sit expositum, Subiungamus tamen interpretationem.

Columnæ 2.
lateris 4. ex-
positio.

30 Benefica Momphæ Numinis prouidentia influxum suum defert in craterem piscinæ magnæ, per 33 statuam auerruncam in hylæo septo vitalis humoris custodem; 34 prouidentia Ophionij Numinis humorum vehiculo benefico deuehit in piscinas & fauissas sacras, & hinc in domus mundanæ seminaria, virtute statuæ triplici dominio præpotentis; 40 Chenofiris & 41 Hermanubis 43 radijs fœcuadis vitam infundunt 44 hylæi Mundi receptaculis; cui accedit 45 Osiris prouidas humoris conseruator, qui 46 statuæ auerruncatiæ virtute, Ophionio Numinè, 47 Solaribusque Genijs 48 cooperantibus, in multiplicem fœtum actuatur. 49 Mendetis vero potestas & dominium, humidum 50 in hylæo Mundis iuxta 52 geneticas leges fœcundat & animat, quod est ultimum 53 complementum Osiridis hylæi, & sacrorum humidi receptaculorum, ad quod necessaria erat 54 statuarum appropriatatum positio, quarum virtute 55 humidum Osiris 56 virtute in locis 57 desideratis proueniret.

Conclusio.

EX huius itaque interpretatione Obelisci patet, quomodo vita Mundum, sine qua Mundus consistere nullà ratione potest, concatenatum Numinum ministerio in membra, per influxus vnicuique particulares, à supremo Numine participatos, infundatur; & quomodo omnia, quæ visu percipiuntur, ab ijs fœcudentur, animentur, multiplicentur; & quomodo semper superiora Numina suum in inferiores sibi subditos ministros influxum deruent; inferiores verò, qui sunt præsides rerum Genij, singuli in suas sibi commissas partes, quas piscinas, crateres, fauissas vocabant, ad Mundibonum traducant. Quia verò nonnunquam dicti Genij humanâ iniquitate offenduntur, pulchrè quoque ostenditur, quibus ritibus ac sacrificijs ij placentur, propitijque reddantur, ac proinde optatâ felicitate Numinibus fauentibus frui possint; qui est finis & ultimus hieroglyphicæ descriptionis scopus.

FINIS SYNTAGMATIS DECIMI.



SYN-

SYNTAGMA XI.
OBELISCI RASI
QUI SVNT
EXQVILINVS, ET VATICANVS.



EMINENTISSIMO PRINCIPI
FRANCISCO ANGELO
RAPACCIOLO,
S. R. E. Cardinali, Episcopo Interamnati.

ANTA virtutis eminentia est, Cardinalis Eminentissime, tam potens Magnetismus, ut ignotos etiam ex quantumvis diffitos in sui admirationem rapiat, suā dulcedine demulceat, in discolis etiam atq; refractarijs mores suauiter componat. Evidem non infreuenter de summa Vitæ Tux innocentia, de sanctæ conuersationis, quā omnibus prælutes, exemplo, de disciplinarum omnium, quas capacissimo inge-
nio Tuo possides, culturā tantò sanè illustriori, quantò arctius summo humanitatis atque benevolentie Tux, quā in literatos diffunderis, affectui iungitur, varia à varijs non sine voluptate intellexi. Ut proinde tantarum virtutum complexui inuidus non immeritò videri possum, si tam illustre Ecclesiastici Principis prototypa sine immortali Obelisci Tuis meritis debiti erectione præterirem. Duplicem itaque Tuis virtutibus dignum erigo Obeliscum, Exquilinum ex Vaticanum; qui tametsi nullis hieroglyphicæ literaturæ schematismis insigniantur, continent tamen nescio quid in se diuinum, ex abditorum sacramentorum maiestate venerandum; quo, quæcunque cœteri innumerabili figurarum varietate exhibent veteris sapientiae Oracula, eadem & hi veluti sub Sileno quodam vel solis mysticæ figuræ reconditis conceptibus exprimunt, verum proinde animi Tui eminentissimi ectypen quoddam, quo tametsi sub extrinseco velamine, pro insita Tibi mode-
stia, virtutem tegas, tanta tamen eius in interiori animi centro diffusi fulgoris vis est ex efficacia, ut ea non immeritò omnium corda veluti lucidissimo quodam ra-
dio accendere videaris. Sit itaq; hoc triumphantis virtutis veluti monumentum quoddam alijs ad exemplum, Tibi ad immortalem nominis gloriam constitutum, atq; vnà mei in Te sinceri affectus tempore. Vale Ecclesiastici Principatus decus ex gloria.

SYNTAGMA XI.

OBELISCI RASI

ET SVNT

EXQVILINVS ET VATICANVS.

C A P V T I.

*Obeliscus Claudianus, sive Exqulinus.*Obelisci rasi
qui dicantur.

BELISCI rasi dicuntur, qui nullo hieroglyphicorum apparatu præditi sunt. Causa fuit, vel quia Reges, quorum intentio quidem erat, eos hoc honore cohonestandi, aut morte præuenti, aut alijs impedimentis negotijs que distracti, id perficere non potuerunt; vel quia Hierogrammatistæ, aut Hieroglyptæ rudi sæculo qui id præstarent, defuerunt; vel quia ipsam figuram Obeliscorum oppidò misteriosam, sufficientem putabant, ad arcana sub ijs latentia, intelligentibus & peritis Sacerdotibus insinuanda. Nam vti in Obelisco Pamphilio amplè demonstratum fuit, erat Obeliscorum sigura adeo plena mysterijs, vt nullum esset in mundana cœconomia mysterium, quod non vel numero laterum, linearum, angulorumque exprimerent; quæ vti citato loco vberimè demonstrauimus, ita hīc ijs repetendis longiores esse nouimus. Fuerunt autem ex Aegypto inter cœteros Obeliscos tres potissimum rasi adducti, quorum duos Claudio Cæsar ad Mausoleum Augusti, tertium in Circo Vaticano Caius Ciligula erexit. De prioribus primò dicemus, de tertio postea vberius differemus.

Rasi Obelisci
duo à Clau-
dio Cæsare
aduerti.

Ammianus.

Plinius.

Duos itaque Obeliscos raso ex Aegypto aduectos Mausoleo Augusti apposuit Claudio Cæsar. Ita Ammianus Marcellinus l. 17. Secutæque æta es alios translulerunt, quorum unus in Vaticano, alter in hortis Sallustij, duo in Augusti Mausoleo erecti sunt. Et tametsi nihil apud Historicos de hoc Claudi molimine legator, nullos tamen præter hos illum erexisse, inde patet, quod Strabo synchronus Augusto, cum exactissime Mausoleum descripserit, Obeliscorum tamen nullam mentionem fecerit; ergo à Pronepote Claudio, in æternam aui sui memoriam, à quo tanta beneficia receperat, erectos certissimum est, vti & in Obelisco Pamphilio ostendimus; quod & ex ipso Plini testimonio constare potest, qui eorum his verbis meminit: *Sunt et alij duo, unus à Smarre positus, alter ab Eraphio, (verius Vaphrio) sine notis, 48 cubitorum.* Cum vero Plinius 70 fere annis Augusto inferior eorum meminerit; inter hunc autem & Augustum præter Neroneum & Clodium alij non intercesserint Cæsares, Neroneque alijs intentum nihil circa Obeliscos machinatum legamus; Clodium eos eruisse luculenter patet. Horum itaque duorum Obeliscorum, quæ Cladius honori & immortalitati aui sui, in Mausoleo

folao

solæo dedicauerat, vnum Sixtus V. in Exquiliini collis ornamentum, ante Basilicam S. Mariæ Maioris erexit, eo situ & architecturâ, quam præ-
rens tibi figura demonstrat.

Obeliscus
Exquiliinus
feu S. Mariæ
Maioris.

Symmetria & proportio Obelisci Exquiliini.



Basis supra quam Obeliscus requiescit, à terra usque ad basin Obelisci, est palmorum	36 & $\frac{2}{12}$
Obeliscus ab infima base usque ad py- ramidum, quod ei deest, palmorum	66
Obelisci inferior singulorum laterum, latitudo palmorum	6
Obelisci singulorum laterum superior latitudo palmorum	$4 \frac{1}{2}$
Totus Obeliscus à terra usque ad or- namenta, quæ sunt montes, stella, Crux, Obelisco imposita, est pal- morum	102

Coagmentatus est Obeliscus ex quatuor fra-
gmentis, in quæ Gothorum deiectione discissus
erat; quorum primum erat 45 palmorum; secun-
dum 5 palmorum & $\frac{1}{2}$. Tertium 12. Quartum 3
& $\frac{1}{2}$, quæ totum Obeliscum integrant, uti ex addi-
tione patet, palmorum 66.

Inscriptiones Obelisci.

Inscriptiones
Obelisci Ex-
quiliini.

Inscriptiones antiquæ in hoc Obelisco nullæ
sunt; quæ verò à Sexto V. positæ sunt, ordine se-
quentur.

In Meridionali latere, quod Basilicam Liberianam, & Sacellum S. Præsepi respicit, hæc inscri-
ptio habetur:

CHRISTVS
per
Crucem
populo pacem
præbuit

Qui
Augusti pace
In præsepi nasci
voluit.

Ex parte Orientali hæc inscriptio
habetur.

*CHRISTI DEI
In aeternum viuens
Cunabula
laetissime colo,
qui mortui
sepulcro Augusti
tristis
seruiebam.*

Ex plaga Bo-
reali.

*CHRISTVM DOMINVM
Quem Augustus
de Virgine
nasciturum,
viuens adorauit,
seque deinceps
Dominum
dici vetus,
adoro.*

Ex parte Occidentali.

SIXTVS V. PONT. MAX.

*Obeliscum Aegyptio aduectum, Augusto
in eius Mausoleo dicatum, evenerunt deinde,
e& in plures confractum partes, in via
ad S. Rochum inuentum, in pristinam
faciem restitutum salutiferæ Crucis
felicius*

*Hic erigi iussit,
Anno M. D. LXXXII. Pont. III.*

C A P V T II.

*Obeliscus
Moncoreus
seu Vaticanus*

*Obeliscus MONCORIVS seu VATICANVS, qui unus ex
omnium maximis est.*

HVius historiam suse pertractatam vide in Obelisco Pamphilio fo-
lio 70. & fol. 81. & unus e ratis est, à Moncoreo Rege filio Seso-
stris, eretus primùm in Aegyptio; deinde Romanum aduectus à Caio Cali-
gula Cæsare in Vaticano à se constructo, reerectus, quemque Augusto
& Tiberio cognatis suis & antecessoribus dicauit, ut ex inscriptione pa-
tet, quæ ita sese habet:

*Inscriptio
Obelisci Va-
ticani.*

*DIVO CÆSARI DIVI IVLII F.
AVGVSTO, TIB. CÆS. DIVI
AVGVSTI F. AVGVSTO
SACRVM.*

*Obelisci Va-
ticani condu-
ctor & ere-
ctor.*

Conductor & Erector huius Obelisci (vti Pier Franciscus Giambollarus
l. de antiquitat. Tuscis, testatur) fuit Arnobius Florentinus, cuius epig-
ra-

graphen suo tempore in base repartam fuisse afferit, his verbis conceptam:

Arnobius Florentinus
Huius miræ magnitudinis lapidem
ex Aegypto naui argonautica
ad uectum suo ingenio
ad astra euexit.

De veritate huius inscriptionis disputare nolo; certè Florentini nomen, ne cum Caligula tempore in vnu fuisse, facile ex serie temporum ostendi potest; adiungendam tamen hic duxi, ne quicquam omisisse videremur rerum ad hunc Obeliscum pertinentium. Hunc tandem terra ferè semisepultum, à sede sua auulsum, ausu omnibus sæculis memorando, in Campo Vaticano è regione Basilicæ S. Petri per Dominicum Fontanam Architectum erexit Sixtus V. P. M. & est post Lateranensem, omnium qui visi sunt in hunc usque diem, maximus, integer & incorruptus; cuius conspecta mole iam dudum præcedentibus sæculis Pontifices Nicolaus V. Paulus III. & Gregorius XIII. PP. MM. nihil non egerunt, ut eum oportuniori loco erigerent; sed in executionem nunquam redigere potuerunt, siue sumptuum magnitudine, siue impossibilitate exequendi operis abterriti. Hunc tamen pro ingenti animi magnitudine, tanto digna Pontifice, Architecti dicti summâ ingenij vi & industriâ confisus erexit, eo, qui sequitur, modo.

Obeliscum
Vaticanicum
erigi curat
Sixtus V.
P. M.

Erectionis Obelisci Vaticani modus & ratio.


Obelisci Va
ticani erectio

Sixtus V. Pontifex Maximus semper prægrandibus operum molimibis intentus, cum Obeliscorum erectionem agitaret animo, & Architectos timidiores ob difficultatem operis reperisset, hoc solo argumento operis possibilitem conuincente usus esse dicitur. Quod alias ab Ægyptijs Regibus & Romanorum Imperatoribus factum est, id nequam hisce temporibus denegatum videtur. Sed ex Historijs, Ægyptios non unum, sed plures, imò innumeros, & maiores Obelis. exisset constat, quos & Romani Imperatores secuti ex Ægypto adductos in Vrbis ornamentum denuò reerexerunt. Quod itaque olim factum fuit, & hodie tempore tanto fœcundorum ingeniorum copia fieri posse, nemo dubitate debet. Quod si prætenderit quispiam excessuam sumptuum quantitatem, is non sibi persuadeat velim, tantâ nos æris penuria laborare, ut ea ab huiusmodi animum nostrum diuertat, quin potius exacuat, & ad, non dicam similia, sed maiora præstanta, dummodò nostroru studio & diligentia non destituamus, extimulet. Agedum Dominice Fontana, cuius ingenium iam antehac in multis occasionibus nobis innotuit, serio

hunc

huic negotio incumbere non desistas, neque curæ tibi sit sumptuum magnitudo; si vñus millio non sufficiat aureorum, addantur duo, aut quot eorum opus fuerint, dummodo quod imperamus, executioni mandetur. Hisce verbis animatus Dominicus Fontana Eques Architectus, ex eo tempore seriò huic negotio incubuit. Et primò quidem, optimo sane consilio, quantitatē molis dicti Obelisci per exadīssimā dimensionē explorauit; quā habitā se ad potentias mechanicas conculit, inter quas quidem, huic negotio expediendo oportuniōres Ergatis machinas non inuenit; quarum etiam tantum numerūm constituit, ut potentia harum simul iunctarum Obelisci pondus multis parasangis superaret. Porrò modus erectionis hic fuit, qui sequitur.

Dominicus
Fontana eri-
git Obeliscū
Vaticānum.



Modus ere-
gionis Obel-
isci Vaticani

Primò fundamentum pro ratione loci positum erat quadrūm, cuius vnum latus, maximi lateris latitudinem ter continebat, id est, 36 palmarū erat.

Secundò in medio huius quadrati fundamenti extra profundū ad planitiam deducti, positus fuit abacus; supra hunc basis quadrata cum omnibus rebus ad Obeliscum sustinendum necessarijs.

Castellum
pro Obelisco
Vaticano en-
gendo.

Tertiò, hoc peracto Castellum Obelisco erigendo destinatum hoc ingenio perficiebatur. Ex oppositis Abaci lateribus, Ecclesiæ Diui Petri parallelis, octo foramina, quatuor utrinque, intra interiora fundamenta vergentia relicta erant, æ quali ab inuicem in utroque latere in-

ter-

teruallo remota, quæ in figura exprimuntur per F G. eratque primus ordo trabium, quæ tamen in figura ob rationem opticam non comparent.

Quarto, in hisce octo foraminibus, quorum vtrinque quatuor relicta fuisse diximus, columnæ totidem fundabantur, id est, quatuor ab utroque latere, tales, quales F A & C G monstrant primi ordinis trabes, vti foramina, sic & illæ inter se æquidistantes, eâ tamen proportione, vt mediæ duæ columnæ ex utroque latere distantiâ suâ latitudinem Obelisci adæquarent, ea in parte, vbi latissimus est; hæ quidem columnæ latitudinem quatuor palmorum habentes, altitudinem Obelisci altitudine suâ aliquòusque excedebant, vt in figura apparet. Quoniam verò tantæ latitudinis & altitudinis trabes non semper sufficiunt, hinc singulæ columnæ F, A, G D, quatuor alijs trabibus in vnum ferreis retinaculis & sunibus cannabinis, non secùs ac mali nautici, stricissimè compingebantur, vt sic ad onus sustinendum sufficientes forent. Quia tamen solis hisce columnis Architectus non fidebat; hinc in summitate octo harum columnarum alias quatuor trabes ordinabat, quæ binas ex utraque parte columnas correspondentes arctâ commissurâ connecebant; vnde siebat, vt columnæ sibi oppositæ hoc veluti arcto quoddam vinculo connexæ, nullam introrsum patenterent ex Obelisci pendentis pondere inflexionem.

His trabibus quatuor alijs transuersim trabes, A B C D, inserebantur, quarum officium erat, Obeliscum pendentem sustinere. Quoniam verò tota hæc machina necdum ad tanti oneris molem, robur sufficiens obtinuisse videbatur, hinc

Quintò, columnæ quatuor mediæ, vtrinque binæ, quatuor alijs trabibus veluti Arietibus quibusdam admotis fulciebantur, & in figura signantur literis F T V X. Extremæ verò columnæ angulares octo, vtrinque quatuor sub recto angulo comprehensis, fulciebantur, iuxta columnarum partitionem nunc maioribus, nunc minoribus, crassitie suâ columnarum crassitatem adæquantibus, & varijs retinaculis, circulis ferreis, sunibus, transuersisque lignis arctissimè firmatis; eratque in medio tota fabrica Obelisco dirigendo peruia & aperta. Atque hæc est Castelli fabrica, quam veluti fundamentum quoddam totius machinationis præmittere necesse erat, machina tūm Obelisco ex primo situ auellendo, tūm in secundo loco erigendo, peropportuna.

Sextò, hisce peractis multorum operariorum labore stratum siebat à primo Obelisci situ usque ad locum Obelisco erigendo præparatum. Agger erat ex aggesta terra, vtrinque trabibus tabulisque lignis firmiter, nè cedere posset, constructus, & hoc pacto dispositus, vt semper altiori & altiori ductu usque ad basin, cui Obeliscus insidere debebat, extolleretur. His quoque peractis

Stratum seu
agger ad
Obeliscum
Vaticanum
præmouendū

Septimò, ergatarum in Campo Vaticano plantatio, lectusque Obelisci fit, qui erat ex quatuor ingentibus arboribus, alijs transuersis trabibus in formam craticulæ insertis, rotisque subtus dispositis concinnatus, cui Obeliscus impositus ergatarum ope per dictum aggerem ad constitutum locum deuoluebatur. Obeliscus duodecim longissimis ferreis,

Ergatæ pro
Obelisco Va-
ticano ele-
uando.

ijisque robustissimis perticis vestiebatur, quarum tres à singulis lateribus in longum Obelisci protensis usque ad $\frac{3}{4}$ ducebantur; hisce transuersum tria alia ferrea cingula crassissima singulari industriâ circumcirca vnijs ferreis, & retinaculis validis, quæ longioribus perticis annexa erant, eo fine, nè cingula loco dimoueri possent, arcte inserebantur; & nè Obeliscus ferreâ hâc armaturâ cinctus quicquam detrimenti accipere posset, infra ferream hanc vestem inducio è storeis contexto, inuoluebatur. Porro ad cingula ferrea ex ea parte, quæ columnas respicit, trochleæ, quarum singulæ duobus orbiculis vestiebantur, appensæ erant, & numerum ergatarum numero suo adæquabant; totidem quoque trochleæ in supremis quatuor trabibus AB & CD, & totidem aliæ in radice machinæ disponebantur, quarum nos ad confusionem vitandam duas posuimus. Hisce tribus trochlearum ordinibus ritè dispositis, rudentes singulis sui applicabantur; rudentes trochleis Obelisci obuolutos excipiebant trochleæ trabibus affixæ, & ab his deriuabantur ad trochleas radici machinæ affixæ; & hinc demum tympanis ergatarum circumvolvabantur. S locus ergatæ funem trochleæ vicinæ G circumPLICatum trahiébat, quæ superiori trochleæ N, & trochleæ M in Obelisco circumducta videtur, & tractu machinæ Obeliscū paulatim ergatæ sollicitabant. Habebant ergatæ quatuor vectes longos, quibus ope partim hominum, partim equorum, machinæ in gyrum ductæ, rudentes tympano paulatim circumPLICabant; quarum circumvolutione paulatim Obeliscus eleuabatur. Nè verò in opere tanti momenti, ergatæ inæquali motu agitatentur, ad sonū tubæ omnes ad machinam agitandam commonebantur, & ad campanæ machinæ affixæ sonum, agitationem inceptam vnâ omnes sistebant; sic fiebat, ut æquali motu & æquidiuturno tempore Obeliscus paulatim cornua sua erigeret. Quòd si vna ex ergatis, sive lentescente, non laborare deprehendebatur, omnibus reliquis quiescentibus hæc sola, donec reliquis æquitens rudente nanciseretur, agitabatur. Hâc arte Obeliscum nunc eleuabant, nunc demitebant, modò ad arbitrium Architecti, quò volebant, inclinabant, & tandem supra quatuor Leones basi Obelisci priùs implumbatos, eò situ, quem cum admiratione hodie intuemur, constituebant. Atque hic fuit modus & ratio, quo tûm Obeliscus Vaticanus, tûm cœteri, in Romanæ Vrbis ornamentum à Sixto V. immortalis memoriæ Pontifice, ingenti sanè ausu, ereti sunt.

De Ergatarum potentia ad Obelisci pondus comparata.

Pondus Obelisci
Vaticani
quomodo
exploratum.

Constat in omni Mechanico negotio, potentiam machinarum, pondus, quod eleuandum suscipitur, superare debere. Hinc Architectus huius præsentis machinationis, necessariò primò Obelisci pondus exactè compertum exploratumque habere debebat; deinde ad id superandum numerum ergatarum ordinare. Pondus Obelisci hoc pacto reperiebatur. Ex lapide quem *granito rosso* vocant, & communis omnium Obeliscorum materia est, cubum palmarem formabat, quem diligentissimam

simâ ponderatione peracta 86 librarum comperiebat; huius ope pondus totius Obelisci, eo modo, quo in Obelisco Pamphilio sol. 50 & 57 Geometrico ratiocinio demonstrauimus, inveniebat, videlicet priuino cubico-rum palmorum 1118, qui in 86 ducti libras pendebant 956148, quæ est totius Obelisci moles, & materiam 370 Carrucis (Carrettatas Romani vocant) onerandis sufficientem continet.

Porro experientia constabat, singulas ergatas potentiam habere quasi 33000 librarum. Itaque 30 ergatæ huic operi dispositæ, ductæ in 33000, producunt 990000, potentiam ergatarum; ab his subducta 956148, scilicet pondus Obelisci, relinquunt 33852, qui est excessus, quo potentia ergatarum, pondus Obelisci superat. Præterea armaturæ ferreæ, quibus Obeliscus cum annexis trochleis & tabulis ligneis vestiebatur, pondus ferè ad 50000 librarum pertingebat, quæ Obelisci ponderi 956148 additæ constituunt pondus totius molis erigendæ librum 1006148. hinc opus fuit 40 ergatis, quarum unaquæque, ut dictum est, 33000 lib. potentiam habebat, quæ in 40 ducta potentiam 1320000 librarum motuam exhibent, quæ Obelisci pondus 313852 lib. excedebant.

His itaque præmissis, vltimo die Aprilis 1586, inuocato primùm diuini Numinis auxilio, eriendo Obelisco initium datum fuit, primò cum quinque vectibus, 40 ergatis, 75 equis, & 900 hominibus, partim Officialibus, partim fabris, & machinæ impulsoribus. Et primò quidem duodenæ ergatarum circumuolutione Obeliscus à paumento promotus fuit ad duorum palmorum altitudinem, & consequenter 648 ergatarum circumuolutionibus, in constitutum locum fuit deductus. Singulæ agitantur à duobus equis, & 20 ferè hominum applicatione. Totum Obelisci pondus unâ cum armatura, perticis ferreis, cingulis, trochleis, tabulis ligneis, ferè ad 2060000 librarum pondus pertingebat.

Epilogismus exactissime, quantum fieri potuit, symmetriam & proportionem totius Obelisci, singularumque partium, unâ cum ornamenti exhibens in palmis Romanis.

Crux quam Sixtus V. Obelisco imposuit ex ære inaurato, unâ cum stella & montibus, est alta palmis	26
Crux sola alta palmis	10
Latitudo Crucis quoad brachia, palmis	8
Obeliscus usque ad pyramidion altus palm.	107 $\frac{1}{2}$
Obelisci basis inferior Meridionalis lata palm.	12
Basis verò Orientalis	12
Occidentalis	13 $\frac{1}{2}$
Lateris Borealis	13
Pyramidion alt. palm.	6
Basis pyramidij ex omni ferè parte est lata	8

Ergatarum
potentis pon-
dus superare
debet.

Erectio æqua-
lis Obelisci
Vaticani.

Ex quo colligitur, 2 in hoc Obelisco inferiora ad basin latera deinceps esse inæqualia, vnde basis Obel. non quadratū, sed parallelogrammū exprimit.

Soliditas totius Obelisci pal-

morum cubicorum 1118

Pondus verò nudi Obelisci

librarum 956148

Totum pondus Obelisci ar-

mati librarum 1006148

Sustentaculorum, abacorumque proportiones.

Sustinetur Obeliscus extra fun-

damentum tribus abacis.

Primus abacus fundamento im-

positus ex marmore candido

altus palm. 4 $\frac{1}{2}$

Abaci latitudo duorum laterum op-

positorum palm. 22 $\frac{1}{4}$

Reliqua, 2 latera opposita lata pal. 15

Vbi se restringit per certos gra-

dus 13

Secundus abacus altitud. habet pal. 13

Latitudinem verò 12 $\frac{3}{4}$

Coronis huic circumposita alta 4

In superiori parte lata 15

In inferiori parte lata 13

Tertius Abacus altus palm. 11 $\frac{1}{2}$

Latus 12 $\frac{1}{2}$

Super hunc impositi sunt qua-

tuor Leones ærei, & suſſul-

ciunt Obeliscū; altitudo spacij 4 $\frac{1}{4}$

Tota hæc abacorum structura à

pauimento vsque ad basin

Obelisci, est palmorum 38 $\frac{1}{2}$

Totus Obeliscus à pauimento

vsque ad ultimum pyramidij

punctum, altus est palm. 15 $\frac{1}{2}$

Tota verò structura à pauimen-

to vsq; ad ultimum punctum

Crucis, est palmorum 17 $\frac{1}{2}$

Verùm totam hanc symmetriam ex-

pressam vide in præsenti figura.


In-

Basis Obel.

Abacus 3.

Abac. 2.

Abac. 1.



Inscriptiones Obelisci.

Inscriptio Occidentalis.

*Christus vincie,
Christus regnat,
Christus imperat,
Christus
ab omni malo
plebem
suam defendat.*

Inscriptio Meridionalis.

*Sixtus V. Pont. Max.
Obeliscum Vaticanum
Dis Gentium
impiu cultu dicatum
ad Apostolorum limina
operoso labore
transtulit.
Ann. M D LXXXVI. Pontif. II.*

Inscriptio Orientalis.

*Ecce Crux Domini,
fugite partes
aduersæ,
vicit Leo
de tribu Iuda.*

Inscriptio Borealis.

*Sixtus V. Pont. Max.
Cruci inuicte
Obeliscum Vaticanum
ab impura superstitione
expiatum iustius & felicius
consecravit.*

Ann. M. D. LXXXVI. Pont. II.

FINIS SYNTAGMatis VNDECIMI.



S Y N T A G M A XII.

De fragmentis variorum Obeliscorum, quæ in
Vrbe hodie supersunt.



EXCELLENTISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO
C O M I T I

L A Z A R O H E N C K E L.

Baroni Montis Sancti Georgij.



*O C de fragmentis Obeliscorum, quæ in Vrbe hinc inde di-
spersa spectantur, Syntagma, beneficiorum in me nullo non-
tempore collatorum memor, Tibi Excellentissime Co-
mes, gratitudinis ergo dicandum statui; ut quantus fuerit
Tuus in Republica literaria promouenda zelus, quanta
in Literatorum conatibus fulciendis profusa benignitas, grata
posteriori constaret. Vale bono communni dico superstes.*

C A P V T I.

De Obelisco Campomartio subterraneo.


Obeliscus
Campomar-
tius subterra-
neus.



BELISCVS hic sanè ingens, magnitudine Flaminio non cedit,
& in hunc usque diem spectatur in Campo Martio ad radie-
ces Montis Citatorij, ex parte S. Laurentij in Lucina, vbi
basis eius incipit, & reliquam molem extendit usque ad cel-
lam Pallatij vulgo dicti de' Conti. Qui tametsi totus terrâ
obrutus sit, per cellas tamen vinarias vicinarū domuū nonnullæ eius adhuc
partes cernuntur. Fuit autem hic à Sothi Rege Heliopoli primùm erec-
tus; quem postea Augustus inde auulsum Romanum transuexit, atque
ut tam nobilem molem debito honore condecoraret, eum in Campo
Martio amplissimo & celeberrimo loco erexit, vt sicuti à priscis erectori-
bus Soli dedicatus putabatur, ita Soli quoque ad horas, quas in dicto
loco sub amplissima horologij, æneis lincis conspicui, forma elaborauet-
rat, commonstrandas loco gnomonis seruiret, cuius vertex à terra in 115
palmorum altitudinem erectus, aureoque globo insignitus spectabatur.

Vc-

Verum de origine, creatione, dein suo in monstrandis horis munere, de horologij forma & ratione, de magnitudine & symmetria huius Obelisci, alijsque, cum amplissime in Obelisco Pamphilio fol. 76. tractauerimus, eò Lectorem remittimus. Quare hoc loco solummodo adducemus exiguum illam Obelisci, quam nobis per cellam videre licuit, vna cum symbolis suis delineatam portionem, & est illa, quæ sequitur.



Vbi primo loco intra tabulæ sacræ ouatam figuram occurrit Accipiter, cum baculo incurvo, laqueo, & segmento; & est amuletum Osiridis auerrunci. Sequitur deinde Serpens, segmentum, bina sceptra, crater, duo brachia in oppositas partes vergentia, oculus, hydroschema, Coturnix, duæ pyramides. Quorum sensus est: *Osiris rerum dominator vitam in craterem deriuat, benevolè & mirifice omnibus affluentem, prouidentiā suā ab omni maligna & Bebonia vi immunem.* Atque hæc non nisi paucula symbola ex dicto Obelisco obtainere licuit. Et quoniam singula Obelisci latera unicam tantum epigraphen columnarum habent, ac proinde figuræ maximæ & distinctissimæ apparent; certè non exiguo adiumento tam distinctæ figuraru[m] omnium expressio, ad multa dubia maiori luce declaranda, esse poterat; quare dolendum sanè est, omnibus penè quotquot in Vrbe superstites sunt, Obeliscis, huius Oedipi ope iam dilucidatis, hunc vrum præ cœteris & mole, & celebritate nominis maximum, utpote tot veterum Scriptorum encomijs nobilitatum, lucem videre non potuisse, sed perpetuis condemnatum tenebris veluti in lethæa quadam fossa submersum, literarium Mundum abstrusis dogmatum suorum sacramentis defraudare. Verum non dubito, venturum suo tempore magni & cordati animi Principem, qui tot iam sacerulis respectæ sepultæque molis nobilitatem animo voluens, illum postliminio in eum honoris gradum, quo dignus est, toto Mundo literario applaudente, sit exaltaturus. Atque hæc sunt, quæ de hoc Obelisco paucis dicensa duxi; reliqua fusiùs vide in Obelisco Pamphilio citato loco.

Hieroglyphicæ
et nouaalla
Obelisci Cam-
pomartij.

C A P V T . II.


De Obelisci fragmento quod reperitur in Insula Tyberis.

Pomponius Lætus in sua Topographia alterius cuiusdam Obelisci olim in Insula Tyberis eretti, qui loco mali nautici seruire videbatur, mentionem facit. Quod verum esse, experimentum me docuit; si quidem nouis semper & nouis Ægyptiacis monumentis detegendis summo mentis æstu agitatus, cum dictæ Insulæ angulos penè omnes discussissimi, tandem exiguum Obelisci fragmentum, ante Ecclesiam S. Bartholomæi, detexi, quod inter alias columnas, quæ data opera ante dictam

Obelisci frag-
mentum in
Tyberina In-
sula.

Basi-

Basilicam ad rhedarum equorumque impetum cohibendum positæ sunt; versus partem quæ aditum ad Monasterium S. Francisci de obseruantia præbet, ultimum locum obtinet, & repaguli loco seruit. Fuit autem, vti Topographiæ Romanæ Authores scribunt, in medio Insulæ Tyberinæ seu Æsculapij, quam natura in figuram nauis adaptauerat, constitutus, vt arboris nauticæ formam exprimeret; quemadmodum & in Circis, qui Mundum referre videbantur, eandem ob causam constituebantur. Obeliscus fuit ex eorum Clæsc, qui Minores vocantur, cuiusmodi sunt Mahutæus, Monticælius, Mediceus. Fuisse autem fragmentum ex ea parte, quæ proximè contingit pyramidion, auulsum, ipsa hieroglyphica inscriptio, quam hic apponendam duxi, sat superque demonstrat; vbi vides in singulis lateribus primo loco quatuor Accipitres tutulatos eo prorsùs habitu, quo in recensitis minoribus Obeliscis occurrunt: in op-



positis verò lateribus sub Accipitrum figuris ponuntur duo pisces; in aliorum duorum oppositorum laterum vno, globus Aspidibus stipatus, in altero barys nauigium cum statua Accipitrina in medio collocata, quorum omnium typum in apposita figura contempnare. Quid in hisce schematis Accipiter, quid globus Serpentifer, & alias Aspidibus turgidis pectoribus surrectis stipatus significet, saepius in aliorum Obelisco-
rum

rum expositione dictum fuit. Quare quid pisces sibi velint, exponendum restat. Pisces ponuntur eâ symbolorum ratione, quâ in nullo alio Obelisco, aut monimento Ägyptiaco me obseruasse memini; quibus quidem ad nihil aliud, quam ad eam malorum, quibus Osiris Accipitri-nus vitæ author auertendis inuigilat, auerruncationem alludunt. Erat enim pisces symbolum τὸ οὐρανὸν ἀπότελεσμα· siquidem Oxyrinchus, Phagrus, aut Lepidotus, quos hi pisces exprimunt, apud Ägyptios nullo non tempore in summa abominatione habiti fuerunt, eò quod pudendum Osiridis à Typhone in Nilum proiectum deuorauerint: nam ut Plutarchus docet: Μόνον δὲ τῷ μερῷ τῷ οὐρανῷ τὸ οὐρανὸν τὸ αἰδοῖον, δι-
θὺς γὰς τὸν ποτέρον πιθαῖσι, καὶ γάλακτος τὸν τέλεστον αὐτῷ, καὶ τὸν φάργον, καὶ τὸν
οὖτειχον, ὡς εἰς μάλιστα τῷ ιχθύων αἴφοτείσθε, τὸν δὲ ίστιν αἰτοκένταυρον μήπους ποιησάμενον
καθιερώσα τὸν φαλλὸν, φέρετε τοῦτον τὸν Αἰγυπτίον. De omnibus membris solum,
penem Osiridis non fuisse ab Iside repertum; hunc enim statim fuisse in Nilum
abiectum, gustatumque à Lepidoto sine squameo, Ph. gru, & Oxyri-cho piscibus,
quos præ alijs piscibus execrantur Ägyptij; Isidem autem eius loco phallum eius
imitatione confecisse, atque consecriffse, quo hodieque in sacris vtuntur Ägyptij.

Hinc Sacerdotes, Plutarcho teste, παιτῶν τῷ ιχθύων αἴφοτείσθε, πρῶτες δὲ
μηδὲν ἔναντι τῷ ἄλλῳ Αἰγυπτίῳ ἐκάπει τοῦ θάνατος θύεσσιν δὲ τὸν ιχθὺν κατεδίον, καὶ οἱ ιερᾶς
τοῦ γάλακτος μηδὲ κατακέρτοι δὲ τῷ θύεσσιν τὸν ιχθύον. Sacerdotes omnibus piscibus ab-
stinent; primi autem Mēsis nono die, cum Ägyptiorum reliquorum unusquisque
ante fores domus suæ assūm pīscem edat, Sacerdotes non gustant, sed an e ianuam
edium comburunt pisces. Cuius & rei duas rationes adfert: sacra altera
& subtilis, est quam paulò antè, ob deuorationem videlicet pudendi Osiri-
dis, adduximus; altera manifesta & in promptu est, pīscem cibi genus
esse non necessarium, sed superuacaneum; viuunt enim in mari elemen-
torum finibus excluso, quod neque Mundi pars sit, neque elementum,
sed alienum excrementum corruptum & morbosum. Quod quidem in-
tantum abominantur, vt & Nautas, cœterosque maritos homines fer-
re non possint, vt pote homines Typhoniæ naturæ; mare siquidem Ty-
phonis spumam appellabant. Atque ex hoc Capite quoque pīscem in-
odij symbolum assumptum fuisse, testatur Clemens Alexandr. I 5 Strom.
In Sai (inquit) pro vestibulo templi Palladis huiusmodi symbola incisa
fuisse, infans, senex, Accipiter, pīscis, Hyppopotamus: puer & senex
humanæ naturæ à pueritia vergentis ad senium, iterumque repuerascen-
tis conditionem innuebant; Accipiter Deum, & quidquid in nobis di-
uinum est, & vitam ipsam signabat; pīscis odium simul ac mortem,
quod perniciem & exitium vocabant; Hippopotamus verò impuden-
tem violentiam, & vehemens naturæ dissidium indicabat. Quæ quidem
symbola ordine posita sic legebantur. Nascimur, senescimus, viuimus,
morimur, naturæ dissidio.

Sed vt ad institutum reuertamur; pisces in hoc Obelisco proposi-
ti, vna cum Accipitre mysterioso habitu conspicuo, αἴφοτελεσμα, quæ Osiri-
dem inter & Typhoniam sobolem, cuiusmodi pisces erant, fœcandita-
tis Osiriacæ destructiuam intercedebat, significabant; atque adeo Osiris
nihil

Pisces in
Obelisci Tybe
nni fragmen-
to quid signi-
ficent.

Plutarchus.

Pisces abomi-
nabantur
Ägyptij Sa-
cerdotes.

Piscis symbo-
lum odij.

Piscium figu-
ratio in
Obelisco.

nihil aliud, quam vim quandam malorum omnium, quam in huiusmodi è spuma Typhonis prognata sōbole obtinet, apotropæam potestatem signat. Est enim Osiris vis illa Vniuersi penetratiua, omnibus motu, calore que fœcunditatem præbens. quæ aptè sanè per globum Serpentiferum, aliumque orbem binis Aspidibus septum, innuitur. Et per nauim Barym, Accipitrinam statuam vehentem, quid aliud, nisi virtutis paulò antē memoratæ in humido potissimum stabulantis, per vniuersas Mundi semitas traductionem innuunt? cui cùm Typhonix potestates per pisces indicatæ aduersarentur, Osiris ex omni parte *ιερούμενον* contra eas veluti efficacissimum quoddam Alexiterium prophylacticumque amuletum ponendum censuerunt. Quæ omnia fusius exponerem, si totius Obelisci hieroglyphicum contextum ab interitu vindicatum videre licuisset, ex cuius concatenatorum symbolorum complexu solo veram & indubiam rerum significationem venari licet. Sed hæc de Obelisco Tyberino sufficient.


C A P V T III.

De nonnullorum Obeliscorum fragmentis, quæ circa Collegium Romanum spectantur.

Obeliscorum
fragmenta
circa Colle-
gium Roma-
num S. I.

Stabat multorum annorum tempore ante portam posticam Collegij Romani paruum Obelisci fragmentum, donec tandem hoc anno, veluti publicæ plateæ non leue impedimentum, ab Ædilibus Vrbis sublatum, in Collegium translatum fuit, vbi spectandum proponitur. Fragmentum est sex palmis altum, parallelepipedum, cuius duo tantum latera inscriptiones hieroglyphicas habent, cœteris duobus edacitate temporis corruptis. Inscriptiones vero in sequenti pagina tibi exhibemus Lector in figura A.


B




Præsens fragmentum B videtur è regione Ecclesiæ S. Ignatij, angulari lapidi domus cuiusdam Pharmaco-pæi inseruiens. Est septem palmis altum, quadrangulum, cuius duo tantum latera spectantur, hisce hieroglyphicorum schematismis insignita, reliquis duobus lateribus mure insertis.

Tertium fragmentum è regione Collegij Romani & Palatij Saluiiani, via quâ ad plateam, quæ Cursus dicitur, tenditur, angulari domui lapidi inseruire spectatur, ex quo duo tantum, ut in priori, latera cernuntur, reliquis duobus lateribus intramurum absconditis. Hieroglyphicæ apparentium laterū inscriptiones, ex sunt, quæ in appos. fig. C cernuntur.

Quæ-



Fragmentum Collegij Romani.

Quæritur itaque hoc loco, vtrum hæc tria fragmenta vnius Obelisci sint, an diuersorum? Respondeo, diuersorum Obeliscorum esse, quia idipsum luculenter demonstrat & mensura fragmentorum, & hieroglyphicorum contextus: mensura siquidem nulli ex hisce tribus fragmentis competit, neque aptè committi possunt, fragmentis nunc ex superiori parte angustioribus, nunc in inferiori latioribus; quæ quidem dissormitas partium, & in commissione disproprio apertè docet, vnius Obelisci fragmenta minimè esse posse. Accedit dispar fragmentorum color, quæ pariter indicant vnius Obelisci partes esse non posse. Secundò ex hieroglyphicorum contextu apparet, qui in singulis dictis fragmentis disparatam rationem habet. Vnde concludo trium diuersorum Obeliscorum hæc fragmenta fuisse, Obeliscos autem ex eorum numero esse, quos minores vocant, & æquales Mahutæo, ac Mediceo, quo ad magnitudinem, quorum 44 differentis magnitudinis Romanam ex Ægypto delatos Publius Victor testatur. Vbinam verò locorum huiusmodi Obelisci erecti fuerint, paucis accipe.

In Obelisco Pamphilio contrarium diximus, quia tunc ita nobis videbatur modo rediligentius explorata, aliter repemus.

Constat ex Topographiæ Romanæ Authoribus, eo in loco, vbi modò tem-


Obelisci ini-
notes 44.
olim Romæ
erecti.

plum Beatæ Virginis, quod à Minerua nomen habet, & celeberrimum Ord. S. Dominici Cœnobium est, olim Isidis templum constitisse; in quo vti omnes religiones Ægyptiacæ (verius superstitiones) summo seruore exercebantur, ita omnigeno monstrosarum imaginum apparatu, Ægyptiorum more adornabatur, ita vt posteris temporibus ex nullo Romanæ Vrbis loco tanta Ægyptiorum simulachrorum copia eruta fuérit, quæ ex hoc loco; quod apertum & luculentum πολυμορφίας Ægyptiacæ, quæ in dicto templo vigebat, testimonium est. In hoc itaque delubro Isiaco haud dubiè inter cœtera Niloticæ religionis argumenta, & Obelisci quoque errecti fuerunt, quorum hæc fragmenta tantummodo supersunt, reliquis vel terrâ subrutis, vel nouarum fabricarum fundamento injectis. Lege quæ de hoc Isidis & Serapidis templo fusè tractant Pompilius Lætus, Boissardus, & P. Alexander Donatus in Topographia Vrbis Romæ, qui totum illud spaciun, quod Collegium Romanum & Cœnobium Ordinis S. Dominici usque ad Pantheon occupat, ad Isidis & Ser-

Templum
Isidis olim
Romæ.


pidis regionem pertinuisse aiunt, & ingens antiquatum Ægyptiacarum copia, quæ dum hæc scribo, ex ruderibus loci effossa est, quarumque non exiguum partem in meo Museo spectandam exhibeo, luculenter demonstrat.

Hoc eodem loco erutum fuit vasis Nilotici fragmentum hieroglyphicis notis refertum, ex quo apertè Niloticorum vasorum ratio & forma dignoscitur. Videtur illic linea in duodecim partes distributa, in qua per interiorem vasis superficiem, usque in fundum, duodecim ordine æqualiter inter se distantes veluti termini quidam eminentes disponuntur; qui termini haud dubie vel ad incrementum decrementumque fluminis, vel ad horas in hydrologio commonstrandas, deputabantur. In exteriori verò vasis superficie, ad extremum vasis limbum, circulus est in 365 stellas diuisus, tot Geniorum, quot in anno dies sunt, singulorumque præsidum index. Sequuntur deinde varia Apotropæa Numina, quæ cum alijs exposuerimus, hic ijs recensendis longior esse nolui, sed loco longioris discursus ipsam figuram apponam, ut sequitur.



Inter alia fragmenta magnæ considerationis sunt ea quoque, quæ in tabula VIII. proponit Nardius, ex Museo Gaddiano Florentino de-
prom-

prompta. Fragmenta sunt ex lapide pyrite, & pari pacto margo vasis
sacri videntur fuisse, quemadmodum ex rotunditate colligitur; in cuius



extima superficie superioris labri A B stellæ, ut figura prima docet, in circuitu, non secus ac in præcedenti, 365, quemadmodum ex portione circumferentia patet, totidem nimirum Geniorum, quot dies in anno,

Ccc 2 quo-

quorum & præsidēs sunt, constituuntur. Stellæ siquidem notam Genius indicasse, iam sæpius ex Horo, cœterisque Authoribus docuimus; infra quas stellas varia Numinum simulachra visuntur, quorum singula suis literis G D C E F H M N O notauiimus, præcipua videlicet ab Ægyptijs coli solita, Deastrorum iam sæpe memoratorum. Statua, G, Canino capite, Cruce ansatâ, & sceptro Cucuphomorpho insignem Anubini refert; G Isidem globo & bouinis cornibus, quæ capite gestat, cœtrum sœmineo habitu, sceptro Crucemque ansatâ spectabilem; è cuius regione simulachrum Genij Isiaci tiara calathoide venerabile, ambabus manibus Isidi duo porrigit vascula; quo indicatur, terram, quam Isidem dicebant, muneri suo non satisfacturam, nisi Osiridis Nilotici humoris præsidis beneficium, quo fœcundatur, accepisset. Potest etiam per figuram D, Sacerdos intelligi, qui assumpta figura Osiridis, Isidem veluti sacro ritu, ad id, quod prætendebat, obtinendum sollicitabat. Porrò figura E Horum notat, vti iam sæpe exposuimus, cui Sacrificulus F sub forma Horæ Genij litare videtur, per circumfusorum symbolorum mysticam rationem obtestando; quem sequitur alterius Numinis simulachrum H, sœmineo habitu indatum, & Nephtam indicat Hori ministram, ijs, quibus videtur, symbolis munitam. Columnæ verò I K, quarum utraque baculum Cucuphomorphum præpositum habet, inscriptiones hieroglyphicæ vti sunt eadem, ita eandem significationem habent, eam videlicet, quam adiungo. Agathodæmon Vitæ universalis præses, humorem crateris magni diffundat ex superiori craterे, immensa rerum varietate ditatum, cui distus Agathodæmon præst, in inferiores crateres, ad vitarum fœcundam propagationem.

Figura secunda aliud fragmentum exhibet, quod tamen superiori primæ figuræ exhibitæ non congruisse videtur, cum stellas non contineat, sed intermedium vasis fragmentum fuisse verisimile est; vbi M Accipitrinus Osiris cum Iside sua occurrit, eo prorsus modo, quo in Abacis Obeliscorum passim spectantur; vt proinde tanquam notissimorum, & iam alias non semel expositorum simulachrorum expositionem superuacaneam ducam. Quid Accipiter P quadrato ST insidens signet, in Obelisco Ramessæo, vbi iisdem omnino figuris comparet, explicauimus. Hieroglyphicæ verò inscriptiones V & X cum ferè eadem sint cum inscriptionibus I & K, sensum quoque non variant. Inscriptiones quoque limbis circumfusas PZ QR, expositas vide in Sphyngis Burghesianæ interpretatione, cui congruunt.

Itaque omnes huiusmodi inscriptiones sacro vase fuerunt insculptæ eo fine, quem iam sæpius diximus, quod videlicet ad sollicitanda Numinæ magnam vim, ob occultam proprietatem Dijs maximè congruam, habere putarentur. Figura III. Hori caput refert. Figura IV. Lucernam Isidis capite insignitam; de qua vide Syntagma de Lucernis Ægyptiacis. Sed hæc ex innumeris pauca de fragmentis sufficiant.

FINIS SYNTAGMatis DVODECIMI.

SYN-

SYNTAGMA XIII.

De Mumijis, earumque conditorijs, & hieroglyphicorum, quibus inscribuntur, significatione.



EXCELLENTISSIMIS ET CELEBERRIMIS
VIRIS

IOANNI NARDI O

Magni Ducis Hetruriæ Medico,

IOANNI MARCO MARCI

Regni Boëmiae Archiatro,

Nec non

Cœteris Clarissimis Viris Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Belgij, Batauiæ, Daniæ, quorum, ob suam in subministranda huic Operi hieroglyphica supellectile collatam operam, in sequentibus Syntagma mentio fit, hoc de Mumijis Syntagma, gratitudinis ergo æternū dicat & consecrat Author.

C A P V T I.

De Metempsychoſi.

MOS erat Priscorum Ægypti Hierogrammatéon, corpora eorum, qui vel religione cultuque Deorum, aut beneficentiâ, cœterarumque rerum in patriæ utilitatem cedentium collatione, in hac vita maximè celebres fuissent & conspicui, terrestrium quorundam veluti Deorum corpora certâ quâdam, & singulari studio ad hoc adiuenta aromatum mixturâ, ad perennem durationem, contra omnem corruptionis labem ac putredinem, condire; condita subtili carbaſo, varijs notis hieroglyphicis insignito depictoque, inuoluere; inuoluta denique

Mos condien-
di cadavera
Ægyptiorum

Mumiariū
Schematismi.

Mumiariū
pictura.

Mumiariū
hieroglyphi-
ca.

Mumiariū
Forma.

Metempsycho-
sis quid.

Metempsycho-
sis Aegypti-
cō credebant.
Diodorus.

que Idolis hinc iude dispositis, vel ati corporum conditorum custodibus, sub sacris pyramidum structuris condere. Quæ quidem nullâ aliâ probatione indigenit, nisi præsentium horum schematismorum seu Mumiarum inspectione, quæ ab immemorabili tempore variâ vnguentorum commissione in Mumiam coalitæ, inuolutæ cernuntur subtili è lino telæ, certâ quâdam è cera, pice, ac pulte cretacea mixturâ, cum ad telam contra omnem corruptionem muniendam, tunc ad pingenda snotas, ac characteres hieroglyphicos facilius firmiusque telæ imprimentos, superinductâ. In hac itaque tela dictâ ratione præparata primò imagines eorum, quos inuoluit, colore quadam perennante depictæ, manibus sacræ religionis symbola vna cum fructibus Dijs offerri consuetis gestantes spectantur. In reliqua tela nescio quæ redimicula veluti limbi quidam & lemnisci ex minutis, ijsque vitreis diuersorum colorum orbiculis assutî, vbiique conspicuntur. Sunt deinde Zonæ materiâ quæ geminis assimilatur, vbiique punctatim refertæ, quibus supernè linteamina illa fin-briata præcinguntur. Dictorum verò limborum intercapedine sacerorum animalium, aliorumque hieroglyphicorum characteres inscriptos videas. Hinc quidem Solis & Lunæ figuræ; inde, *Satura Serpentibus Ibis, effigiesque sacri nitet aurea, Cercopitheti*. Hic Anubis Caninam ceruicem arduam attollens adesi, ad sunt Leones fœundi Nili symbola, non deest Scarabæus lutulentus ille Orbis Opifex, ac perpetuæ Isidis pedissequæ Maleagridæ. Forma denique totius Mumiæ trunca, & indistinctis pedibus, Hermæas statuas, vel clarius infantis fasciolis circumligati imaginem ad viuum exprimere videtur. Quâ quidem mysteriosissimâ rerum representatione, occultum illum animarum per μετεμψύχωσιν, ad παλιγνεσίας regressum indigabant, uti postea exponetur. Est autem μετεμψύχωσis nihil aliud, nisi animarum fatali quâdam necessitate corporibus alligatarum, donec magno illo Mundi anno reuoluto per παλιγνεσίας corporibus pristinis testituarur, reuolutio. Aegyptij enim hoc dogmate imbuti, animas eorum, qui sanctitate & sapientia in hac vita eminissent, vitâ functas humana in corpora abiit, sacerorum animalium, ac Deorum ibi viciorum munere fungi, Aegyptum non secus ac dum sub humana forma adhuc degerent, magnis beneficijs cumulare, credebant. Haec autem animarum in brutorum corpora migrationem tantum abeit ut vilem & indignam centerent, ut potius nihil dignius & honorificius eâ sibi contingere posse crederent; cum & illa Deorum communio quoque habitacula suisse, immo adhuc eos sub dictorum animalium larvis omnem terram circumire, hominum virtutes & vitia inspicere, teste Diodoro, asserterent. Verba Diodori sunt: *Tradunt præterea, quinque illos Deos totum Orbem peragrare, nunc sacerorum animalium formis induitos, nunc in hominum speciem conuersos, mortaliū sese oculus exhibere. Idque minime fabulosum, sed facultati ipsorum conueniens esse; siquidem reuera bi sunt, qui omnem generationem efficiunt. Quod & Homerus in Aegyptum profectus, uti à Sacerdotibus accepit, sic in hunc modum fieri in opere suo Poëtico alicubi affirmat.*

*Hospitibusq; Dei similes aliunde profectis
Introcunt Vrbes varia sub imagine formæ,
Vt videant, quæ prava Viris, quæ iusta gerantur.*

*Homerus.
Dij sub figu-
ris animaliū
hominiū
comparebant
apud Egy-
ptios.*

Quemadmodum igitur dicta Numinæ, ob egregias virtutes & beneficia, Ægypto in vita collata, per animalium sacrorum corpora μεταμορφωσιῶν reuoluta in cœlum assumpta, diuinos honores meruerunt, ut impiè credebat; ita post mortem omnes, qui virtutes Heroum in vita æmulati fuissent, simili transitu, ad similes honores peruenturos esse asseuerabant. Vnde Mercurius Trismegistus in Pimandro: *Animarum humanarum, in- Trismegistus.
quit, permultæ mutationes partim in melius feliciusque, partim autem in con-
trarium. Nam reptilium quædam in aquatilia transmutantur; aquatilium
animæ in terrestria migrant; terrenorum in volatilia scandunt; aëreorum ver-
tantur in homines, hominum deinde immortales animæ in Demones transeunt,
demum in Deorum Chorū feliciter volant.* hæc Trismegistus. Quæ omnia confirmat Herodotus l. 2. *Hi primi extiterunt, quæ animam dicerent immor- Herodotus.
talem, quæ de corpore mortuo subinde in aliud atque aliud corpus, ut quodque
gigneretur, immigraret, atque ubi per omnia se circumulisset, terrestria, marina,
volucria, mersa in aliquod corpus hominis genitum introiret; atque hunc velu-
ti circuitum fieri intra 3000 annorum spatum volebant.* E quibus patet, Ægyptios sensisse, Sanctorum animas in animalia sancta, reproborum ve- rò in reproba & abominanda, veluti in Crocodilos, Asinos, Hippopotamo, pisces, vti de Typhone, & Ocho narrant, pro merito vniuersique descendere. Atque hinc prodigiosa illa Ægyptiorum ζῳλαζεία, veluti Canum, Accipitrum, Felium, (quos contra omnem Gentium consuetu- dinem communī secum mensæ adhibebant, exquisitissimis cibis nutritos) originem inuenit. Quæ superstitione dogmata paulatim ad Hebræos & Græcos serpentia, totum denique Mundum fanaticâ superstitione reple- verunt. Hebræi quidem, vtpote nouorum dogmatum præ cœteris appetentiores, ea in Synagogam trahentes, primi nouæ istios de reuolu- tione animarum subterranea, quam גָּלְגֹּלֹת הנֶּשֶׁמֶת מְחֻלָּות vocant, hære- seos fuerunt conditores: de qua sic Elias Leuita in Thisbi.

*Ægyptij cre-
debant ani-
mas piorū in
animalia san-
cta, impiorum
in reproba
migrare.
Zoolatria
Ægyptiorum*

Elias Leuita.

ומוח מה שאומרים בעלי הקבלה גלגול הנשמות ודעותם שבן נשמה ונשמה נבראת שלשה פעמיים ר' ישחיא מהתגללה בגופי שלשה בני אדם ובן אומרים שנשנתו של אדם הרשאוז בתגללה בגוף דוד של המלך ומרוד התגללה בגופו של משה ובן אדם רת אדם הור משיח ובן אמרו שהנשמות של בעלי עבירות יתגלו בגופי בעלי חיים כל אחר לפי עוננו:

Hinc est, inquit, quod Authores Cabalistici differunt de revolutione ani- marum, quorum opinio est, unquamque animam tribus vicibus creari: quasi dicerent, quid ea voluat se per corpora trium filiorum hominis; unde sic dicitur, quid

Hebreorum
segmentum
de animarum
transmigratio
ne.

¶ Adam

¶ David

¶ Messias

Pythagoras
metempsy-
choſis ab
Ægyptijs
hauiſt,
Iamblichus.

Iuliani Apo-
ſtata error
circa metem-
psychoſin.
Platonis ero-
ror circa
metempsy-
choſin.

Orpheus,
Orphei &
Zoroastri
opinio circa
metempsy-
choſia:
Zoroaster.
Persæ voca-
cabant my-
ſtas Leones
hyenaſcorus.

Aegyptij
Deos, Regesq;
Sub laruis
animalium
cognoscere
satagebant.
Philostratus.

Fabula de
Rege Aegy-
pti sub Leo-
nis imagine
circumeunte.

quid anima primi hominis volatauerit se in corpore David Regis, ego inde reuerſura sit in corpus Messiae, idque significari per literas, quæ sunt in voce ον Adam, quarum unaqueque integrum dictionem constituit, Adam, David, Messias. Dixerunt etiam, quod animæ hominum prævaricatorum migrant in corpora animalium, vniuersusque animam secundum id, quod peccauit. Atque haec est opinio Cabalistatum. Porro alter huius Philosophiæ apud Græcos Author fuit Pythagoras; quem à Canuphæo Ægyptio Sacerdote instruētum, animalia quædam, veluti Gallos, Pauones, Boues, Picas, honores singulari culta familiariter quoque ea dignatum allocutio, Iamblichus in eius vita narrat; quam quidem philosophandi rationem ita altè animo imbibet, ut animam suam priùs in Pauone fuisse, & ex hoc in Euphorbum Troiani belli Ducem, ex Euphorbo in Homerum, ex Homero denique in Pythagoram transmigrasse, dicere non sit verecundatus. Julianus verò Apostata Alexandri Magni animam in se reuolutam asserere solebat; & Helenam Troiani excidij causam in Tyriam quandam mulierem, Simon Magus asserebat. Plato, & ipse Ægyptiorum Sacerdotum discipulus, ausus est dicere, animam è corpore migrantem in id, quo abundauit, euadere; unde inferre erat solitus, teste Olympiodoro, quod arbor sit futurus, qui nutritioni deditus diu noctuque torpebit; Miluus, qui raptu viuet per concupiscentiam; Leo, qui egregie militabit; Draco, qui crudeliter in genus humanum debacchabitur; Homo, qui civiliter viuet; Heros, qui naturalia scrutabitur; Daemon, qui mathematica; Angelus, qui diuina: talis enim fiet animus, qualem induit habitum. Vnde Orpheus in ipso Mercurij terrestris hymno, κακού τε νέιν αὐτόσερφαί εἶναι αἰσθάνεις. Cocyti habitans irremeabilem necessitatim domum, animam, aiebat, post vitam adepturam, secundum quod opera eius in vita. Qui consonant Zoroastri verba in libro cui titulus: Μαγικὴ λόγια τῆς Σαταναὶ Ζοργάσης μάχων. Σοὶ δὲ γῆς ἀγέρ τε πονοσοκήσεσθαι. Vas in suam tuam habitabunt bestie terræ. Hinc Persæ in Mythriacis sacris, vt cognationem, quæ nobis est cum animalibus, alijs i: dicarent, mystas omnes sacerorum participes vocabant Leones, Hyænas fœminas, ministros Coruos. Ita Porphyrius l. 3. de abstinent. Τέλος μετεργύχωσιν τὸ Τέλος τὰ μέθε μυστεῖοις ὄμολογεστι. τέλος δὲ πονότητα ή μή τε περιπέτεια τῷ ζῶα αἰνιθόμενοι τὸ ζῶον πρᾶτος μετέβατον τοῖς τε μὴ μετέχοτας τῷ πονότητα διατελοῦσι μάστιγας καλεῖν λέοντας. Quæ omnia aliunde non nisi ab Ægyptijs promanarunt, qui Deos Regesque suos sub laruis animalium circumuenientes omnibus modis cognoscere studebant; cuius rei exempla hic aliquot adferre non ingratum me sacerorum esse existimavi. Huiusmodi scientiam Apolloniam Thyanæum habuisse l. 2. eius vita Author Philostr. testatur. Nam Amasisdem potentissimum quendam Ægyptiorum Regem sub Leonis forma ab eo cognitum, verbis sequentibus tradit. Mirabile, inquit, illud est, quod in Ægypto adhuc existenti contigit Apollonio. Vir quidam Leonem mansuetum ex loro relati, Canem quoque volebat, ducebatur, qui non solum ei blandebatur sed ex ceteris omnibus, qui obuiam accessissent. Tali modo vir mercede querens multas iam traxerat Vrbes, quin etiam templo ingrediebatur, quod mundus à cœribus esset & impollutus; neque enim hostiarum sanguinem lambiebat,

bebat; & excoriatas atque in frusta sectas sacrorum carnes non attingebat. Sed mellitus placentulus, ac pane etiam, & bellarijs vescebat; coctas quoque carnes edebat, & vinum quoque bibere visus est, cum antiquam seruaret consuetudinem. Is itaque Leo ad Apollonium veniens, qui tūm forte in templo sedebat, & ad eius genua procumbens; blando strepitu deliniebat, & alijs quoque supplicare videbatur: quod videntes qui astabant, eum mercedis causa id facere arbitrabantur. Respiciens autem ipsum Apollonius; Hic, inquit, Leo me rogat, ut vos doceam, cuiusnam hominis animam habeat: est autem Amasis Rex Ægypti circa Saiticam Præfecturam. Quibus verbis auditis, Leo miserabiliter frendens lamentabilem rugitum edidit, tūm dentibus infrendens lugere cum procul dubio videretur, lachrymarum vim fundebat. Demulcens igitur ipsum Apollonius: Ego, inquit, Leonem censeo Leontopolim mittendum esse, ibique in templo collaudum; Regem enim maximè in regiam belluam & Dijs sacram conuersum, tanquam egenum mendicare indignum iudico. Post hæc congregati Sacerdotes Ægypti, Amasidi sacrificabant, & belluam torquibus vittisque redimitam in inferiorem Ægyptum misere, tibijs ante ipsum hymnos & carmina decantantes. Hæc Philostratus. Aliam Centir Arabs in libro qui intitulatur de seruitute terræ, يَوْمَ عَبْدٌ فِي دَعْلُنْ إِلَوْرُومْ Ægyptiorum, non minus priori Centir Arabs iucundam narrat de quodam Persa & Ægyptio iter facientibus, histriam. Persa enim dum Scarabæum Ægyptijs sacrum, lutoso opificio per semitam occupatum forte calcasset; Ægyptius calamitosum casum intuitus, manibus in cælum extensis, omnia Numinia, ab hoc se scelere immunem esse, protestabatur. Persa verò, quid sibi protestatio illa vellet, rogante; Neque tu, inquit Ægyptius, vindictam Deorum, ob sacram & viuam magni Osridis imaginem, in quo habitans, voluendo stercoream pilam, nos motus cælorum, & omnem agriculturæ rationem docet, temerè & indignè tractatam formidas? Instrutus itaque Persa impostorum cautius incessit, nè forte Deastrum hunc stercoreum lœdens indignationem Numinum incurreret.

Historia de
Persa Scar-
bæu calcate.

Metempsycho-
sis dogma la-
tissime diffu-
sum fait.

Anicenna.

Mahume dis-
opinio de me-
tempychose.

Egit stolidum hoc Metempychoseos dogma tam altas in animis maleferiatorum hominum radices, ut per totum penè Orientem eas diffuderit. Nam Pythagoras ab Ægyptijs, à Pythagora Plato, ab his Saraceni, à Saracenis Brachmanes, Persæ, & vltimi Sinarum & Iaponum populi decepti sunt. Anicenna c. 2. l. de Alm chad, siue de conditione Animalium post vitam hanc, scribit à Mahumete dictum esse, animalia progredientia super terram, & aues suis alis volantes non aliud esse, quam turbam copiosam hominibus similem, & in ipsius anima naturæ cum ijs communicationem. Atque quod in illius Saracenorum Principis Mahumedis Alcorano posicium est, non prius animarum humanarum in noua corpora transiit, finem esse habiturum, quam Camelus per foramen acus penetrare possit, hoc idem, ait, nonnullos ita interpretari, ut significare voluerit, animam hominis vitiosi non prius gratissimâ quiete frui posse, quam per varia corpora iactata, à Camelo transierit in eum vermem, qui corporis sui tenuitate & paruitate per foramen acus possit penetrare: Non dicam hic de Iudæorum, Brachmanum, Sinarum metempychoseos ridiculis commentis. Qui de hac materia plura desiderat, is audeat Theo-

Poëtarum fabula varia ab Aegyptio runi merem psychosi originem traxere.

Diodorus lib. tis. cc. 6.

logiam hieroglyphicam, vbi hanc materiam ex professo traditam reperiet. Præterea quidquid de Elysij campis, de Styge, eiusque fluminibus, de Mercurio animarum translatore Poëta finxerunt, id ab Aegyptijs originem traxisse Diodorus hisce verbis demonstrat: *His ab Orpheo ad Græcos traductis, Homerus Orpheum imitatus idem in suo Poëmate scribens, ait, Mercurium Cyllenium animas Herorum euocare, habentem virgam in manibus.* Rursusque, erant prope Oceani fluxum, & Leucados petram, Solisque portas, somnia populorum. Sequebatur rirens pratum, vbi iuniorum erant anima, simulacra mortuorum. Oceanum igitur Nilum vocat, quicnam ab Aegyptijs proprio nomine Nilus Oceanus appellatur. Solis portas Heliopolim dicit. Pratum verò habitationem confictam putat eorum, qui trans paludem delati sunt, quæ Acherusia nominatur. Et prope Memphis, circumque prata amena, paludesq; calamis plene. Prosequitur deinceps mortuos hæc incolere loca, quoniam Aegyptiorum sepulchra maiori sanè ex parte in eis locis sunt posita. Corpora verò per fluuum & Acherusiam paludem ad sepulchrum delata, ibique condita, aliaque plura, quæ nunc etiam seruant Aegyptij, dane fabulis, quas Græci de inferis finxerunt, locum. Nam nauis quæ vectat corpora, Barys appellata, hæc apud Græcos est Enigma. Obolum ait dari portatori, cui nomen inditum est ab incolis Charon. Afferunt circa hæc loca Hecates umbrosæ templum esse, Cocyti portas, atque obliuionis, & reis vectibus distinctas. *Esse & alias portas Veritatis,* quas propè statua sit Iustitiae absque capite. Multa quoque alia fabulosa de Aegyptijs feruntur, quæ adhuc nomine & opere persenerant.

C A P V T II.

Cur tanto studio Cadauerum incorruptioni studuerint Aegyptij.

Aegyptiorum cura in humandis mortuis.

Aegyptiorum dogma de rerum reuolutione.

Plato. Platonis opinio de animarum reuolutione.

NVllam unquam in Mundo Gentem fuisse reperto, quæ maiori curâ & diligentia corpora mortuorum conseruare, maiori apparatu exornare studuerit, quam fuerit Aegyptia. Cuius rei causa inuestiganda est; quod modò præstabimus, vbi priùs nonnulla cognitu necessaria præposuerimus.

Suppono itaque primò, propria Aegyptiorum dogmata suis, primum Mundi statum post 36000, vel ut alij volunt, post 40000 annos ad pristinum statum reuoluendum; à quibus id Plato edoctus ad posteros traduxit, tametsi is animarum reuolutionem 10000 annorum circulo definiat: *In ipsis autem omnibus, inquit in Phœdro, quicunque insè vitam egerit, sortem postea nanciscitur meliorem; qui verò iniuste, deteriorem; in idem enim unde profecta est, cuiusque anima annorum 10000 spatio, non reuertitur.* Alas siquidem ante hoc tempus non recuperat, præter illius animam, qui philosophatus est sine dolo, vel unicum sapientiae studio pulchritudinem amarit; *Hi siquidem tertio ambitu mille annorum, sicut hanc ipsam deinceps elegerint vitam, sic recuperatis aliis post tria millia annorum euolunt abeunt.*

abeuntur. Et quæ sequuntur. Abenephi, verò dicit, animas singulis se-
ptem millibus annorum ex verae Ægyptiorum sententia per varia reuolu-
tas corpora, tandem corpori quidem suo, sed non nisi summè ab omni
corruptione conseruato, Numinumque assistentia munito restitui, us-
que ad 49000 annorum, qui numerus septenarij quadratus est, quo ani-
mæ Ideæ tandem suæ restituentur æternum beatæ. Hanc sententiam,
seu verius dementiam, & Cabalistas amplexos esse, in Cabala docuimus;
ad sex dies Creationis, & septem quietis, occultâ analogiâ alluden-
tes.

Suppono secundò, ex eadem doctrina, uti in Astrologia docui-
mus, singulis septem millibus annorum, septem tutelarium principa-
lium Ægypti dominatorum Mundi regimen finiri, & ad primum reuolu-
ti, usque ad 49000 annos, ubi fit status consistentiæ rerum, ex mente
Ægyptiorum. Horum verò regiminis mutatione in pristino quoque
corporis statu mutationem fieri, id est, animam vitâ probè peractâ, post
7000 annorum intercedentem, variâ reuolutione peractâ, corpus qui-
dem suum in sepulchro relicturn repetituram, sed ad altiorem sphærarum
promotam iri, usque dum omnibus sphærarum peragratis Ideæ suæ restitua-
tur æternum beatæ, nulli amplius Adraſtiaæ seu mutationis legi subiecta.

Quæ omnia haud dubiè ab Ægyptijs accepta posteritati tradidit Plato
his verbis in Phœdro. Regula Adraſtiae Deæ, id est, ineuitabilis Numinis,
hæc est, ut quæcumque anima Deum comitata, aliquid rerum inspexerit, ea usque
ad circulum alium sit indemnus. Et si semper hoc facere queat, sit semper illæ-
sa; si vero impotens affequendi non inspexerit, et casu aliquo usq[ue]a, repleta ob-
litione ex grauitate grauetur; grauata autem pennis confregerit, in terramque
reciderit; tunc prohibet lex, hanc in prima generatione, in aliquam brutalem
ire naturam; sed iubet eam, quæ plurima viderit, in genituram viri Philosophi,
aut pulchritudinis audi, aut Musici, aut Amatorij; eam vero quæ secundo loco,
in Regem legitimum, aut bellicosum Kirum ex Imperatorium descendere; tertio
in gubernatorena Reipublicæ; quartò in laboriosum Gymnasticum, aut Medi-
cum; quintò in Vatem, aut Mystam; sextò in Poëtam, aut Eccl. Et in
Phœdone: Animæ malorum, inquit, circa sepulchra oberrare coguntur, pœ-
nas dantes vitæ improba transactæ. Itaque tamdiu circumaguntur, quoad cupi-
ditate naturæ corporeæ comitante, rursum induant corpus. Induunt autem ut
deceñs est eiusmodi mores, quales in vita exercuerunt.

Quod vero animæ iustæ de sphæra in sphæram promoueantur, probat ex Trismegisto Marsilius Ficinus in Theologia Platonica l. 17. c. 3.
Sicut enim, inquit, omnes Mundi sphæræ per animas variant formas, ac tandem
proprios repetunt recursus; sic animæ nostræ animorum cœli similes varias
formas corporum induunt, certisque curriculis temporum ipsam, quibus ante, cor-
poribus inuoluntur; quam palingenesiam regenerationem Zoroaster vocat; de
qua multa Mercurius cum filio suo Tato disputat.

Sed ad propositam nobis materiam explicandam reuertamur. Ægyptij itaque in vita recte sancteque instituenda mirum in modum anxij,
hunc unicum scopum mysteriosa cœremoniâ exhibitione in cadaue-

Aegyptiute-
larium regi-
minis duratio

Plato.
Platonis do-
ctrina de ani-
marum trans-
migratione.

Animas de
sphæra in
sphæram mi-
grare dicebat
Trismegistus.
Marsil. Ficin

Aegyptiorum
in condien-
dis corpori-
bus scopus.

rum conditura sibi præfixisse visi sunt, ut animæ eorum dignum meritum in reuolutione habitaculum post hanc vitam inuenirent, Deo quām coniunctissimæ. Et quoniam ex traditione nōrāt, animas vitā improbè peractā, circa sepulchra versari, corpus aliquod humanum, quod intrarent, operuras, nē Iudicis sententiā, brutorum corpora, operationibus suis brutis condigna, subire, & vitam perpetuam miseram ducere cogcentur; hinc tantis cœremonijs, ac tantis conditorijs corpora æternitati destinabant. Præterea persuasum illis erat, animas, corruptioni obnoxia, aut insauillas redacta, aut quovis modo mutilata corpora intrare minime posse.

Hinc tantā illis circa mortuorum corpora ab omni corruptionis labe immunia conseruanda cura & sollicitudo; hinc tantā diligentia incumbebant, vt locis abditis, & contra omnes temporum iniurias munitissimis,

ea omni prius cœremoniarum solennitate expiata, rotque Numinibus &

tutelaribus Genijs contra aduersorum Numinum vim suū studio munita, tutò reconderent; spe firmâ freti, futurum vt reuolutione anima-

rum ab Adraſtiæ lege præscriptarum peractā, ea denuò repeterent, & ad altiores spheras promotæ, tandem tota reuolutionis periodo peractā,

ideæ suæ æternū beatæ, nullis amplius mutationis & circumvolutionis legibus obnoxiæ restituerentur. Nam vti excellentissimus Medicus

Ioannes Nardius ex Lucretio docet, Aegyptij nefas rati vario exponere di-

scrimini corpus illud, quod exactis tribus myriadibus futurum erat animæ reduci-

domicilium Egc. omni proinde ingenio formidatas arcebant iniurias, quæ tamen ex

duplici fonte cùm oriri valerent, domestico scilicet atque externo; utrique magnâ

cautela prospexerunt. Valentissimo primū vnguine, atque penetrante,

obstabant putredini, cuius postremi soboles sunt caries Egc vermes, occurvantibus

verò eadē litora nouisq. munimentis. Certe adeo nullo non tempore pri-

ma Aegyptiorum indoles in ipsam immortalitatem & metempsychosin

prona fuit, vt non tantum firmiter à prædecessoribus sibi traditam cre-

derent, sed & alijs Gentibus omnino cām persuaserint, ac inter cœteros

Pythagoræ, qui hanc, vti dictum fuit, ad Græcos primū, vt Herodo-

tus luculenter docet, traduxit. Perennitatis enim studiosissima gens Agy-

ptia, ait Nardius, cùm benè consultum præstantissimæ hominis portioni ex stima-

rent, diuersorij vicissitudine atque transmigratione, caducæ quantum in illis

erat, opem tulere immensam, postq. peracta, dispendiosa cura ac pompa, funera

putruginem omnibus ingenis à cadavere arcebant. Nam Diodoro teste l. 2.

paruifaciendum esse putant præsentis vita tempus, future verò gloriam, quæ vir-

tute comparatur, maximè estimandam. Domus nostras diuersoria appellant, tan-

quam breui à nobis inhabitandas; defunctorum sepulchia sempiternas domus

vocant. Ideo domus ædificandæ curam contemnunt, circa sepulchrorum magni-

ficiam summum studium operamque, vti Pyramidum vastissimæ moles, & in-

audita Simandij sepulchra luculenter docent, impendunt. Sed hæc ita esse, ex

sequentium schematum interpretatione luculenter patebit.

Ioannes Nardius.

Bitumine li-
niebant Agy-
ptij mortuo-
rum corpora.

Herodotus.

C A P V T . III.

De Mumiarum preparatione, id est, de modo condiendi cadavera.

§ I.

Modum condiendi & sepeliendi corpora defunctorum Aegyptijs visitatum fusè describunt Herodotus in Euterpe, & Diodorus Siculus l. i. c. 6. cuius & mentionem amplam fecimus Tomo primo de Politica Aegyptiorum. Eundem ritum Ioannes Nardius Medicus in commentarijs, in Lucretium circa finem fusè describit. Herodoti verba nos hoc loco deducemus. *Luctus eorundem Aegyptiorum ac sepultura tales sunt. Quibusunque domesticis aliquis decepsit homo alicuius momenti, ibi omnis muliebris sexus familie caput sibi & vulcum oblinit luto. Denique relicto domi cadavere, ipsæ per urbem vagantes se plangunt, succinctæ, nudatis mammillis, & cum eis proximæ quaque. Altera ex parte viri, & ipsæ expectorati se verberant. Interim neque lauantur, neque vinum aut cibum, nisi vitem sumunt, neque vestibus utantur splendidis. His actis, ita deorum ad condiendum portant. Sunt autem certi ad hoc ipsum, qui hoc artificium facilitant. Qui cum ad ipsos cadaver portatum est, ostendunt his, qui portauerunt, exemplaria mortuorum lignea pingendo assimilata. Et eorum unum accuratissime fabrefactum esse aiunt, cuius ego nomen, si nuncupauero, haud faciam sanctè. Alterum illo inferius, ac vilioris pretij. Tertium vilissimi. Sepulchrorum tres habentur species, sumptuosa, mediocris, humilis. In prima argenti talentum exponunt, in secunda minas viginti; in ultima parum quid sumptus erogant. Qui funera mortuorum curant, eo exercitio à maioribus tradito, funeris impensam domesticis descriptam ferunt, scrutantes quanti velint celebrari funus. Ante omnia incurvo ferro cerebrum per nares educunt, ut quamque partem educentes, ita locum eius medicamentis explentes. Deinceps acutissimo lapide Aethiopico circa ilia conscient, atque illac omnem aluum protrahunt, mortuum vero exenterant. Soli monstrant, hinc intestina in amorem abiciunt, non absque contestatione. Sol rerum Domine, vosq. Cœlites, qui mortalibus lucis usuram largimini, me accipite, & cœlestibus contubernalem addite; e quidem piè, ac religiosè Numina à maioribus mihi commonstrata, semper, dum vixi, excolui, genituræ meæ austores semper honorui, hominem occidi neminem, aut deposito frandaui, nec aliud quicquam infandum patrani. Quod si quid à me patratum est, edendo, bibendose, quod non oportuerit, id omne non mea, sed buius causâ commissum est; simulque cum dicto arcu, in qua ventriculus erat conditus, in profuentem projiciebat, corpus reliquum, ut purum & labis immune condens. Aluum ubi repurgarunt, ac vino Phœnicio expleuerunt, rursus odoribus contusis referciunt; tum omenta completes contusâ myrrha purâ, & cassia, & ceteris, excepto thure, odoribus iterum consuunt. Vbi hac fecere, salunt intrò abditum septuaginta dies. Nam diu-*

Herodotus.
Diodorus.
Nardius.

Aegyptiorum
modus con-
diendi ac se-
peliendi cor-
pora.

Sepulchrorū
Aegyptiorum
species tres,
sumptuosa,
mediocris,
humilis.
Sumptuosa
sepulchrorū
species.

tius

tius salire non licet. Ex quā septuaginta diebus cadaver, ubi abluerunt, sindone
 byssinā, incisis loris, inuolunt gummi illinentes; quo Aegyptij glutinis loco ple-
 rumque utuntur. Eō deinde receptor, propinquā ligneam hominis effigiem faciunt,
 in qua mox inserunt mortuum, inclusumque ita tibesaurizant, id est, reponunt.
 Hi autem, qui mediocria volunt, nimium fugientes sumptum, ita comparant.
 Chysterem vnguine, quod ē cedro gignitur, complent. Deinde ex hac aluum mor-
 tui, ipsam neque scindentes, neque extirabentes, sed per scissum, prebenso via
 posterioris hiatu, inserciunt: & tot, quot dxi, diebus sale condunt: quorum
 dierum ultimo, cedrinum vnguen, quod prius ingesserant, ex alio egerunt; quod
 tantum habet vim, ut una secum aluum, atque intestina tabefacta educat. Ni-
 trum autem carnes tabefacit, mortuique tantum cutis & ossa relinquuntur. Vbi
 isti fecere, ex quo sic tradidere mortuum, nihil amplius negotij suscipiunt. Ter-
 tia conditura est adornandi eorum mortuum, qui tenuiori sunt fortuna. Dilutio-
 nibus ventrem abstergunt, arefaciuntque sale per septuaginta dies; deinde tradunt
 reportandum. Antequam sepeliatur corpus, predicitur à Cognatis, tūm Iudici-
 bus; tūm defuncti amicis sepulturæ dies. Afferunt verò illum, nomine mortuum
 appellantes, paludem transiturum. Adstantibus Iudicibus amplius quadraginta
 numero, sedentibusque in preparato ultra stagnum hemicyclo, trahitur nauis ad id
 composita ab ijs, quibus ea cura iniuncta est, regente Magistro, quem suā lingua
 Aegyptij Charontem vocant. Vnde & Orpheum (quā de repulō post dice-
 tur) afferunt cum hunc morem apud Aegyptios conspexisset, fixe postmodum
 Inferos, partim que viderat imitatum, partim que ipse commentus esset. Perdu-
 cta in stagnum navi, antequam condatur in arca cadaver, permittitur legi volenii
 mortuum accusare. Si quis comprobatur male vixisse, iudices sentenciam ferunt,
 quā censeit corpus eius sepulchro priuandum. Qui deprebenditur iniuste crimen
 obiecisse, in qua multetur pæna. Cum deest accusator, aut per calumniam
 accusatur constat, Cognati fructu laeti, ad laudes mortui vertuntur; nil de ge-
 nere eius, sicut Græci consueverunt, narrantes (existimant enim omnes Aegy-
 ptij pariter se nobiles esse) sed ordientes à pueritia, in qua vita institutio-
 nem eruditionemque recensent, ad Viri etatem descendunt, eius erga Deum religio-
 nem, iustitiam, continentiam, virtutesque ceteras commemorantes. Inuocatis
 verò Inferis Diis, precantur, ut eum inter piōs locent. Ad quae verba omnis
 multitudo correspōdet, gloriam mortui extollens, tanquam apud Inferos cum
 beatis semper futuri. Sepelunt postea quique suos; hi in proprijs sepulchris; alijs
 quibus ea desunt, domi apud firmiorem parietem arca corporis erecta. Qui ve-
 rò ob crimen, aut faēsus sepultura prohibentur, domi absque arca poruruntur.
 Quos posteri ditiones facti, ac debita ego crima luentes, honorifice sepeliunt.
 Gloriantur enim Aegyptij suos parentes maioresue magnificè esse sepultos.

§ II.

De Mumia.

Mumia, vox
 persica, signi-
 ficat corpus
 exsiccatum &
 conditum.

Mumia siue موما vox Persica est, & idem notat, quod exsiccatum
 cadaver certa ratione conditum, corruptionis expers. Cuius
 virtu-

viriutes tametsi complures Medicorum copiosè descripserint, nulli tamen fuerunt, qui eorundem condendorum rationem ac methodum non dicam tradiderint, sed nè attigerint quidem. Plerique cadavera, quas Mumias vocant, nullâ certâ conditûrâ præparari, sed solo naturæ puro puto artificio ad hunc incorruptionis statum peruenire putant, eo, qui sequitur, modo. Est in TransNilana Africæ regione desertum ingens, sabuli, arenarumque cumulis in immensum exorrectum, vnde & sabulosi maris non immerito nomen obtinuit; hæ squidem arenæ ventis concitatæ tam sœuas subinde tempestates mouent, vt arenis in cliuos aggestis, turbinum violentia, & iumenta & viatores vnâ cum mercibus suis, nullâ euadenti spe relictâ, viuos sepeliant. Expertus est, Herodoto teste, huius fabulosi maris sœuitem Cambyses, toto ferè exercitu, in expeditione ad Ammonios facta, æstuantis arenæ impetu absorpto. Refert Pomponius Mela de rupe quadam in hoc deserto existente, Austro consecrata, quæ simul atque vel manu tacta fuerit, Austro mox prouocato sœuissimas procellas moueat, sabulo in tantum intumescente, vt pelagus vndarum vorticibus, fluctuumque æstibus concitatum videri queat. Hanc rupem dum olim Sylli inconsultius adeunt, siue occultiori naturæ impetu, siue Magicis incantationum præstigijs, vento mox exidente, & fabulosos cogente montes, ad vnum omnes extincti feruntur. Est & in hoc deserto Ammonium Oraculum, & Serapium, Sphyngesque ingentes, quarum aliæ usque ad caput, aliæ ex diuidio arenâ obrutæ, Strabone teste, spectantur. Hoc itaque celeberrimum Oraculum consultatus olim Alexander Magnus, dum pleno aleæ itineri se accingit, ad illud quidem incoluis peruenit, sed quos milites ex suo exercitu non fabulosi pelagi turbines, hos æstus sitisque consecisse traditur. Sed vt vnde digressus, reuertar; in hoc fabuloso deserto dicunt nonnulli Mumias solius naturæ industriâ confici; dum aiunt, viatorum deserti tempestibus extinctorum corpora tūm Solis, tūm feruentissimæ huius arenæ pinguioris virtute, longo tempore siccata tostaque in hunc statum ædæcias degenerare. Sed tametsi subinde, in hoc Lybiæ deserto, huiusmodi à Sole exsiccata corpora reperiantur, illa tamen minime Mumiae dicendæ sunt; cùm Mumia propriè cadauer sit singulari arte conditum. Quæ qualis sit, iam aperiamus.

Haly Medicus Arabs, in suo de medica humani corporis virtute libro, Mumiarum haud infreuerter meminit, easque incorruptionismunus, solius Asphalti, Opopalsami, Myrræ, simillimumque specierum beneficio adebras esse asserit; quod tamen non de omnibus, sed ditiorum corporibus dicendum est. Certè solertissimus Philosophus & Medicus Ioannes Nardius hoc præ cœteris in Mumijs, tūm quas proprias domisue, tūm quas Magnus Dux Hetruriæ in Ergasterio suo opulentissimo tenet, experimentum sumpsit; corpora squidem fascijs suis euoluta summo studio dissecuit, at præter Asphaltum nullo alio Aromatici generis apparatu condita repérerit. Verba Authoris hic apponenda duxi; sic autem sol. 635 Commentariorum in Lucretium ait. *Sperans olim mirans*, fra-

Africæ soliu-
do dicta ma-
re fabulosum.

Herodotus.

Mela.
Rupes Austro
consecrata in
Africæ soli
rudine fabu-
loza.

*Sphynges in
deserto & are-
nis Africæ,
Strabo.*

*Mumiae non
sunt cadavera
Solis ardore
siccata in Li-
biæ deserto.*

Nardius.
Mumiae Ag-
phalto solo
seu gummi
condiebantur

fragrantiam à medicato funere, tot tantisque infarto aromatibus: Verum spes me fecellit, solaque fuit obvia gummi graueolenti post denudatum cadauer. Quanquam verò non unius illud erat fortis, & vetustati licet plurimum darem, attamen non nisi gummi vestigia, quin coactas homogenei gummi glebulas, in ventre recens dissecto, obseruauit. Sciscitor interim curiosus caluariam, eodemque gummi intus illitam deprehendo: tunc verò me operam lufisse omnem liberè sum fassus; dum partes cadaueris singulis attentius examino, altèque gummi imbibitas video. Fregi, discerpsi, ossibus neque pepercit, gummi ubique redolent atque sapient. Serus ego damnaui tandem propriam crudelitatem, longumque valedixi

*Salis copia conditus corporibus adiuncta non redit illa incorruptibilia.
Baronius.
Historia de cadauere in salinis reperito.*

*Ægyptis technis. Quonam igitur modo solo Asphaltō aut bitumine corpora incorruptionis donum consecuta sint, dubium est. Multi putant, salis adiuncti copiâ conseruata; at hoc subsistere non potest, cùm salita corpora facile diffluant, vti ex historia patet, quam & Baronius ob euentum memoria dignum, historiæ Ecclesiasticæ inseruit. Dum in montibus Salisburgi fossili sale prægnantibus, fossores in subterraneis antris in fossam salinâ aquâ refertam, & satis profundam inciderent, aquamque in usum coquendi salis deriuarent; contigit, vt inter euacandum, humanum in ea corpus detergerent, prorsus integrum incorruptumque; cutis colore prorsus niveo candebat; oculi aperti vitam ipsam spirabant; capilli pilique suis locis ab omni corruptione immunes; cœterum totum corpus rigidum ad instar saxi. Stupescetis ad tam inusitatum naturæ prodigium fossoribus, res ad Bauariæ Ducem delata fuit, qui & ipse rei nouitate attonitus, portentique videndi desiderio percitus, illud prope diem ad se deferri præcepit. Quod ubi factum, & iam triduo hoc salis figmentum, omnium oculis expositum fuisset; ecce id tandem aëris veluti impatiens intra paucos dies, in aquam resolutum, suoque elemento restitutum prorsus diffluxit. Ex qua historia satis liquet, corpora salitaramet si certo tempore corruptioni resistant, longo tamen tempore defluere. Cùm itaque, teste Nardio suprà laudato, totum corpus Asphaltum seu bitumen oleat; id eo conditum, luculentum indicium est. Quomodo verò, & qua arte & industria hoc peractum sit, & quomodo per intimam substantiam corporis bitumen imbibitum, in duram & consistentem essentiam degeneret, id quidem difficile cognitu, at non inscrutabile. Nardius rem acu tetigisse videtur. Verba eius sunt: *Quandoquidem Asphaltus liquabile mistum est, caloreque præsente mollescit, præsertim si congener accedit substantia auxiliares in partes, quale est fluidum bitumen, quod Naphtam appellant. Vt igitur congruo in lebete iungebantur hæc simul, igne cogente, bituminoso immergebant balneo cadauer, macerabantque tardius, donec altè imbibisse conicerent contubernalem liquorē. Neque controvertere fas est, dum hæc agerentur, an pepercit tunc ignis cadaueris adipi atque carnis: par namque est credere, bis liquefcentibus insigne accessisse auctarium arefcenti bitumini. Non est nostrum in præsens litem dirimere de viribus Mumie, cuius debeat celebratæ dotes, Asphaltone, an cadaueri; & si non dubitem, valere indicatam miscellanum turbas omnes plenissimè sedire, finemq; controversijs imponere. Exemptum tandem inde cadauer deponere cogitant superfluum bu-**

*Asphaltō seu bitumine qua ratione condita fuerint cadauera.
Nardius.*

morem calidi ambientis opera, dum interim illius membra ad libitum componerent. Quæ verò me inducunt, ut prænarrato adhæream artificio, sunt æqualis illi bituminis distributio in singula membra, compacti adhuc bitumine crines, cilia, superciliaque in frustula eiusdem bituminis comæ nonnunquam hærentia. Acque hanc ego arbitror fuisse condiendorum, atque à corruptione conseruandorum corporum methodum; quam & apud Arabes me legisse memini; & consentiunt quæ & ego sæpenumero in Mumijis Petri à Valle obseruaui. Iam cryptas, in quibus condi solebant paulò antè dicta præparata corpora, examinemus.

C A P V T IV.

De Cryptis, locisque subterraneis, in quibus condi solebant Mumiae, siue medicata corpora.

Non satis erat Ægyptijs, cadauera dicto aromatum apparatus adorare, sed nè imposterum aëris, aquæ, caloris, temporumque iniurij, aut animalium insidijs corroderentur, summâ fanè cautelâ, non in locis inundationi Nili expositis, non in patentibus campis latrocino peruijs, sed vel in æternum duraturis pyramidibus, vel in cryptis subterraneis summo labore in rupe viua excisis, vario priùs inuolucrorum fasciarumque amictu summâ ac vix imitanda industriâ velata infarcinataque reponabant. Sed locum condiendis corporibus destinatum priùs, deinde singula ornamenta exploremus. Locus cœmiterij, erant cryptæ subterraneæ, ex viuo, vt dixi, Alabastro excisæ, varijs concamerationibus, veluti ingentibus aulis discriminatæ, tam multiplicibus ambagum, viarumque gyris intricatæ, vt labyrinthus videri posset: cuius Ichnographiam non ita pridem ad me transmisit sæpe laudatus Titus Liuius Burattinus, qui pro laudabili sua curiositate, non sine sumptibus, dum Ægypti antiquitates inquirebat, & has quoque cryptas penetrauit, omnia singulari studio delineauit, delineata ad me, pro suo singulari Reipublicæ literariæ promouendæ zelo, transmisit. Verùm antequam figuram exponamus, eius primùm hoc loco epistolam Italico sermone conscriptam, deinde Ichnographiam subterraneæ fabricæ, hic apponendam duxi, ex qua Lectori curioso cuncta luculentius patebunt.

Gryphae in
quibus Mu-
miae reponen-
banour.

Epistola Titi Liuij Burattini ad Authorem huius Operis, in qua quicquid circa subterraneas cryptas notatu dignum obseruavit, exactè describitur, vnâ cum Ichnographia earundem.

Circa le Mumie sono diuerse opinioni, fra le quali la più commune è, che si ritrouino fra l'arene nell' Arabia deserta, e che siano di quelli corpi, che sono sepolti in quelle quando spirava il vento Austral. Quanto questi s'ingannano, non occorre manifestarlo, essendo notissimo l'errore loro à quelli, che sono stati nell'Egitto; essendo che le Mumie non sono altro, che li corpi imbalsamati delli antichi Egittij, delli quali ancora oggi si ne ritroua nelle cause tanta gran quantità, special-

Epistola Titi
Liuij Buratti-
ni de cryptis
Mumiis.

mente sotto, oue già era la famosi Città di Memfi, li quale era posta frà le pyramidì di Giza, e quelle delle Mumie, delle quali ne darò quel più minuto e vero raglio, che per me si potrà. Ogn' uno, che di leggere l'antiche historie diletto si prende, hauerà veduto, che doppo hauere li antichi Rè dell'Egitto, chiamati in loro lingua Faraoni, habitato per longo tempo nella famosissima Thebe, fabricarono poi la Città di Memfi dalla parte di Tonente del Nilo, essendo stata quella dalla parte di Leuante, oue poi habitarono fino al tempo d'Alessandro Magno, dal quale fù poi fabricata la Città appresso il mare Mediterraneo, che d'il suo nome fù detta Alessandrii, nella quale habitauano Tolomeo Lago suo Capitano con li suoi successori. Memfi adunque fù l'ultima Metropoli delli antichi Egittij, e per consequenza appresso quella si vede maggior vestigio dell'anticità di quello si vede in niun altro luogo, perche li Greci usauano altre ceremonie nell'esequie delli loro morti, che non li Egittij. Sotto, & attorno dove era quella Città, si vedono grandissima quantità di caue, oue sepeliuano li loro morti, tanto dell'ordine de'Sacerdoti, quanto quello de' Cavalieri; nelle quali entrauano per un pozzo quadrato, mà tanto largo solamente, quanto un huomo può allargare un piede dall'altro, mettendo li piedi nelli buchi fatti dalle parti per quest'effetto, e che dal disegno si vede. La profondità frà di loro è diversa, secondo che più e meno cauano, non hauendo però veduto di minor profondità, che di sei huomini; auuertendo che tutte queste caue sono fatte nella pietra, laquale è assai tenera, e di color bianco, e in questi deserti cauandosi sotto l'arena non più che per un braccio, immediatamente si ritròia la pietra, nella quale, come di sopra lò detto, cauano li loro sepolcri, per li quali tutta la Città di Memfi restava vuota con molto spacio ancor all'intorno di quella. Smontati nella caua si ritroua un buco quadrato della capacità della caua, nella qual s'entra, ma chinato per la sua bassezza; la longhezza sua è varia, essendo in alcuni luoghi longo diece piedi, in altri quindici, & in altri più e meno. Alla fine di questa s'entra in una stanza quadrata fatta à volta, ogni lato della quale è intorno 15, e 20 piedi, e nella metà d'ogn' uno di questi quattro lati vi è della medesima pietra fatto un focolare longo incirca piedi cinque, largo dici e mezze, e alto uno, e sono uno di rimpetto all'altro: sopra li quali poneuano li loro morti, posti alcuni in casse di pietra della sorte del medesimo monte, & alcuni di casse di legno di fico moro, il quale ha per natura di mai tarlarsi. Queste casse tanto di pietra, quanto di legno, sono fatte à guisa della figura humana con le braccia distese come noi sepeliamo li nostri morti, tutti adornate di gieroglifici, & indorate; come ancora sono adornati di dentro li corpi inbalzamati, molti delli quali hanno sotto la lingua una piccola lametta d'oro, di valore al più di doi o trè Ongari; per ingordigia della quale li Arabi guastano tutti quelli corpi che possono ritrouare intatti, in molti delli quali non ritrouano nulla; e poi il rimanente del corpo vendono per vilissimo à Mercanti Maumettani, delli quali corpi nella Città di Cairo ne sono in grandissima quantità, che da Mercanti Christiani sono comprati per condurre in Italia. Tutte le casse di questi cadaveri hanno dal capo un Idol, e da piedi un Uccello, che pure adorauano; nel muro poi sopra la cassa, in alcune di queste caue sono delli gieroglifici, li quali credo fossero Epitafij scritti in lode delli defonti. In molte di queste stanze vi sono ancora oltre le quattro casse principali poste sopra le pietre, altre ancora poste in-

Memphis
multa anti-
quitatis vesti-
gia retinet.

Cauernae cir-
ea & infra
Memphim.

Cauernarum
Memphiticarum
varietas
& profunditas.


Cauarum
Memphiticarum
forma.

Capse Mumia
rum e laco,
aut ligno.


Aurea lamina
sub lingua
Mumiarum.

Capsarum
ornatus &
hieroglyphica

Inseratur tom. III. inter folia 400. et 401.



me occurunt. Hanc vocamus Osiriacam, illam Momphto-Mendesiam;
Ecc 2 & hic



Quæ omnia lustravit et delineauit in Aegypte Titus Ianus Burrattinus Regis Polonice Architectus

curarvi le quattro caffè principali poste sopra le pietre, altre ancora poste in
ter-

terra, attorno quelle, e specialmente Bambini; e se deue auvertire, che di queste stanze, che corrispondono a vn pozzo, saranno 25, e 30, più e meno, vni a presso l'altra, poste nel modo, che dal disegno si vede; e perche non v'è altra luce, ne altra entrata, che il pozzo dalla prima stanza, ouero eaua in fuori, non v'è luce veruna, per questo bisogna portar seco delle candele, e buona guida, altrimenti si va a pericolo.

Quæ Burattinus haec tenus narravit in epistola sua, in hoc præsenti schematismo exhibentur. Ichnographia monstrat structuram cryptarum, vna cum abacis quibus corpora capsulæ inclusa imponebantur. Hoc in loco Ichnographia nouem cameras exhibit vacuis spatijs signatas, cuiusmodi vna est D, omnesque sunt æquales; singulæ habent in quatuor lateribus abacos marmoreos eius magnitudinis, quæ receptaculo, quo Mumia condebatur, recipiendo capax esset; hi abaci, vti & quatuor parietes singularum cavernarum in Ichnographia, signantur numeris 1, 2, 3, 4; quæ verò litera X notantur, murorum vestigia, supra quæ parietes assurgunt, significant. Hæc verò exactius spectantur in Scenographia, in qua S & T duæ cameræ sunt fornicibus suis instructæ. Intra quatuor muros cameræ S vides quatuor abacos A, O, P, K, quorum singuli sua medicata funera, id est, Mumias, eo quo scripsimus apparatu exornatas, continent. His ut plurimum Idola spectantur apposita, & sunt fasciati quidam pueri tutelarium Deorum statuæ, ad caput; ad pedes Accipitrem reperies (de quibus fusiùs in sequentibus) horum enim assistentiâ corpus ab omni violentia immune futurum credebant. Secunda camera T totidem abacos continet, qui signantur literis L, M, N, B, in quibus medicata corpora posita vna cum Tutelaribus Dijs ijs appositis, vides. Q & R literæ duarum aliarum vestigia camerarum monstrant, & locum abacorum G & H; G monstrat accessum seu aditum in alias & alias cameræ, quarum tantam esse multitudinem olim mihi retulit Michaël Schatta Ægyptius Coptita, earum sedulus inspector, vt ad multa millaria se se extendant, & numero & magnificentia Romanis cœmeterijs multò superiores; imò addidit nouas & nouas quotidie detegi. Hinc nonnulli in ea opinione sunt, subterraneos huiusmodi meandros ad ipsum Ammonio Oraculo ac Serapæo celeberrimum locum, magno Sacerdotum eò ultro citroque commeantium, & ab omni Solaris æstus, arenarumque turbinibus immunium commodo, fuisse exorrectos. Quod haud vero absimile ei videbitur, qui multa alia Ægyptiorum opera penitus fuerit contemplatus. Imò recitant nonnulli Arabes alibi citati, Heliopolim Memphi vnitam fuisse per occultum meatum, vel infra Nili aluum stupendo opere structum.

Sed ad cryptas reuertamur. Habent singula latera in quali figura, hieroglyphicos schematismos incisos, qui in Scenographia literis E, Y, Z, F, signantur, & nihil aliud sunt, quam schemata, quas nos in Obeliscorum interpretatione sacras tabulas appellauimus; quarum prior E, & posterior F prorsus eadem sunt cum illis, quæ in Obeliscis frequentissime occurrunt. Hanc vocamus Osriacam, illam Momphto-Mendesiam;

Ichnographia
& Scenogra-
phia camera-
rum in qui-
bus Mumie
condebantur

Cavernarum,
in quibus
condebantur
Mumie, nu-
merus in-
gens.




& hic appositis, & ex dictis Obeliscis de prom-
ptis schematismis responderet. Reliquæ verò
duæ Y & Z, quarum prior baculum Hirundo
capite cum cycloide & hydro-schemate, altera
Scarabæo cum globo insignitur, pariter ex Obe-
liscis excerptæ sunt, & ter in Obelisco Helio-
politano reperiuntur; quarum interpretatio-
nes cùm in citatis locis adductæ sint, ea Lector
consulat. Cur autem hæc hieroglyphica Nu-
mina obliquo situ, non recto, muro incisa sint,
eo Numinum tutelarium inclinationem sym-
pathicam, quam ad corporum conseruationem
habebant, occulto veluti symbolo notabant.
Erant enim hæc sacra quædam amuleta, magnæ
apud ipsos efficaciam & virtutis, ut suis locis
probatum est, ut proinde mirum non sit, ea
veluti prophylactica quædam funeribus fuisse
apposita, ad conseruationem corporum uincè
conducentia.

Quæ omnia confirmant, quæ Excellentissi-
mus Nardius in suo Lucretio adducit, & de-
memoratis subterraneis Ægyptiorum cœmiterijs memorat. Quorum
quidem situm & dispositionem sequenti figuræ luculenter sanè expressum
contemplare. A Memphis moderna, quæ Cayrus; B rudera antiquæ
Memphis seu Babylonis; C Nilus ab Austro in Aquilonem præterfluens;
D lapis cælatus, operaculum putei; E ostium per quod descendit in
camerata cubicula; F Arca lapidea hieroglyphicis signata, cūslōs alte-
rius lignæ G; quæ visenda exponitur vñà cum simulachro stante, & tu-
telaribus Numinibus. Per E puteum descendit seruus, apprehenso fune
insidentem humeris herum portans; hunc vbi depositus, primò in imo
putei latere foramen occurrit, per quod repentes, magnificum ingredun-
tur cubiculum cameratum, cuius in medio sita erat arca illa marmorea,
magnifico funere grauida. Hinc varia in cubicula multiplex patet ady-
tus, ita ut subinde de reditu periclitetur viator, nisi filo Thesei ad exem-
plum vtatur Ariadnæ. In hac Crypta seu hypogæo adeo tutè collocaban-
tur corpora, ut nec Nili inundatio, nec humiditas, quæ in torrido solo
nulla est, quicquam officeret; fauebat artificium industriæ, plurima de-
super congesta arena, quibus incognitus reddebat & locus, & loca-
tum. Quæ omnia Excellentissimus Vir Petrus à Valle confirmat in Iti-
nerario suo fol. 372. his verbis.

*La mattina non era ancora vestito, che hauua più di cinquanta contadini
attorno; e chi mi portava idoletti, chi diceva di menarmi in un luogo, e chi in
un altro: io davo spaccio a tutti; e mi uinai allegramente. Hauua con me,
senza questi contadini, venticinque o trenta huomini; perche oltra i miei, e
alcuni soldati, che hauua menato per guardia (che i luoghi non son sicuri) molti
amici*

amici del Cairo mi si erano anche affilati appresso, quando seppero, che voleua andare, per la commodità, e per la sicurezza; E' io di buona voglia li haueno con-

Tab.I.



dotti. Andarono dunque tutti armati come San Giorgi, che pareuamo vn'essercito. Giunti alle Mumie, andai scoprendo vn poco il paese; e viddi essere una campagna grandissima, come le altre, di arena: E' in essa, a passo a passo, per sepol-

Belonius.

Belonius.

polture, non Piramidi, ma vi furono fatti anticamente di fabrica sotto terra infiniti pozzi profondissimi; nel fondo d'quali attorno attorno in volta, come nelle nostre cisterne, vi sono pur di fabrica alcune tombe, o grotticelle basse; dentro alle quali riponeuano i corpi accommodati come appresso dirò, e sotterrati, per conseruarli meglio, nella medesima arena; con la quale poi riempiuano anche il pozzo, e lo copriuano tanto alto al pari del terreno, che non si vedea, nè si cognoscea doue fosse. Et in uno di questi pozzi si poneuano molti e molti corpi, che douenano esser forse tutti di una famiglia, o parentado; come facciamo noi, che per tutta la nostra gente hauemo particolari sepolture. Che fosse così, lo sò e per la relatione del Belonio, e per molti di questi pozzi aperti, e voti, che io viddi nella campagna; le Mumie, ouero corpi sotterrati d'quali, da i contadini, che di continuo li vanno cercando, erano stati in diuersi tempi trouati e cauati. Non mi curai di scender, come fanno molti, e come dubito, che facesse il Bellonio, in alcuno di quei pozzi voti; perche il mio principal desiderio era di vedere i corpi come stanno, per poter parlar di veduta, e non di vdito da quei contadini ignoranti. Però, lasciando i pozzi voti a parte, e hauendo quantità di lauoratori prattichi con me, volsi far cauar da quelli in luoghi nuoui, per trouarne alcuno pieno, e non più tocco, se fosse stato possibile. Ma perche, non sapendosi doue siano, bisogna cercare alla ventura; considerai doue il terreno mi pareua manco mosso, e men tastato (che si conoscono i segni, doue tastano molte volte i contadini, e non trouano) e là, in diuersi luoghi, che mi paruero più a proposito, diuisi i miei lauoratori, sparsi per una gran parte della campagna; e per dar loro più animo, piantai là in mezo il mio padiglione, con determinatione, e promessa, che non sarei partito da quel luogo, se prima non huiessi trouato qualche cosa. E perche io solo non poteua esser per tutto, misi in guardia ciascuno degli huomini miei ad una di quelle caue, che si teneuano, per assicurarmi di ogni fraude; e accioche mi chiamasse subito chi prima hauesse scoperto sepoltura, o cosa di bello. Mentre si attendeva al lauoro con feruore, uno di quelli contadini, che dalla sera si era lasciato intendere di hauer non sà che cosa da vendermi, si accostò alle orecchie del mio Interpret, e gli disse pian piano, che egli hauea una Mumia intera e molto bella, che se io la voleuso comprare, me l'hauerebbe mostrata, che era là vicino: ma che non voleua, che lo sapesse alcuno degli altri contadini, perche hauerebbono voluto participare essi ancora del prezzo, che così deuono usar frâ di loro: però che se io voleua vederla, bisognava, che andassi senza loro doue egli mi hauerebbe guidato. Rapportatemi queste parole dall'Interpret, fui subito contento; e lasciato bon ordine a tutti quei, che cauauano, presi con me Tomaso, e'l Pittore, e seguitai a piedi il contadino, co'l quale vennero anche due o tre suoi parenti. Ci fecero caminar più d'un miglio, e forse due; parendo a me molto lontano, quel che egli, accennando co'l dito, diceua sempre qui, qui, qui, assai vicino. Arriuammo finalmente in un luogo, doue presso ad un pozzo cauato, che mi disse essere stato scoperto da lui tre o quattro giorni prima, di dentro a certa rena, sotto alla quale la teneua nascosta, cauò una Mumia, ouero corpo intero di un huomo morto, che, per essere benissimo conseruato, e curiosissimamente adorno e composto, a me parue cosa molto bella, e galante. Quæcunque hoc loco narrat

Pe-

Petrus à Valle, consentiunt ijs, quæ & olim Bellonius, & nuper Burattinus detexit. Afferunt præterea Arabum monimenta, tantam esse horum meandrorum multitudinem, ut quemadmodum suprà diximus, sese vñque ad ipsum Ammonij Oraculi templum extenderint; atque adeo totum hoc arenosum pelagus, subitus vacuum sit, innumeris distinctum corporum defunctorum receptaculis. Certè qui veteris Memphis vastitatem, incolarumque frequentiam apud citatos Authores legerit, facile sibi persuadebit, minimè vero absimile esse, quod tot Authorum testimonijs stabilitum est. Sed ad propositum. Pergit deinde Author minutim detectas Mumias describere, quarum prima signatur litera A. in præsenti figura.

A



B



La Mumia dunque scoperta, si vedeva effer l'huomo disteso, e nudo: ma fasciato strettamente, e auolto in una gran quantità di panni lini, imbalsamati con quel bitume, che incorporato poi con la carne, fra di noi si chiama Mumia,

Ioann.

mia, e si dà per medicina. Quelle fasce, e legami mi fecero souuenir subito di Lazaro risuscitato, che è facil cosa, che stesse in questo modo. V'era di più, sopra'l corpo attorno attorno, vna copertura de' medesimi panni, tutta dipinta, e dorata, che era molto ben cucita, e impegolata, come io credo, da tutte le parti, e sigillata da ogni banda con molti sigilli di piombo; cose tutte, che davan indizio di persona di rispetto. Ma, quello che importa, nella parte di sopra del corpo, che per la quantità degli auuolgimenti, veniva ad esser piana, quasi come il coperchio di vna cassetta, vi era dipinta vna effigie di huomo, di età giovanile, che senza dubbio è il ritratto del morto; e era adornata nell'habito, e da capo a' piedi, con tante bagatelle fatte di pittura, e d'oro, contanti hieroglifici, e caratteri, e simili capricci, che V. S. mi può credere, che è la più graticosa cosa del Mondo; oltra che gli huomini curiosi di lettere ne possono causar mille argomenti per la certezza delle antichità di quei tempi. Il vestir di quest'huomo si vede esser lungo fin' al collo del piede; e mostra, che era di panni lini, de' quali a punto habbiamo in Herodoto, che gli Egitti antichi del suo tempo usauano di vestirsi: però l'habito di costui, sopra'l bianco del lino, si vede esser tutto sparso di piastrelle d'oro, con vari ornamenti di gioie, e di segni, o caratteri ignoti, in quelle impresse. La testa è pur coperta d'ornamento d'oro, e di gemme, sotto al quale si vedono spuntar fuori i capelli, neri, e ricciutelli; e così anche nera, ricciuta, e poca bâ la barba: a che, come anche al color del viso, e delle mani, che è bruno assai, e a punto di color di terra, non dissimile a quello de' i più chiari Ethiopi, mi par di poter credere, che costui fosse nativo delle parti dell'Egitto superiori, e più meridionali, e non di quelle del Delta, dove gli huomini di ordinario non arriuano ad esser tanto bruni. Si conosce chiaramente, che era persona grande, tanto a gli ornamenti degli ori, e delle gioie, che di sopra hò detti; quanto a quei sigilli di piombo, che pendono d'ogn'intorno da i lati della inuolcura del suo corpo, ne i quali par che si mostri più che ordinaria premura della sua conseruatione; e nella impronta di essi, che non bene si scorge, par, che vi sia scolpito vn'animale. E indizio ancora della qualità grande della sua persona, vna collana di oro, che porta al collo a guisa de' nostri Tosoni; in mezo alla quale, sopra'l petto, stâ attaccata, come gioiello, vna piastra grande d'oro, che rappresenta la figura di vn'uccello, e dentro in mezo è scolpita con vari segni non conosciuti. Secondo Diodoro Siculo, i Pretori de' Giudici portauano anticamente in Egitto di sì fatte collane, col sunolacro della Verità: forse costui era uno di quelli: e forse l'effigiato uccello, che porta al petto, o un tal segno della Verità, o altra somigliante cosa, vuol significare. Nella man destra, tiene vna tazza d'oro, piena di liquor rosso, che, o sia vino, o sia sangue (se ben vino credo io più tosto, conforme a i detti di Herodoto) hò per certo, che denoti qualche libamento di sacrificio. Con la sinistra (in due diti della quale, cioè nell'indice, e nel piccolo, ha vn'anello d'oro per ci asciugano, negli ultimi articoli presso alle unghie) tiene vna certa altra cosa, di forma come ouata, e di colore scuro, che, se io non m'inganno, mi par, che sia vn di quei frutti, che in buon Toscano si chiamano Petronciani, ma da i Lombardi son detti Melanzane, e in Roma dal volgo Marignani; e, se mal non mi ricordo, in lingua grossa Napolitana Molegnane: e l'tenerlo costui in mano, baurà pur qualche misterio. Le gambe, e i piedi, gli ha nudi, solo con sandalij neri, che non cu-

Herodotus.

Diodorus.

Herodotus.

pro-

prono altro, che li pianta del piede; e passando vn laccio di essi pur nero, che vien di sotto dalla suola, fra'l dito grossj, e l'altro dito al grossj più vicino, si allacci con due orecchiette, che vengono di dietro dal calcagno, e fà ornamento sopra'l piede, con una graticia cappietta. Pergit iam describere Author, vocabulum εστχει in pectorali fascia descriptum, & est vox Ægyptiaca, & idem notat, ac prosperetur, uti alibi copiosè ostendimus. Ex quo patet, Ægyptios hieroglyphicis suis subinde voces quasdam patris idiomate immisuisse; quod cum multi negent, iij aperte vel ex-hoc paradigmate conuinci poslunt. Vide quæ de hoc argumento varijs huius Operis locis tradidimus, & ipse Petrus à Valle sequentibus verbis demonstrat: Il più curioso, che vi sia, è una fascia, come alla cintura; dove con tinta nera, in lettere Egittie, delle quali appresso parlerò, è scritta questa parola εστχει, cioè Eutiche, ò Eutichio, che, come c'insegna la lingua Greca, significa Buonaventura, che io non posso credere altro, se non che sia il suo nome proprio, & l'essere scritto per I in ultimo, e non per H S, come in Greco dourebbe stare, sarà forse corruttione Egittia; come anche Egittia è la lettera Σ, che essi hora chiamano Dei, usata qui in vece della T; Σ è senza dubbio quel famoso Tau degli antichi Ebrei, e di altre nationi, in forma di Croce, secondo Origene, e San Girolamo, che è il segno degli eletti, accennato nell' Essodo, e nell' Apocalisse, ma più chiaramente in Ezechiele, la figura del quale gli Ebrei più moderni, in odio della Croce, come ben dice il dottissimo Genebrardo, fra i loro caratteri, in altra figura, nel modo, che l' usano hoggi, militiosamente hanno mutata. Potrebbe essere ancora, che quella parola εστχει fosse Verbo, in modo Imperativo, Σ in seconda persona, ò pur in terza; dato che, per qualche ragione della lingua Egittia, in questo differente dalla Greca, non ripugnasse a ciò la terminatione della ultima sillaba; e che volesse dire: Sia felice: motto usato per ventura di dirsi all' hora a i morti per ultima ceremonia, quasi come oggi il nostro, Habbia pace, ò Vada in pace: nel modo a punto, che Enea, mandando il corpo di Pallante al Padre Σ alla sepoltura, nell'inuiarlo, viene indotto da Virgilio a dir, per ultimo,

Origenes.
S. Hieron.
Exodi.
Apocalypsis.
Ezech.
Genebrardus

Salve æternum mihi maxime Palla,
Æternumque vale.

Virgilius in
Aeneid.

Comunque sia, vedendo io una cosa tale, bebbi un gusto grandissimo: feci il prezzo co'l contadino, e contentandomi egli di darmela per tre pi stree, gliele diedi subito profumatamente, facendomi quasi coscienza, che fossero troppo poche. Gli domandai, se ne haueua più, che di gratia facesse presto, Σ me le mostrasse. Mi rispose, che dentro al pozzo ne haueua un'altra, non men bella: gli dissi, che la lasciasse stare, che vo'eu a calare io a vederla giù; ma egli, allettato dalla prima vendita, tanta era l'audità, che haueua di toccar presto i denari della seconda ancora, che non mi volse dar tempo, e mandato giù nel pozzo uno de'suoi compagi con una corda, la fece subito tirar fuori in mia presenza. Progreditur iam Valleus ad secundam Mumiam describendam, quam nos in figura signauimus litera B, & fœminæ mentitur figuram. Quibus vero symbolis, characteri-

bus, ornamenti fuerit insignita, sequentibus ininutâ relatione describit. Era quest' altra ancora parimente bella, e accommodata nel medesimo modo; ma il ritratto di sopra (e questo mi piacque più) era di vna donna giovenile, che senz' altro doveua essere, ò la moglie, ò la sorella dell'huomo già cauato; perche i contadini mi dissero, (e io ancora viddi il luogo) che stauano amendue nel medesimo luogo della tomba, uno a lato dell'altro. L'habito della donna è assai più ricco d'oro, e di gioie, che non è quello dell'huomo. Nelle piastre d'oro, che vi sono sparse sopra, oltre degli altri segni, e caratteri, vi sono anche scolpiti certi uccelli, e certi animali, che a me paiano Leoni; e in vna più giù nel mezo, un Bue, ò Vacca, che sia, che deue esser simbolo di Apis, ò d'Iside. In vn'altra, che penude al petto dalla più bassa collana, perche di collane ne ha molte, vi è l'impronta del Sole. Ha di più i pendenti alle orecchie con gioie: maniglie doppie alle braccia, e anche alle gambe: anelli molti in ambedue le mani, cioè nella sinistra, un per dito, in tutte le dita, fuor che nel grosso; e nell'indice vn'altro ancora nell'ultimo articolo presso al vnglia; e nella destra, due solamente, ambedue insieme al luogo solito nel dito, che si chiama dell'anello. Con la man destra tiene vn vasetto d'oro assai piccolo, quasi della forma di quei boccali, co' i quali in Roma si suol dar l'acqua alle mani a mensa; e par che lo tenga come scherzando con due sole dita. Nella sinistra tiene come vn mazzo di certe cose lunghe, erononde, che io non sò conoscer quel che siano: tanto più, che per far velere in qual modo le Mumie stiano sepellite nella rena, questa della donna non la hò nettata affatto della rena: anzi à bella posta ve l'hò lasciata in molti luoghi attaccata, il che però in quei luoghi offusca vn tantino la pittura. Il color della donna è vn poco manco bruno di quello dell'huomo: essa ancora ha i capelli neri, e più tosto ricciutelli, che altro, e per tutto intorno al viso scoperto: neri medesimamente gli occhi, e le ciglia, che son grosse, e congiunte, conforme anche hoggidì le hanno in questi paesi: così ancora ha gli occhi molto aperti, e grandi, e par che le palpebre siano vn poco infoscate sotto e sopra, che forse deue esser con lo stibio, come pur' infin' oggi è uso molto familiare di portarle frà tutte le Orientali, al modo che conta la Sacra Scrittura dell'antica Iezabel. Del resto, non d'uo tralasciar di dire, che la pittura, tanto dell'huomo, quanto della donna, non par, che si di buona mano: ma di quella maniera a punto, della quale vediamo in Roma alcune figure di Santi di quei tempi bassi e rozzi. Nè verò quicquam ad subterraneam locorum constitutionem omisisse videretur; magno sanè animo fese, ad singula curiosè obseruanda, intromisit; quænam verò aut qualia in sepulchris obseruauerit, sequentibus verbis describit. Io contai subito al contadino altrettante piastre, prima che egli me le domandisse; e gli dissi, che mi aiutasse a scendere, che io voleua calar nel pozzo in ogni modo. Ma perche era molto alto. (secondo me, da cinquanta, ò sessanta palmi, se non più) e era tanto largo, che io, che non son Gigante, dubitava di non poter stender le gambe, che arriuassi co' i piedi di qua e di là, e così le mani a tenermi ne i sassi; non fidandomi di vn'huomo solo, che era giù, per sicurezza di non rompermi il collo, feci calare vn'altro, che venisse con me aiutandomi di sotto; e Tomasetto ancora, che andasse prima giù con qualche pezzo di arme, per ogni buon rispetto. Legatomi poi ben bene nella cintura con vna corda, che la raccomandai a quelli di sopra, mi fece

fecì mandar giù allegramente : ma trouai nell'andare, la scesa assai più facile, che io non pensava ; di maniera che, senz'altro aiuto, calai benissimo, e molto presto, da me. Giunto nel fondo, trouai le tombe intorno tutte piene di corpi morti ; che veramente, come il contadino diceua, bisognava che il pozzo allhora allhora fosse stato trouato. I corpi stauano senza ordine, sotterrati, come hò detto a V. S., nella rena, che, come aridissima, gli mantiene, e preserua da corruttione ; e giaceuano un sopra l'altro in quella inuolti, come a punto i maccheroni tra'l formaggio. Erano accommodati tutti nel medesimo modo, con le stesse fasce e bitumi : ma vi era questa differenza, che con oro, e pictura, oltra de'due, che haueuansi cauati, non ve n'era altro ; che uno ; e quello ancora non così ben conservato, perche forse da i contadini era stato guasto nel trouarlo. Gli altri tutti, che erano gran quantità, haueuano solo l'inuoltura de semplici fasce, e bitume, senza oro, senza pictura, e senza altro ornamento. Questo mi fece pensare, che gl'indorati e dipinti fossero di persone di qualità, e de' padroni ; e quegli altri, ò di serui, ò di gente di minor conditione ; secondo'l detto di Herodoto, come anche di Diodoro Siculio, che riferiscono esattamente questo modo di condire i corpi degli Egittij di varie sorti, con più, ò manco spesa, conforme alla qualità delle persone ; de quibus vide quoque Brasavolum. Quell'uno, che trouai giù con pictura, e oro, oltra del rauolgimento di tela, fù trouato da i contadini dentro una cassa di legno, intagliata sopra con una effigie di donzella ; e si conosceua esser tale al portamento della testa con quella benda larga, e vugale attorno al viso, che pende da due bande verso il petto, simile a punto al portamento del cipo de'la Sfinge : la quale, significando la fertilità dell'Egitto per le inondazioni del Nilo, che sono a punto quando il Sole in Leone, e in Vergine si troua ; tempo, come dice Giulio Solino, Intus solinus da i Sacerdoti Egittij stimato per lo natale del Mondo ; vien però finta di figura dal mezo in giù di Leone, e dal mezo in su di Vergine ; onde si fâ chiaro, che il portamento suo della testa è portamento di Vergine ; il qual portamento haueua la figura intagliata sopra la già detta cassa, differente assai dal portamento della testa di quell'altra della donna, che trouai insieme con quella dell'uomo ; che però dobbiamo creder che fosse maritata, e moglie di colui, presso a chi stava sepolta. Dell'uso di conservarsi in Egitto i cadaveri, in vece di casse, dentro a statue di legno, rappresentanti l'effigie del morto, mi ricordo, che l'istesso Herodoto, Autore antichissimo, ne fa mentione. Hor questa cassa o statua della donzella era stata aperta là nella medesima tomba, e guardandola io, ci trouai sopramolti hieroglifici intagliati, e piacendomi assai, la volsi, e feci tirar fuori. Ma il corpo, che c'era dentro della donzella (che tale si conosceua essere ancora per la picciolezza sua) non mi curai di cauarlo fuori intero, non essendo, come hò detto, conservato bene. Ma lo feci spezzare in mia presenza : prima per veder come stauano dentro le fasce, e gli ossi co'l bitume ; poi, per hauer di quella materia, che è medicinale, e stimata, come V. S. sa ; e qui dicono, che quella delle donzelle, e de' corpi vergini è la migliore : e anche per veder se d'avorio, ò attorno frà le fasce, ci haessi trouato alcuna curiosità d'idoletti, ò cosa simile ; perche in Cairo mi diceuano, che questi idoletti, che in gran quantità se ne vedono, e io ne hò di varie sorti, si trouano dentro a queste Mumie, perche quando congiuano i corpi, ce li metteuano, ò dentro al petto, ò a canto, per custodia come Dei tutelari :

Herodotus.
Diodorus

Brasavulus
de examine
terrarum.

Herodotus.

*E*n questa, che era delle più ornate, e ricche, e forse la figliuola delle due già ca-
uati, era verisimile di trouar, più che in ogni altra, qualche cosa di curioso. La
spezzai dunque, ma dentro non vi trouai niente: anzi, al modo, che viddi che sta-
ua, mi par difficile, che dentro a quei corpi si possano trouare idoletti, massima-
mente della grandezza d'uno diastro, che in Cairo mi era stato mostrato: tanto
più, che babbiamo in Herodoto, che i corpi non sempre gli sparauano: ma alle-
volte gli nettauano dentro, e faceuano uscir loro le interiora con christieri di ce-
dria; e'l ceruello lo tirauan fuori dalla testa con ferri per lo naso, condendigli
in questa guisa, senza rompere i corpi in parte alcuna. Però di questo particola-
re de gli idoletti, che vi si trouano, o dentro, o con essi infasciati, mi rimetto a
chi ne hà veduto meglio di me. Io, disfacendo il corpo della donzella, non trouai
altro, che grandissima quantità di fasce, e di bitume, nel che consiste tutto il mas-
siccio dell'inuolozgio; perche gli osi con la carne, son talmente secchi, abbrucia-
ti, & impiccioliti, che son ridotti a punto come stecchi; da che comprendo, che
quel bitume sia molto potente. E così ancora dentro al corpo, o che fosse intero,
e riempito co' christieri, o che fosse sparato, il che non si poteua conoscere, era pie-
no ogni cosa di bitume, e talmente, che faceu tutto una massa insieme impasti-
ta, che rompendosi a pena si conoscea qual'era il bitume, e quali erano le ossa.
Quæ omnia exactè consonant ijs, quæ suprà ex Nardio retulimus. Una
cosa non è da tacere, che era quella materia tanto dura, che volendo io romper-
la, bisognò dirle con fasi e con ferri di buonissimi colpi, e con fatiga la spezzai:
dalle quali cose V. S. può comprendere, quanto si affaticassano i poueri Egiti, per
conseruare i corpi ancora, insieme con le anime, se possibile fosse stato, alla eterni-
tà. Di questa Mumia spezzata, volsi per me la testa tutta intera, e un buon
pezzo di bitume, con una mano di quelle fasce: il resto, perche mi pareua di ha-
uerne d'au inzo per li denari, che spendeua, lo lasciai tutto a quei poueri conta-
dini, che sogliono in quel molo spezzarle, e venire a vender la materia in Cairo
a coloro, che la comprano, con gran guadagno, per mercantia. Multa alia cu-
riositate plena reperit ibidem, quæ & in hunc usque diem in Museo dicti
Petri à Valle cernuntur; sed ut temporis angustiâ ea incidi non permi-
sit, ita ea consultò omittenda duxi. Sunt autem inter alia, aurea larua
capite fœmineo spectabilis, tota hieroglyphicis referta, cum varijs ido-
letis, & capite Apidis, aliaque, quæ apud Authorem cum leguntur, cum
spectantur; quorum & nos in sequentibus mentionem faciemus.

Atque hæc sunt, quæ, antequam hieroglyphicorum inscriptionem,
quæ corporibus Mumiacis inscripta reperiuntur, interpretationem ag-
grediamur, præmittenda duximus. Nihil igitur restat, nisi ut iam in-
terpretationes eorum hieroglyphicorum, quæ varijs ex Europa locis ad
me transmissa sunt, subijciamus.

C A P . V .

*Hieroglyphicarum Mumiarum, quæ partim ex Magni Ducis
Hetruriæ, partim ex Ioannis Nardijs Museis, extra-
ctæ sunt, interpretatio.*

Apposuit in aureo illo Commentario in Lucretium in fine nonnullos Mumiarum siue Medicatorum funerum schematismos Ioannes Nardius, Magni Ducis Hetruriæ Medicus, Vir inter primos huius temporis Medicos doctrinâ & eruditione conspicuos minime secundus; apposuit autem non tam ad eosdem explicandos, quam visitatam apud Veteres condendorum corporum rationem demonstrandam. Vnde officij mei esse ratus sum, eorundem hoc loco interpretationem opportunè adducere. Nè vero superuacanei in ijs denuò incidentis sumptus fierent, pro summa sua humanitate laminarum, quibus sua iam impresserat, ectypa transmisit, ut denuò vnâ cum interpretatione recusa nouum Reipublicæ literariæ inde emolumentum accederet. Schematismi quos referrunt, ex prototypis Mumiarum, quæ partim in Magni Ducis Hetruriæ prædicto Gazophylacio, partim in proprio suo Museo conseruabantur, extracti sunt, ut sequitur.

Nota hic Lector, duo considerari posse in Mumiarum constitutione, primò thecas seu capsas, quibus corpora varijs hieroglyphicis insignita reponebantur; deinde ipsam Mumiarum multiplici fasciarum inuolucro vestitarū substantiam: hæc vti omni hieroglyphico apparatu destituta, ita interior tūm capsarum, tūm Mumiarum ornatus solus hieroglyphicis splendescit. Hoc pacto vides in tabula II figuram primam & secundam. Prior exteriorem inuolutæ Mumiarum ornatum refert, quæ lignæ arcæ includebatur. Figura secunda ostendit capsulam vnâ cum inuoluto corpore eidem imposito. Nam vt suprà ex Diodoro probatum fuit, singulis defunctis capsula parabatur pro qualitate & conditione hominum minoris vel maioris pretij; quæ semper aut Numinis, cuius custodia tradebatur, aut etiam hominis, qui in ea condebatur, effigiem referebat, vti in prima & secunda figura Tabulæ secundæ præsentis Iconismi patet. Vbi vides fœminæ imaginem velo polymito, & variorum striarum ordine veluti Phrygio quodam opere contexto spectabilem; cuius pectus varijs circularibus limbis visendum; infra quos figura fœminea extensis brachijs, cuius manus utraque pennâ instructa est; sequitur deinde trinus alarum ordo; reliquum corpus turbinato ductu in varias Zonas reticulato opere, & proportionatâ diminutione distributum abit; in cuius medio columnarum discrimen hieroglyphicis symbolis refertum descendit; in tribus primis sex Numinum schemata ponuntur. Sed quidnam tam mystici apparatus sibi velint exponamus.

Figura fœminæ Isidem refert, vnâ cum apotropæis Nominibus, vti peplum variegatum; sine quo nunquam cernitur, sat superque demonstrat.

Nardius.
Ioannis Nardijs schema-
tismi Mumia-
rum.


Mumiarum
ex Museo Du-
cis Hetruriæ
extractarum
schematismi.

Mumiarum
thecæ seu ca-
psæ hierogly-
phicis ornatae

Hieroglyphi-
ca Mumiaru-
tabulæ II.
Nardiana.

strat. Septem limbi circulares, quibus pectus ornatur, septem orbitas seu Zonas cœlestes notant, in quarum receptacula animam migraturam

FIG.I.



TAB.II.




FIG.II.

putant. Ultimus limbus plenus est phallis oculatis, & notat cœleste firmamentum geneticarum rationum ideis refertum, quas per reliquos Orbis usque ad terram, quæ per circellum aptè notatur, transmittit.

Totum

Totum corpus reticulato amictu, & turbinato ductu versus inferiora coalescit; quo indicatur, naturam occultis & subtilibus rationibus veluti implicari, & perplexam reddi inaccessamque. Figuta verò infra limbos constituta lyngem, cuius Isis ministra est, siue fundum paternum ex tribus triadibus compositum notat; quæ quidem aptè per trium alarum ordinem, id est, diuersos Intelligentiarum choros, vti in Theologia Ægyptiorum docuimus, signatur, quibus vniuersum Mundum administrat. Brachijs extensis cum reliquo corpore Crucem exprimit, quâ in omnia Mundi membra influxus significatur; pennam vtraque manu tenet, ad celeritatem operationum ostendendam; vbere tumet, quia genitalibus principijs fœta est; sedet, quia dominium in omnia habet; circulum in capite gestat, quia diuinorum maximum: Isidis pectori insidet, quia in natura rerum, quæ Isis est, maximè se spectandam præbet. Intra hanc intra tres Zonas sex auerruncæ Numina ponuntur, quoruin custodiæ ac tutelæ corpus commissum est, vti laquei, quos manibus tenent, quibus aduersarum potestatum vim ligare dicuntur, monstrant. Quorum prius sub forma pueri Horum notat; secundum sub forma Canina Anubin; tertium ingeniculatum, Nephren; quartum Cyanocephalum, siue Isin Lunarem sub forma Cercopitheci; quintum sub forma Accipitris, Osirin; sextum pariter ingeniculatum, Aruerin significat. Atque hæc sunt Numina, quæ animarum per Zonas traductionem perficiunt, vt proinde in omnibus ferè Mumijs ea de causa depicta cernantur. Hisce enim symbolis ea defunctis propitia reddi, & ad tuenda corpora quadantenus allici existimabant. Limbus verò hieroglyphicis intermedijs hymnos seu adiurationem continet, quibus ad corporum tutelam dicta Numina compellere se posse credebant; quas hic libenter symbolatim explicarem, si fideliter essent descripta; verum cum hæc in sequentibus distinctius exhibitori simus, eò Lectorem remittimus.

Alteram formam operculi secunda figura tabulæ exhibit, & est cista lignea, hieroglyphicis vacua, nisi quod sc̄mineum vultum cum velato capite monstrat; intra quam ponebatur fascijs inuolutum cadauer, conditumque, vti in figura II Iconismi I suprà positi patet.

§ I.


Hieroglyphicorum quæ in ligneis funerum thecis primæ & secundæ figuræ tabulæ tertiae depicta spectantur, interpretatio.

HAbet eruditissimus Nardius in suo Museo sequentes Mumiarum thecas, quas I & II figuræ exhibent in tabula III.

Prior trinum hieroglyphicorum ordinem exhibit, quorum interpretationem paucis accipe. Prima columna hunc sensum conficit. *Aper-*

ria-

Hieroglyphica figuræ I.
tabulae III.
Nardianæ.



motu omnia percurrit; adscit Apis Numen cum Intelligentia Solari, quorum vehiculis trahatur ad crateris cœlestis scaturiginem, & vigili prouidentie Numinis dum tu soporem inueniat contemplationis, & inter Numinum choros feliciter degat.

Sc-

Secunda columnæ hunc sensum habet: *Vita superna vivat, Numinis supremo per contemplationem iunctus & unitus; omni aduersitate profligata in cratere Hemphita intellectuali submersus, catena Numinis inferatur beneficiorum; in zonis beatitudinis regnet, ab inferiorum appetitu liber, rore supramundano rigatus, alas acquirat robustas & nunquam recidivas, perpetuo vigil.*

Tertia columnæ hunc sensum exprimit: *Supremæ prouidentiæ per contemplationem adhæreat; rebculo supremæ prouidentiæ ad zonam suam revertatur; absit ab hoc geneticus appetitus, absit corruptibilem desiderium; alæ fermentur vi contemplationis Mundi superioris, si post longum tempus, fato sic constituto, corruptibili sphæra redditus fuerit, hoc suum inueniat habitaculum.*

Atque hæc est interpretatio Idealis horum trium scheinarum hieroglyphicorum. Quæ vti partim ex tabula Bembina, partim ex Obeliscis extracta sunt, & huic operculo insculpta, ita quoque in authoritatum allegandarum comprobatione longior esse nolui, cum hæc symbola passim iam sæpe sæpius explicata sint. Nota tamen, has inscriptiones vti incuriâ transcriptoris nonnullam corruptionem passæ sunt, ita exponi quoque non potuisse, nisi ex Ludouiana Isidis statua, in qua eadem prorsus incisæ spectantur, integritatem suam natæ fuissent. Sed de hoc postea fusius.

Altera theca Nardiana figuræ secundæ tabulæ tertiaræ exhibet operculum, quod vides peplo venerabile, & reliquo corpore in quatuor Zonas distinctum, cum intermedio columnari limbo hieroglyphicis referto. Intra primam Zonam utrinque occurrit phallus oculatus, ex quo brachium humanum veluti occuli machinatione moliturum quidam exporrigitur cum penna in manu, & circulo eidem imposito. Quid phallus oculatus indicet, iam innumeris locis sat superque expositum fuit; hoc verò loco quid brachium humanum, quod extra phallum emergit, indicet, videamus. Constat ex præcedentibus, Osirin per oculum & phallum passim indicari; per oculum, quoniam omnia videt, omnia prospicit, omnia omnibus prouidet; per phallum verò, quem Typhon è corpore eius resectū in Nilum proiecit, indicatur genetica rerum fœcunditas, quæ in humido potissimum consistit; vnde & fabula de Cœlo à Saturno castrato abiectis in mare genitalibus eius, vnde Venerem natam Mythologi fabulantur. Osirin quoque per brachium extensum, beneficentiæ & liberalitatis notam, multis locis ostendimus; atque adeo phallus hic oculatus cum brachio occultè ex eo emergente nihil aliud innuit, quam prouidentiam beneficam diuini Osridis, in fœcunda generatione elucescentem, quam occultâ & insensibili operatione omnia fœcundat; eratque potentissimum apud Ægyptios amuletum, quod non brutis tantum animalibus, sed & utriusque sexus hominibus appendebatur, vti ex tabula Bembina patuit. Hanc eandem ob causam hic amuleti loco appositum est, ad absterendas aduersarum potestatum machinationes. Sequuntur hunc phallum in secunda zona quatuor Cynocephali, seu Simij Cercopitheci, quibus Lunares Genij, quibus corpus committitur, indicantur; de quorum mystica significatione vide Obeli-

Hieroglyphica figuræ II.
tab. III. Nar-
diane.

Brachium hu-
manum ex-
tra phallum
prominen-
s quid signi-
ficit.

Phallus ocu-
latus amule-
tum Ægy-
ptiorum.

*Canes cum
flagellis quid
significant.*


*Lynxes andro
morphæ quid
significant.*

scum Pamphilium l. 3. de Hierogrammatismo Cynocephali, & fol. 468, vbi hæc figura passim occurrit erecto corpore, quasi ad succurrentum festina. In tertia zona duo Canes occurunt, flagellis instructi, quibus Anubici seu Mercuriales Genij auerrunci indicantur, quorum vigilantiæ corpus commissum, indicabatur; de quibus in Obelisco Pamphilio consule Hierogrammatismum de Cane. In quarta zona sequuntur duæ Lynxes, quarum capita *αἰδερόητα*, aues reliquum corpus monstrant; quibus Spiritus Mundi seu pantamorpha Mundi anima indicatur, cuius est, Mundi receptacula cuique congrua assignare, vt proinde non incongruè hic eam ad corporis tutelam assumpsent, & minuta scriptura luculenter docet. His itaque quadruplici Numinum choro corpus conseruandum tradebatur, vti hieroglyphica inscriptio limbi intermedij docet, quæ partim ex præcedente, partim ex Obeliscis extracta fuit, vti unum cum altero comparanti patebit. Patet itaque, hieroglyphicorum symbolorum virtute & efficaciâ operculis inscripta Numina tutelaria ad corporum conseruationem attrahi potuisse, Ægyptios existimasse.

Sequitur modo è Nardianis tabulis IV, cuius I & II figura demonstrant Mumiarum fascijs inuolutarum modum, qui tanto artificio constitutus est, vt ad simile quid præstandum, tota meritò Chiturgorum modernorum industria desicere videatur. Figura I monstrat fasciatam Mumiam detracto exteriorum ornmentorum apparatu; II verò figura sub priori latitans, artificiosas præfert byssinarum fasciarum circumuolitiones, vti in sequenti typo appareat. Figura III cooperulum capitum exhibet, cuius in I & II figura punctatæ lineæ locum monstrant; Constatque tribus tabellis ligneis, in quarum media, pantamorphum Numen scuticâ & vncino formidabile appareat, cuius in Canoporum Iconismo figura IV expositionem vide: in reliquis lateralibus tabellis binæ vtrinq; statuæ spectantur, quarum prior in dextro latere Accipitris faciem mentitur, globo candido corusca, sacro chlamyde vestita, & manibus laqueum tenens; altera Cynocephali capite deturpata spectatur, in reliquis priori similis: in sinistro latere prima est humanâ facie, quam altera sequitur socia Caninâ facie spectabilis, seminudæ, & sacris chlamydibus induitæ singulæ laqueos manu gestant. Quibus quidem nihil aliud nisi suprà expiatorum Numinum Osiridis, Nephtæ, Isis, & Anubis simulachra indicantur; & excubitores funeris, à quo nullibi desunt, spiritusque vagabundi in sibi congruam zonam transportatores putabantur. IV Figura fragmentum Alabastrinum est, & cooperuli loco seruiebat, forsan ex ipsis cryptarum parietibus auulsum: & exhibet ritus & cœremonias, quibus tutelaria funeris Numina paulò antè recensita placare contendebant. A dextra tres I imagines Sacrificulos exhibit, quarum prior manibus erectis Numina sollicitare videtur; altera similis priori pyramidem manu sinistrâ gerit, & laqueum; tertia dextrâ vas Niloticum. Quibus innuunt animarum lustrationem per ignem, & per aquam supramundanam ab omni pollutione quam in carne contraxerant, emundationem. Numina sunt, Pantamorphum Numen, & Isis, vti ex symbolis patet, ea que

que iam s^epius exposuimus. In medio mensa posita est, in adytis semper medium locum, vti supr^a fol. 83. docuimus, obtinens, & sine quo nul-

FIG. I.



TAB. III.



FIG. II.



FIG. III.



FIG. IV.




FIG. V.

lum penè sacrificium peragebatur. Hieroglyphicæ verò inscriptiones quaternis spacijs exhibitæ, sacrificiorum, quæ Numinibus peracta sunt, vim & efficaciam notant, vbi & charactere minutis sparsim hinc inde, vti

in adytis m̄os erat, delineati; qui cùm alibi expositi sint, & plerique quoque malè efformati, eorum interpretationem consultò omittendam duxi; sufficiat interim, nihil eos aliud, quām quod dixi, significasse. V Figura dicitur suisse operculū alabastrinum, quo puteus cryptæ tegebatur; verisimile tamen est, illud non eo fine & data opera factum suisse; sed ex adytis excisum, huic artificio accommodatū suisse. Exprimit autem leges mactandi Boues in sacrorum v̄lū, quas quia Herodotus l. 11. tradit, hic libens omitto. Figuræ verò hieroglyphicæ temerè hinc inde interseritæ symbola sunt propitiationis Numinum; quæ cùm innumeris locis exposuerimus, operam perdam, si ea denuò repetam.

§ II.

De inuolucris Mumiarum, varijsque hieroglyphicis Iconismis, qui vna Mumiæ inuoluti reperiuntur.

*Idola Mumiję
affuebantur.*

IDOLA non tantum extrinsecus sepulchris Aegyptiorum apponi ad tutelam solita suisse, quemadmodum in præcedentibus dictum fuit; sed & intrinsecus vna cum fascijs consuta, ex ijs patet, quæ nuper Excellentissimus Nardius, & olim Nicolaus Peirescius ἐ μακαρίτης, medicorum corporum dissolutione conpererunt. Huius generis sunt à dicto Nardio mihi communicata idola figulina variæ magnitudinis, reperta olim in Mumiarum ventre consuta. Iconismum sequenti pagina exhibemus.

*Idola Nar-
diana.*

Primum Idolum fœmineo vultu, & velato vertice, decussatisque manibus, sinistrâ quidem vincinum iam sèpe memoratum, altera hieralpham gestat, cum inscriptione hieroglyphica quam vides; reliqua verò, vti primæ iam memoratæ quoad omnia simillima sunt, ita & inscriptions eædem comperiuntur. Reliqua schemata solas inscriptions exhibent diuersorum idolorum, quarum quæ numeris 1, 2, 3, 4, 5, 11, signantur inscriptions, eædem prorsus sunt cum inscriptione, quam prima figura præfert; quare hanc exposuisse sufficiat.


*Idolum auer-
runcum ta-
bule VII.
Nardiana.*

Idolum auerruncum exhibit Agathodæmonem, funerisque custodem, vti vincinus & hieralpha, quæ decussatis manibus gestat, sat superque innuit. Hieroglyphica symbola vti imperitam manum sortita sunt, ita ex alio idolo, in quo eadem exactius & politius expressa sunt, vti sequitur, emendamus, eorumque sensus is est qui sequitur. *Influat Genius tutelaris canalium piscinæ sacræ, iuxta anni dispositionem ordinatorum, in hoc depositum; prouidentia Genij Solaris, id benefico suo influxu ab omni aduersa vi & potestate conseruet; quod fiet, si debitus cultus Anubidi prouido, & cæteris Genij piscinæ Vitalis custodibus, exhibeat.*

*Inscriptions
tabule VII.
Nardiana.*

Quæ verò in Iconismo numeris 6, 7, 13, 15, 16, signantur, eandem pariter inscriptionem continent; quare vna exposita, reliquarum significationem facile subministrabit. Ita autem corrupta inscriptio à nobis ex alijs emendata est, sensumque sequentem exprimit. *Cultus baculorum Hori*

Hori annorum dominatoris, ad catenam cælestem euolabit huius depositi spiritus,
vita benefici & prouidi Numinis beatus. Inscriptio perpendicularis hunc



sensum efficie. Prudentia Agathodæmonis cælestis, & beneficentia superni Ni-
li phiala potabitur, rerum necessariarum vberitate replebitur in zonis supramun-
danis. Denique inscriptiones quæ numeris 8, 9, 10, 12, 17, 18, 19, signan-
tur,

tur, quæ eadem sunt, hunc sensum exprimunt. *Cultus prouisoris rerum necessiarum, occulti motus beneficentia vitam per Horum annorum dominatorem influat in hoc depositum.*

Idolum Cedrino ligno Idolum, vnius pedis longitudinem habens, in quo eadem prorsus inscriptiones habentur; quod ex Aegypto mihi attulit P. Marcus de Luca Ord. S. Francisci de obseruantia, Sacrae Congregationis de propaganda fide Missionarius, quod aiebat intra Mumiam repertum esse; cuius figuram cum perfectè exprimat huius Iconismi typus, eam non apponendam duxi.

Minutiores characteres hieroglyphici non sunt literæ vulgares.

Clemens. Alex.

Diodorus. Herodotus.

Atque haec sunt interpretationes inscriptionum hieroglyphicarum, quibus idola hic exposita insignita sunt. Est in meo Museo aliud ex cedrino ligno Idolum, vnius pedis longitudinem habens, in quo eadem prorsus inscriptiones habentur; quod ex Aegypto mihi attulit P. Marcus de Luca Ord. S. Francisci de obseruantia, Sacrae Congregationis de propaganda fide Missionarius, quod aiebat intra Mumiam repertum esse; cuius figuram cum perfectè exprimat huius Iconismi typus, eam non apponendam duxi.

Nemo dum hosce minutiores characteres considerat, eos vulgares Aegyptiorum literas, quemadmodum multi sibi persuaserunt, esse putet; sunt enim pura puta hieroglyphica, ex Obeliscis, alijsque monumentis, in quibus saepe saepius occurunt, deprompta, & primæuorum Sacerdotum opera idolulis hisce inscripta. Atque hoc ita esse, non aliâ auctoritate ad probandum indiget, nisi sedula horum symbolorum cum ijs, quæ in precedentibus tradidimus, comparatione. Accedit quod in omnibus hic exhibitis schematismis eadem inscriptiones symbolorum sint; quod non fieret, si vulgarem Aegyptiorum scripturam notarent. Videbis etiam symbola variè permutata esse, ut quæ in primo à deinceps collocantur, illi inuerso ordine in alijs ponantur à sinistris; quod hieroglyphicorum proprium est, quemadmodum in precedentibus copiose demonstravimus. Quæ ideo hic apponere placuit, ut errorem quorundam, qui huiusmodi minutiorum hieroglyphicum characterem vulgo usitatam scripturam esse existimant, corrigerem. Aegyptij enim præter sacram hanc hieroglyphicam scripturam, aliam scripturam, videlicet Pharaonicam, Clemente teste, habebant, quâ politica negotia, epistolas familiares, historias, Regumque gesta, & inscriptiones quæ laudem & encomia Regum exhibebant, exarabant; quarum nonnullas in hoc Opere ex Diodoro & Herodoto exhibuimus: Libris vero huiusmodi, utpote papyrus & corruptilibus voluminibus exaratis nè frueremur, nobis immemorabilium temporum edacitas inuidit.

§ III.

De fascijs Hieroglyphicis.


Fasciæ hieroglyphicæ Mumiarum.

I Nueniuntur subinde intra Mumias fasciæ quædam innumeris hieroglyphicis signatae in voluminum morem contortæ, cuiusmodi binas mihi inclitus Nardius transmisit. Quæ quid indicent, iam tempus est, ut exponam. Iam saepe saepius demonstratum est, Aegyptios non solum hieroglyphica, arcanorum insignium symbola esse, sed & ipsa magnam vim possidere ad Numinum tutelam ijs, quibus infigebantur, accelerandam,

dam, credidisse; ut proinde mirum non sit, tanto studio in Diis pro funeris depositi tutela propitiandis versatos esse, & ex hisce papyraceis voluminibus luculenter patet, quæ omnia ferè præcipuis hieroglyphicorum schematismis exornata vides. Comperies in hisce præcipuas Numi-
num statuas, quas aut Obelisci, aut Isiaca Mensa refert, expressus, eo pror-
fus ordine, quo eadem simulachra in solennioribus festis Comasiarum
portare solebant in morem processionis, ut ex Herodoto, Clemente
Alexandrino, alijsque passim docuimus; magnum in concinno Deorum
se consequentium ordine mysterium reponentes, Deorumque infallibili-
lem ex hoc religionis actu attractum sibi pollicentes. Eandem ob cau-
sam, inquam, funeribus huiusmodi apponebant schemata, ut videlicet
corpus ab omni aduersarum potestatum violentia soueretur immune,
animæ verò Deorum benignitate in peracta reuolutione bene esset. Fa-
sciæ itaque hic nihil aliud exhibent, quam pompam funeris; quam quan-
tum fieri poterat, magnificentissimè peragebant, præsertim in Regio, aut
Sacerdotali, aliorumque vitæ nobilitate conspicuorum hominum exe-
quijs. Statuas penè Deorum omnium feretris sacris impositas, ad propi-
tiationem eorum defuncto conciliandam, gestabant, & ipsi in varias for-
mas transmutati. Quam pompam concinnè sanè more suo describit Apu-
leius lib. 11. Metamorphos. quem paulò post allegabimus.

Fasciarum
Mumicarum
schematismi.

Fascijs Mu-
micarum im-
pressa pompa
tunebrit.



Sed iam singula exponamus. Fasciæ cùm longiores essent, quam vt libro huic commodè inseri possent figuræ, ideo seriem interruptam iux-
ta numerorum appositorum ordinem exhibemus; quas ita sibi imagina-
bitur Lector, ac si secunda series primæ, tertia secundæ, & sic de cœteris,
esset agglutinata. Sed his præmonitis ad figurarum expositionem pro-
cedamus.

In prima serie primo loco occurrit Accipiter, stolâ & pallio tectus
pectori incumbens, eratque Solaris Numinis symbolum, vt alibi dictum
est. Sequitur Isis Momphæa, tenjs & vittâ conspicua, manus & bra-
chium

Fasciarum
Mumicarum
expositio.

Fasciarum
prima series.


chium in formam M' contorquens; quâ Lunaris Genius indicatur, vt alibi exposuimus. Sequuntur deinde parui characteres, qui cùm corrupti fuerint, legi non potuerunt.

Fasciarum se-
cunda series,

In secunda serie primo loco duæ figuræ stantes; (quarum prima fœminam Nephten, altera marem sub Anubis forma refert) instrumentis auerruncis, telis & flagellis, instructæ. Sequuntur duæ statuæ sacræ Anubidis & Nephtes, situ ingeniculatæ, flagellis vncisque pariter instrumentæ; binæ autem præcedentes rectâ incedentes, videntur esse Sacerdotes in formam Nephtes & Anubidis, quorum sacra administrabant, quorumque statuas ad Numinia placanda sequebantur. Sequitur hasce statua alia auerso vultu, quam præcedit Aspis illa ab Apuleio, vt paulò post videbimus, descripta, surrecto pectore, & squamato vertice, striatoque tumore sublimis, quam fusè tûm in Obelisco Pamphilio fol. 347. tûm in Mensa Isiaca ex professo descripsimus.

Fasciarum
tertia series,

In tertia serie sequitur statua humanâ facie, & reliquo corpore in Aspidis formam coagmentato, spiritus Mundani symbolum; quam sequitur tripus idealis triformis Numinis, ex triangulis constitutus, cuius innumeris huius Operis locis mentionem fecimus. Sequuntur duo Canes sedentes factorum custodes, intra quos fasciculus ex instrumentis auerruncis, ad Anubicos tutelares, omnem aduersam vim profligantes, indicandos, constitutus ponitur.



Fasciarum
quarta series,

In quarta serie, primo loco sequitur idem qui antè fasciculus instrumentorum auerruncorum, & ansata Crux spectabilis cum globo, ex quo Serpens velatus emergit; cuius expositionem iam passim traditam consultò omittimus. Hunc intra sacra fulcra sequitur feretrum, supra quod duo Accipitres sacro velamine teati, positi spectantur, quorum expositionem vide in Mensa Isiaca.


Fasciarum
quinta series,

In quinta serie continentur sacra fulcra, ideo sic dicta, quòd in pompis ea de causa gererentur, vt Numinum onere ijs imposito, Sacerdotes

dotes aliquantisper quiescerent. Sequitur Lectus Momphætæus, & sub eo excubitor Anubis; cuius expositionem in Obelisco Pamphilio fol. 284. & in Mensa Isiaca longo discursu tradidimus. Sequitur sacra vitta Hori, cum sceptro Momphæ, alijsque figuris vetustate temporum corruptis.

In sexta serie vasæ ponuntur Nilotica, cum Naui quam Baryn vocant; quorum omnium expositionem vide in Mensa Isiaca. Sequuntur iam figuræ personæ, varia Numinæ variâ gesticulatione mentientes, quos tandem apparatus feretri sequitur, id est, cadauer seu Mumia, eas fasciarum & ornamentorum supellestile, quam descripsimus, feretro imposita, & triformis Numinis irradiatione perfusa. Funus excipit duo-


Fasciarum
sextæ series.
Fasciarum
reliquæ series,



rum brachiorum sursum tendentium symbolum, cum intermedio phallo oculato, quem in pompis circumportatum fuisse, varijs in locis tradidimus. Sequuntur quatuor statuæ ὄφιο-ἰερακομόρφων, id est, ex Aspide & Accipitris facie constitutæ, de quarum significatione vide Obeliscum Pamphilium loco paulò antè citato. Agmen tandem claudit Omnipotentis Deæ, ut cum Apuleio loquar, fœcundum Numen, id est, in oīaua & nona serie septem Boues sacro pallio vestiti; quibus septem dierum festivitas, quibus Apidis natales celebrabantur, innuitur, quā durante nemo à Crocodilis infestabatur, id est, omnis infausta & infesta vis aduersorum Numinum quiescebat. In decima serie continuatur triumphus, variâ statuarum exhibitione solennis.

Vides itaque h̄ic absolutissimam quandam pompæ funebris formam & rationem, in qua funus ipsum medium, varia Numinum spectra præcedunt & sequuntur, quam tanquam rem mysticam & plenam myste-

rijs, fascijs hisce inscriptam exhibuerunt, sibi omnino persuadentes, futurum ut funus hoc ab omni aduersa vi tutum, horum Numinum præsidio persisteret; atque adeo non significat duntaxat res quas exhibebat, sed & Numinum, pro symbolorum exhibitorum efficacia, & mystica ratione, ad depositi tutelam attractionem desideratam.



Fascia alia
Numica, eius-
que exposicio

Erat porrò hisce alia apposita fascia, quarum prima series Accipitrem & Ibin exhibit, quos sequitur baculus oculo spectabilis, deinde ara stipata thyrsis Cucuphomorphis; quæ omnia in Mensa Isiaca exposita sunt. In secunda serie occurunt duæ figuræ humanæ, pessimè tamen expressæ, utrinque baculis Cucuphomorphis instructæ; quas sequuntur minuti characteres corrupti. Et in tertia serie tandem funus ipsum tri-formis

formis Numinis irradiatione perfusum, vti in priori fascia ; quod sequitur hydroschema cum baculo oculiformi. In quarta serie mensæ ponuntur sacræ cistæ, seu aræ, in quarum priori Accipitrina statua in Mumia morem inuoluta spectatur ; & hoc ipso alludunt ad transmutationem animæ defuncti in Genium Solarem. In altera vas ponitur, quo supramundani Nili liquor connotabatur, quo animas potari credebant, & à fato solui depositi spiritum, vti alibi dictum fuit, & phiala sequens aperte docet. In quinta serie vrnæ Niloticæ species occurrit, & hanc Androsphynges cum intermedia Aspide, & globo Serpente fœto ; quorum expositionem sæpius iam deditus. In sexta & septima serie ponuntur varia scepta cum statuis partim recto, partim geniculato situ conspicuis, nec non instrumentis auerruncatiis instructis ; quas cum iam varijs locis interpretati simus, ijs diutiùs immorari noluimus.

Verùm, vt quæ diximus, ita se habere pateat, Apulæi hoc loco verba adducemus, quibus totam hanc pompam ita appositè describit, vt ei interfuisse videri possit. Ecce pompa magnæ paulatim procedunt anteludia vocibus cuiusque studijs exornata pulcherrimè ; bic incinctus baltho militem gerebat, illum succinctum chlamyde, copides & venabula venatorem fecerant ; alijs focis obauratis induitus fericâ ueste, mundoque pretioso, & adtextis capite, crinibus, incessu perfluo fœminam mentiebatur ; porrò alium ocreis, scuto, ferroq; insignem, è ludo putares gladiatorio procedere. Nec ille deerat, qui Magistratum purpurâ fascibusq; luderet, nec qui pallio baculoq;, & baccis, & hircino barbitio Philosphum fingeret ; nes qui diuersis harundinibus alter Aucupem cum visco, alter piscatorem cum hamo induceret ; vidi & Vrsam mansuetam, quæ cultu matronali sellâ vehebatur, & Simiam pileo textili crocotisq; Phrygijs catamiti pastoris specie aureum gestantem poculum, & Asinum pinnis agglutinatis ambulante cùdam seni debili, vt illum quidem Bellerophontem, hunc autem diceres Pegasum, tamen rideres vtrumque. Ibant & dicati magno Serapidi tibicines, qui per oblongum calatum ad aurem porrectum dextram, familiarem templi, Deique modulum frequentabant : sed & Antiflites sacrorum Proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectorale ad usque vestigia striclim iniecti potentissimorum Deûm proferebant insignes exuuias. Coetera vide in Obelisco Pamphilio fol. 433. Hucusque Apuleius, qui graphicè sanè propositum à nobis in fascijs hisce triumphum descripsit, cuius & vestigia inueniuntur in Horto Mediceo Montis Pinciani, in columna quadam rotunda è regione Obelisci, hoc schematum apparatu, quem paulò post apposita figura exprimit.

Certè veteres Romanos huiusmodi funebres apparatus studiose imitatos, Gutherius scitè demonstrat lib. de iure Manium. Nam primò quidem tibicines magnificentiam funeris sequentes per compita & fora interuallis paribus personabant ; post tibicines progrediebantur qui munera serebant proximorum & amicorum, odores, vnguenta, epulas, vestes ; quæ Tibullus recitat l. 2. eleg. 4. & Statius l. 5. Syl. 1.

Apuleius.

Funeris pompa descriptio lepida ab Apuleio.

Funeris pompa Romanorum. Gutherius.

Tibullus. Statius.

- - - dona malè feralia pompa

H h h 2

Pro-

*Proceditque illis stipatum examine longo
Vas Arabum Cilicumque fluit, floresque Sabei,
Indorumque arsura seges.*

Pompa Isiaca iuxta Apuleij descriptionem, ex hortis Mediceis.

Pars Prior.



Pars Posterior.



Odo-

Inseratur inter fol. 428. e
429. Tom. III.

MVMIARVM


eis Magni Ducis Hetruriæ, et
Viri Ioannes Nardius, M-Ducis

I

Fig. III.
Latus Sinistrum

K

Fig. IV.
Pars posterior




in exacte
delineatam ad me transmitit Bartholdus Nilusius A. 1652

TABVLA ICONISMORVM QVI VARIOIS MVMIARVM

Schematismos continent, quos Summo Studio et diligentia ex Museis Magni Duciis Illetraria, et Ex gizophylacis Batavici ex troto ad Oedipum transmiserunt Laudatissimi Viri Ioannes Nardus, M. Duciis Het via Medicus, et Bartholdus Nilusius.

Inseratur inter fol. 428 et
429 Tom. III.



A




B

C


D
Ex Museo D. H. v. W.
Mercatoris
A. Ambsterodam

E

F



G H I K Mumia quadripartita contractur in
W. Mercatoris Ambsterodamensis quam exacte
et neatam admittit Bartholdus Nilusius A. 1632.



Odores lancibus portabantur, vnguentum vasculis, silicennij epulæ ferculis, vlestes fulcris. Post hæc imagines Deorum curribus vehebantur, aut ferculis etiam portabantur. In fronte proposita thoro effigies, quæ mortui vultum exprimeret. ita Polybius l. 6. & Tacitus l. 3. Annalium. Interiectis tubis & cornibus Scribæ, & viatores Magistratibus aderant; quos Senatus Equitesque positis dignitatis insignibus comitabantur. Exin funebres lectuli lentè procedebant; lectuli coronas vectabant, aliaque Magistratus insignia, & innumera huiusmodi, quæ pompæ amplitudinem commendabant. Quæ omnia fusissimè descripta reperies apud Stuckium lib. de funeribus Antiquorum. Quæcunq; porrò apud veteres Romanos de compositura cadaueris, eiusdemque productione, de cantilenis & lamentationibus, de precibus quæ in mortuorum memoriam fundebantur, & imprecationibus, quæis eorum Manes sedarent, de propitiatione & expiatione Manium, & aris titulisq; sepulchrorum leguntur apud Authores; illa omnia ex Ægypto originem suam accepisse nulli dubium esse debet, qui dicta hucusque rectè inter se contulerit, & variè Authores paulò antè citati probant; quæ quidem cùm vulgaria, & nulli non eruditio nota sint, consultò omitto.

Polybius.
Tacitus.

Stuckius.

Fasciæ Peirescianæ expositio.

TRANSmisit olim mihi hanc præcedentem fasciam hieroglyphicam. Vir æternâ memoriâ dignus Nicolaus Peirescius, quam intra Mumiam à se dissutam repererat; quæ cùm longior esset, quâm ut libro inferi potuerit, eam in binas columnas diuidendam existimauit, vt in præcedenti folio vides, quam & hoc loco opportunè exponemus.

Fasciæ Peirescianæ expositio,

Hæc fascia nihil aliud ostendit symbolis suis, quâm imprecationem quandam, quâ animæ depositi, ignis vitalis cœlestibus lymphis insiti refocillationem desiderabant, vti symbola ordine posita indicant, eorumque sensus idealis ille est, qui sequitur. A Vitali igni cœlestibus lymphis insito, benefici Numinis ignei prouidentia refocilletur huius depositi spiritus; B & cultu religioso C per ipsius prouidi Numinis statuam, & per statuam D Mophtæ religioso E cultu adornatam ab eo auertantur F omnia infesta typhonia; siquidem in vita operationes G Deo conformes habuit, quibus se Dijs per contemplationem vnire semper curauit; beneficium Numen Mercuriale H I annorum dominator eam K cœlestis Nili lympha perfundat; L Amon triplicis Mundi phialis M inebriet; N cœlestis Osiris igneo calore O fouéat, per virtutem beneficæ statuæ P eiusdem efficacem. Symbola cùm iam ex præcedentibus nota sint, neque explicatione, neque authoritatibus, quibus stabiliantur, vtpote iam alias fuse confirmata, indigent.

C. A. P. V. T. VI.

De Mumijis hieroglyphicis, partim ex Museis Magni Ducis Hettruriæ, partim Batauorum extractis, & in præsentem Iconismorum congeriem coniectis, vna cum interpretatione.

Mumijæ variae
ex variis Mu-
seis excerptæ.

Hieronymi
van Verle
Mumia.

Hieroglyphi-
ca capsulae G
Mumijæ
VVerlanæ.

IN hoc præsenti Iconismo variæ Mumijæ continentur, quæ partim ex Museis Magni Ducis Hettruriæ ab Excellentissimo Nardio, partim ab officiosissimo Bertholdo Nihusio ex Batauicis Cimeliarchijs extractæ, & Oedipo propositæ sunt. Et primi quidem loco occurunt hieroglyphica schemata literis G, H, I, K, signata, quæ situ quidem diuersa, vnum tamen Mumiacum idolum efficiunt. Et primò quidem G anteriorem, H dextram, I sinistram, K posteriorem partem exhibet; quod hodie spectatur in domo Hieronymi van Werle Mercatoris Amsterodamensis, idque summo studio depromptum ad me transmisit suprà citatus Nihusius. Resert autem capsulam, intra quam cadauer Mumiacum fuit conditum; longitudo eius est octo palmorum Romanorum & octo digitorum. G Anterior capsula pars velatam fœminam siue Deastram exprimit, circulis, strijsque, vti L demonstrat, variè exornatam; quorum expositionem vide in præcedentium Mumiarum exhibitione. In pectore signatur triplici illa mystica ala literâ M notata, quam suprà in-

præ-

prima figura Mumiae Mediceæ exposuimus. Sequuntur hieroglyphicæ inscriptiones, & in extremo quidem limbo cultodes funeris Numinæ polymorpha, in prototypo auro depicta, cum baculis Cucuphomorphis; quæ cùm in præcedentibus iam explicauerimus, & in sequentibus amplius simus declaratur, ijs immorari nolumus. Et quoniam hieroglyphicorum inscriptiones magna ex parte vitiæ sunt, ex tamen in alijs simulachris integriores, & politiori sculpturâ exhibitæ reperiuntur; hinc Lectorem remitto ad Iconismum Canoporum, & Syntagma de statuis Apotropæis Ægyptiorum, vbi hæc eadem ex professo exponentur. Quæ in columnis *a b c* habentur inscriptiones, adeo detritæ sunt & vitiæ, vt quid referant, vix coniecturâ assequi potuerim; quare ijs relictis ad columnam *d e* progrediamur; quarum vna *d*, cùm eadem omnino symbola exhibeat, quæ figura IV, in sequenti Iconismo Canoporum, in columna G & H, ad ibidem peractam expositionem Lectorem remittimus. Inscriptionem verò columnæ *e* contentam, in sequentibus quoque melius expressam & expositam vide. Porro in H dextro latere capsulae duæ columnæ ponuntur, P O. In priori columna P hæc symbola sunt, incipiendo ab X (reliqua enim duo quid referant, despicer non potui, ob malam eorundem formationem) statua cum ara, Noctua, fauissa, baculus papyraceus cum phiala ansata, hydroschema, statua, hemicyclum, duæ columnæ quadripartitæ, laqueus, vrna, Anser, Noctua, Barys, baculus papyraceus, cum ramo triplici inuerso, segmentum, piscina, duo brachia extensa, tetrapyrgum, hydroschema, oculus, tres termini, cum statua. Quorum sensus hic est. Statuæ sacrae cultu Typhonia vis expellatur à fauissa, & aqua Niloticæ, rerum necessiarum largitrice, virtute octo legallium constitutionum quas in vita seruavit; Chenofiris cubos profliget Noctuam Typhoniam Bary insidiantem; dominator temporum introducit eam in piscinam supramundanam, vbi tetrapyrgicâ regione, & aquis Niloticis triformis Numinis prouidentia preparatis fruatur. Secundæ columnæ O inscriptione composita est partim ex præcedenti, partim ex lateris sinistri I inscriptione, quæ notatur literâ T, vt proinde vnam explicasse sufficiat.

Hieroglyphica
capsulae H
Mumiæ
VVerianæ.

Tertia figura I latus sinistrum exhibet, cuius columna T V, quemadmodum paulò antè diximus, eandem prorsus inscriptionem habet, quam habet columna P lateris dextri, vti vnum cum altero comparanti patebit; & quæ sequitur columna S, composita est ex columna *d* primæ figuræ G anterioris partis, & ex columna O dextri lateris figuræ H, vt proinde semper ferè eadem symbola repetantur.

Quarta figura K posticam Idoli partem exhibet, cuius columna Z A, eandem prorsus inscriptionem exhibet, quam figuræ I. columna T V; Præterea columnæ S, T, V, W, prorsus eandem quoque inscriptionem continent cum dictis; verum cùm illæ corruptissimæ sint, tempus perdam, si diutiùs ijs recensendis inhæsero; curiosum Lectorem singula cum singulis conferendo, vera esse quæ dixi, compertur nihil dubito; vt proinde eandem epigraphen toties non alia de causa repetuerint, quam ornatus gratiâ, & supplendis limbis Idoli vacuis. Eandem

Eadem figu-
ra sèpius re-
periuntur in
eadem Ma-
ria.

ob

Symbola Mumijis impres. & non significant res gestas defuncti.

ob causam crepidinē statuæ circumcirea ijsdem semper figuris expresse-
runt, quæ sunt bina sceptræ Cucuphomorpha, quæ Crucem ansatam inter-
cipiunt ; quo mysticè indicant, influxum superni Numinis, quo Vniuerso
dominatur, varietatis rerum causam esse , tam in Mundo Intelligibili;
quam Sidereo, & Elementari . Sed hæc alibi exposuimus . Et vt tan-
dem concludam, sciat Lector, hisce inscriptionibus minimè vitam & res
gestas defuncti, vt nonnulli sibi falsò persuaserunt, indigitari , sed Deo-
rum obsecrationes & adiurationes per symbola effectiva expressas , qui-
bus Numinia motum iri credebant, ad tutelam funeris suscipiendam, vt
ex inscriptionibus ijsdem semper & identidem repetitis patet ; quod
non fieret, si res gestas, aut laudes defuncti continerent . Lector men-
tem meam ex his paucis satis percipiet ; quare ad alia progrediamur .

Figuræ, quæ signatur litera Y, expositio.

Expositio figuræ & tabule Verlianæ.

Figura secunda capsulam simul & statuam refert, ac fœminam vultu
& velato capite exhibet, quæ decussatis manibus, hâc flagellum, illâ
hieralpham gestat, quæ auerrunci Agathodæmonis symbola sunt, vti alibi
explicauimus . Hieroglyphica inscriptio quam in antica parte præse-
fert, hæc est. Duo vncini, Horus puer cum oculo, Serpente , & globo;
quo ostenditur Horum prouidentia Numinis è Nilo extractum ad vitam
reuocatum. Sequuntur postea globus dorso volucris baculum incuruum
pedibus gestantis superimpositus, quem sequitur ouum cum puero Ho-
ro ; & culter cum manu contracta ; deinde baculus papyraceus , cum
triplici ramo inuerso ; claudit tandem agmen volucris cum hydrosche-
mate, quorum sensus est ille : *Intellectualis potentia ex Ideali Mundi ouo
educit Horum, id est, Vniuersum, quod efficaciter dominium suum in tribartiti
anni perioden exerit, virtute & dominio Osiris humidæ substantiae dominatoris.*
Volunt autem hoc indicare, quòd sicuti Mundus ex ouo diuinæ prouiden-
tiæ archetypo emersit, atque adeo tempus hinc emanans , omnium
mutationum causa est, Solis potissimum virtute, ita omniaeduca ex cor-
poris ergastulo, temporum reuolutionibus pro meritis suis immutanda
referuantur .

*Figuræ D ex Museo Hieronymi van VVerle extractæ
interpretatio.*

Expositio figuræ D Mumijis VVerlianæ.

Exposuimus in præcedentibus quadripartitam capsulam Mumiacō
corpori referuatam, iam corpus quoque , quod eidem imponeba-
tur, inspiciamus. Et capsulam quidem refert ambitus signatus literis
A C D F H K L I G E B : & nigra quidem spacia C D F H K expri-
munt foramina capsulæ, quibus per paxillos L I G E capsulæ superiori
pars inferiori committebatur ; intra quam & Mumia suis inuoluta fasciæ
complicata reponebatur, eo quo vides modo . Forma cadaueris fœmi-
nam

nam capillis pansi mentitur; in pectore Lynx picta cernitur, eius prorsus formæ, quam suprà in primæ Mumiaæ fol. 413. expositæ corpore expansam cernis; quam & infra pedes luculentius expressam denuò apposuimus. Sequitur deinde reliquum pectoris, sex tutelarium Numinum simulachris insignitum; quæ quidem eadem sunt cum ijs, quæ supra fol. 413. exposuimus; & nunquam ab huiusmodi Mumiarum adornamentis absunt. Iyngis expositionem mysticam vide suprà loco citato.

Figuræ A, ex Magni Ducis Hetruriæ Museo extractæ, expositio.

Pictum cernitur huius Mumiaæ inuolucrum mirâ ornamentorum varietate concinnatum, uti patet; quorum mysticam significationem vide fol. 412. Inscriptio hieroglyphica N M, et si ferè eadem sit cum ea, quæ habetur in columna B sinistræ partis Mumiaæ I suprà expositæ, eam tamen hoc loco repetendam duxi. Symbola sunt; Serpens, ara binis circumdata sceptris, oculus, quatuor phialæ connexæ, ex quibus liquor effluit, segmentum, cum Accipitre, baculo papyraceo insidente; quem sequitur sceptrum cum capite Hircino, crater cycloide, tria item brachia quæ Capreoli cingunt, bina segmenta, corona, pyramis; eorumque sensus hic est. Vitale prouidi Numinis dominium, quadruplicem Mundani liquoris substantiam dominio confert Osridis, cuius una cum Mendesio fœundi Numinis dominio, beneficâ virtute influente, omnia quæ in Mundo sunt, vegetantur, animantur, conseruantur. Innuunt autem hoc ænigmatico dicendi genere, animam huius depositi, si rectè vixerit, per quadruplicis Mundani liquoris refrigerium, Numinis prouidentia transferendam, vitamque mentalibus operationibus fœcundam Mendesij Numinis assistentiâ, inter cœlestes potestates traducturam.

Sequitur Mumiacum Idolum B, priori haud absimili ornamentorum varietate concinnatum, ex Magni Ducis Hetruriæ Museo pariter extractum, cuius tamen hieroglyphicam inscriptionem pectori insertam, cum detrita & corrupta sit, consultò omittendam putauimus. Habet verò aliam dorso insertam, quam' columna seorsim posita, atque literâ C signata, exhibet. Verum cum figuræ partim pessimè expressæ, partim etiam detritæ sint, eam hoc loco omittimus, præsertim cum eandem hanc in Syntagmate de Idolis auerruncis politius expressam unâ cum eiusdem expositione exhibeamus.

De statua lignea ex Museo Ernesti Brinckij, & alia simillima ex M. Ducis Hetruriæ Museo extracta.

Habet hæc statua lignea, teste Nihusio, duarum spithamarum longitudinem, quam ex Ægypto quondam à Paludano Medico Enkusano allatam, modò Hæredes Ernesti Brinckij Harderuici in Geldria possident. Est autem facie obaurata, velato vertice, corymbis, strijs aureis,

Mumiaæ
diceæ expo-
sicio.
Idolum
A

Idolum
B

Statua lignea
ex Museo Er-
nesti Brinckij

^{Antica pars} reis, cœterisque ornamenti diuersicoloribus, quibus insignitur, spectabilis, cum inscriptione hieroglyphica duplice, antica, & postica, literis E & F signata. Antica E hunc sensum efficit. Vitale prouidi Numinis domi-

E nium, per cultum Mendetis iuxta tripartitum anni tempus piscinas hyleas secundo influxu animat, fauissam cœlesti influxuum beneficâ vberitate beat, & nè ab vberitate deficiant, Mercuriale Numen, per sceptrum Caninum indicatum, influxu suo salutifero fauissæ supramundane domum contra aduersam vim munit ac protegit. Alludunt autem hisce, ad animam depositi funeris, cui fauissas ad eam, si benè vixerit, resocillandam, præparatas credunt, à Mercurio verò vigili istarum custode illuc traductam contra omnes aduersas sortes muniri.

^{Postica pars} Postica inscriptio hunc sensum efficit: Vnde cœlestis liquoris vehiculo seu Bary porta aperitur beneficâ, per quam prouidum Numen, animas post transactam religiosi cultus in vita operationem, transvectas Osiri supremo sicut, hic in fauissis cœlestibus purgatas, vitâ imbuit supramundanâ. Huic statuæ ligneæ prorsus similem, ex Magni Duciæ Hetruriæ Museo, nobis subministravit Nardius, in quibus nulla prorsus differentia est, nisi quod illa, ut diximus, statuam ligneam, hæc medicatum funus referat; cœterum siue ornamenti, siue inscriptiones hieroglyphicas spectes, pares sunt.

De Mumijs ex Museo Petri à Valle extractis.


Petrus à Valle amicus, dum viuebat, cum primis singularis, & cui multum, ob summa in hoc Opus merita, obstrictum me esse fateor, dum uniuersum ferè Orientem peragrasset, Aegyptumque summo studio ad antiquitates omnes maximè cogoscendas perlustrasset, inter alias Aegyptiacæ magnificentiae monumenta cryptas subterraneas audacissimo mentis æstu penetrauit; ex quibus nobis duas depropulsit Mumias, seu condita corpora; prior A septem cum dimidio palm. longitudinem habet, & Virum refert; altera fœminam septem palmarum longitudinis cum duobus digitis. Prior varijs per totum contexta veluti gemmis & pretiosis lapidibus fistis, pectore protensis alis Ibin gestat, pateram dextrâ tenens, sinistrâ fructum, infra quam veluti in diaphragmate quodam vox εγτάχι vulgaribus characteribus olim Aegyptijs usitatis inscripta cernitur; deinde per totam superficiem in varios quadratos, rhombos, circulos diuisam, varia passim Numinum Aegyptiacorum effigies interseruntur. Quæ omnia melius ex ipso scheme paulò post apposito, quam multis verborum ambagibus, cognosci possunt.

Altera Mumia B, quæ fœminam refert, maiori adhuc rerum varietate conspicua est, ut ex sequenti eius Icone patet: in quo cum nihil sit hieroglyphicum, quod interpretatione indigeat (sunt enim iam saepius exposita, & funeribus imprimi solita tutelarium Numinum simulachra, quorum assistentiâ & præsidio deposita hæc ab aduersa forte immunia futura existimabant) ita in ijs repetendis ulteriore laborem impende-re, superuacaneum esse ratus sum. Vnde qui minutiorum horum omni-

nium descriptionem desiderat, is epistolam i. supra allegatam Itinerarij dicti Petri à Valle consulat, vbi innumera circa Mumiarum conditionem,

A

B



& cryptarum constitutionem, consideratione dignissima, minutim & singularicurâ, & diligentia, nec non summâ eruditione descripta reperiet.

Quoniam verò tempore condita sint hæc cadavera, num veræ hieroglyphicæ literæ ijs impressæ sint, non leue dubium est. Putant nonnulli, antiquitatis Ægyptiacæ ignari, ea nullo non tempore ad nostram usque ætatem fuisse condita; quod verum est de ijs hominum cadaveribus, quæ intra Lybicos arenarum aceruos calore Solis & arenæ siccitate excocta, subinde inueniuntur. Verum has minimè Mumias dicendas, supra sat superque demonstratum fuit. De veris itaque Mumijs, quæ intra pyramides & cryptas subterraneas, vario hieroglyphicorum apparatu adorpatæ reperiuntur, dubium est. Quod ut explanetur,


Notandum, quod & varijs locis huius Operis ostendimus, Cambys-

sis in Aegyptum irruptione, ut omnes ritus & cœremoniæ veterum Sacerdotum vna abolicæ fuerunt, ita hieroglyphicæ quoq; literaturæ usum perijisse, ritibus Persarum in patriatum consuetudinum locum introducētis; atque adeo certum sit, post hæc tempora, paulatim omnia dicta expirasse, Sacerdotibus partim occisis, partim in exilium amandatis; omnia quoq; hieroglyphica monumenta flammis ferroq; vitiata fuisse; odij ingentis indicium sanè luculentum, quo Aegyptios, eorumque doctrinam Persæ persequebantur. Contigerunt autem hæc eo ferè tempore, quo Numa Pompilius II Rex Romanorum, rerum in Urbe potiebatur. Cum itaque hieroglyphica literatura eo tempore esse desierit, Mumiae verò quasi omnes hieroglyphicis inscriptionibus refertæ sint; consequens est, eas ante dicta tempora præparatas, & intra dicta loca conditas fuisse; non verò posteris temporibus, lege Persarum Græcorumque, nè similia fierent, obstante, Aegyptijsque iam tūm alienarum Gentium moribus imbutis: tametsi patria traditio in eorum mentibus tantas radices fixerit, vt Deorum à Veteribus traditum cultum vel usque ad Romanorum Cæsarum tempora nunquam dimiserint, ut ex historijs alibi traditis patet. Vnde & alia difficultas soluitur, Characteres videlicet vulgares Aegyptiorum subinde hieroglyphicis fuisse insertos; quod quidem alio, quam diximus, tempore contigisse non potuit, videlicet ante Cambysis irruptionem; & vel apertissimè liquet ex voce εγενέτης, quæ in pectore Mumiaci inuolucri superiùs descripti reperitur. Si enim posteris temporibus dicto corpori ea iōscripta fuisse, necessariò sequeretur, hieroglyphica, quibus dictum inuolucrum scatet, tunc temporis quoque in usu fuisse; quod cum amplissimè in varijs huius Operis locis, tanquam Historicis ferè omnibus contrarium, repudiauerimus, luculenter patet, & hanc Mumiam, & eius inscriptionem ante Cambysis tempora conditam, iōscriptamque fuisse.

Atque hæc sunt, quæ longiori forsan, quam par erat, discursu de Mumiacorum cadauerum conditura dicenda existimauimus.

FINIS SYNTAGMATIS DECIMITERTII.





ICONISMI CANOPORVM AEGYPTIORVM.

Iconismi usferatur Tom. III inter folia 534 et 535



SYNTAGMA XIV.
DE CANOPIS HIEROGLYPHICIS.



EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

PRINCIPI

FRANCISCO MARIAE
S. R. E. CARDINALI BRANCACCIO,

Episcopo Viterbiensi & Tuscanensi.

SINGULARIS illa Tua omnium rerum diuinarum humanarumque cognitio, Eminentissime Princeps, exigit iure suo locum in Aegyptio hoc theatro, in quo literarum abditarum scena recluditur. Et profectò quem spectatorem gratiorem habere potest hac arena quam Te, abditæ antiquitatis, linguumque Græcæ & Latinæ notitiæ instruētissimum; qui uti artis, quam tracto, peritissimus index es, ita quoque nosti quam sit difficile ac laboriosum in hac scena gestum facere. Aegyptios Canopos offerimus, hoc est, primaria veteris eruditioñis simulachra, quæ tanto fastu, veluti præcipua Mundi Numinia, verius monstra & portenta, simplicius celebrauit Antiquitas. Sed hac nōesse plurimum refert ad Christianæ Religionis excellentiam, veritatemque summandam. Dum enim hæc rudera vetustæ superstitionis eruuntur in lucem, liquidius sanè constat, quanta fuerit Aegyptiæ Theologiæ Nox, & quantum Cœlo Roma debeat, quæ extra has tenebras longè semota veri Numinis interpres, sincerae Theologiæ Magistra, & germana Oraculorum sedes constituta fuit. Qualecunq; tamen fuerit hoc munus, eo nomine velim Tibi placet, quod proficisciatur ab homine, qui Te & singulariter amat, & amare debet. Certè ob insolitam benevolentiam, quam dum Viterbiensis agri naturam scrutarer, tenuitati meæ benignè exhibuisti, adeo me obligatum Tibi sentio, ut non nisi monimento quodam perenni Virtutum Tuarum veluti trophea quæpiam, & in me meosq; partus meritæ sanè amplissimæ, posteritati testificanda duxerim. Vale Cardinalis Eminentissime, & quem plenis Charitum effusis visceribus prosecutus es, eum porrò prosequi non desistas.

SYNTAGMA XIV.

De Canopis hieroglyphicis, eorumque interpretatione.

C A P V T . I.

*Quid sit Canopus.*Canopus
quid.

A N O P V S, Aegyptiacè **κανόπης** & simulachrum erat in vasis formam tumidum, sacri Nili, aquarumque præsidis Numinis simulachrum præseferens; de quo tūm varijs in huius Operis locis, tūm potissimum in Tomo I. Syntag. III. fol. 208. ex professo egimus; ad quod Lectorem remittimus, hoc loco mysticas duntaxat Canopiconum Numinum, quorum ingens nullibi non cōpia occurrit, significations exposituri. Inueniuntur autem huiusmodi simulachra sub varijs formā suis exhibita, quemadmodum in sequenti Iconismo patet, vbi omnia, quantum fieri potuit, in vnum collecta vnā cum singulorum interpretatione exhibuimus; nē quicquam Oedipus noster rerum reconditarum omisisse videatur.

Canopi Fig. I. in Iconismo exhibiti expositio.

Canopi Gualdiani exposi-

INuenitur in prædiuite Gazophylacio Pinciano Francisci Gualdi Equitis S. Stephani, Canopus eius magnitudinis, quā hic expressus est, ex subuiridi seu porracei coloris lapide efformatus; & tametsi vasis formam præseferat, intus tamen minimè concavus est, sed ex solido lapide elaboratus; cuiusmodi & fragmentum simile huic in meo extat Museo. Est autem totum hieroglyphicis figuris refertum; quæ ut distinctius patarent, totum simulachrum in quatuor partes, hoc est, in anteriorem, posteriorem, dextram, & sinistram portionem, diuidendum duximus; quemadmodum ex figuris A, B, C, D, præsentis Iconismi luculenter patet.

Canopi pars
anterior.

Pars posterior

Itaque simulachrum mirâ quādam hieroglyphicorum metamorphosi concinnatum spectatur; caput sœmineum refert, nescio quo mysterioso velamine ornatum; pectus Cruce ansatâ, alijsque periaptis præmutum, quod vtrinque stipant primò duo Accipitres, quos Thaustos nominant; secundò, duo Harpocrates; tertiò, duo Cynocephali sedentes super Crocodilos, in quorum medio globus, è quo duo vtrinque tumido pectore striati Aspides assurgunt, infra quæ Rana Testudinis crustâ testa, & ridiculo quodam alarum remigio spectabilis occurrit. Posteriorrem deinde partem obtinent duo Cynocephali Anubidis in habitum desinentes; in quorum medio *εἰδεῖμον* simulachrum pari habitu, symbo-

lis.

lisque auerruncis, si rufulum, & humanam, quâ notatur, faciem excipias, instructum; infra quod duo Canes in contrarias partes nitentes constituuntur. Quid verò hoc oppidò mysteriosum spectaculum sibi velit, aperiamus.

Constat Veteres Aquam rerum omnium principium existimasse, imò Deorum omnium Matrem, quam & Oceanum siue Nilum dixerunt. Ita Homerus :

Ωκεανὸς δέ Θεῶν γένεσιν, καὶ μήτερα Τηθὺν.

Oceanum Deorum genitram, & Matrem Tethyn.

Deorum scilicet, qui sub cælo sunt, omnium.

Aqua rerum
omnium prin-
cipium iuxta
Veteres.

Homerus:

Homerus stirpis suæ vetustissimum Orpheum secutus est, dum ita canit:

Ωκεανὸς ὅστερος γένεσιν πάντας τέτυκτο, Orpheus.
Ωκεανὸς πρῶτος καλλιρρόες πέριξα γάμοιο;
Οὐδὲ πατρύνιτελος εμοπότορες Τηθὺν ἔπειτε.
Oceanus qui genitaram cunctis profert,
Oceanus primus pulchritudines cœpic nuptias,
Qui sororem eadem Matre genitam Tethyn &c.

Sed nullo mystico velamine aliter sic :

Ἐστὶν ὑδωρ ψυχὴ θαῖτας δύνατεσιν ἀμοιβαῖ
Ἐκ δύνατος γῆς ὁ δὲ σὲ γῆς πάλιν ὑδωρ
Ἐκ τοῦ δὲ ψυχῆς ὁ λογοθέτης αἰλλάσσεται.

Est aqua animus, mors aquis est permutatio,
Ex aqua terra, ex terra aqua rursus,
Ex quo animus totum aethera mutat.

Orpheus hanc doctrinam haud dubiè ab Hermete didicerat, qui in Pimandro expressè primum rerum omnium principium Aquam fuisse docet, dum *πούτος εἰς ὑγείαν τίνα φύσιν αὐτάς τε τερατών μόνον*, id est, tenebras in humidam quandam naturam ineffabiliter turbatam mutatas fuisse dicit, ex qua omnia postmodum emiserunt. Sine aqua enim nihil videbant subsistere posse; aquam omnia rigare, fœcundare, animare, transmutare Mundi corpora, experientia docebat. Vnde mirum non est, Homerum Oceanum Deorum patrem & matrem vocasse; cuius prima incunabula sunt tenebræ, vti iam ex Hermete ostensum fuit, id est, materia prima, ex qua immediatum elementum primumque aqua, ex aqua terra, ex terra denique aër, & dein ignis eruperunt, vt ipsi arbitrantur, & ex contextu Hermetis colligitur; quam & Oceanum dixerunt Veteres ab Aegyptijs docti, qui Nilum primò non alio quām Oceani nomine nuncuparunt, vti Tomo I. Cap. I. dictum est. Vnde & Aegyptus Oceanianæ terræ nomen inuenit. Cùm itaque Nilum tam admirandis proprietatibus præditum viderent, eum aliquid naturâ sublimius existimarunt; vnde diuinis eum mox honoribus primum extollebant, sacra instituebant, statuas erigebant, cuius.

trismegistus.

Aquam Ve-
teres vocabat
Oceanum.

Nilum vene-
rabantur
Aegyptijs.

cuiusmodi præsentes Schematismi præferunt, vasa videlicet tumidis ventribus prædicta, quæ à Temonario Osiridis Canopos appellabant; de quibus vide quæ citato suprà loco amplissimè tradidimus. Sed ut ad institutum reuertamur,

Hieroglyphica anterioris
partis Canopi Gualdianni.

Erat primi huius Iconismi figura vna ex Canopicis statuis, quâ arcane Canopici Numinis in aqueam substantiam præsidium expresserunt. Et per sœmineum caput simulachri, passuum rerum omnium principium physicum, supramundanam verò Mensem illam fœcundam, vnde veluti ex perenni scaturigine, quâdam omnia emanant, indigitarunt. Velato vertice conspicitur, quia natura eius abscondita est, & humanis mentibus inaccessa. Tumido ventre distenditur, quia panspermia quâdam rerum prægnans est. Collo Crucem ansatam, quæ in binos testiculos desinit, & amuletum, intra quod gemini pueri nudi pyramides in manibus gerentes, & sedentium habitu ponuntur, affixum habet; quibus quidem nihil aliud indigitatur, nisi fœcundus influxus per Crucem testiculatam, in Mundum hunc sensibilem, per b geminos pueros indicatum. Pueros geminos in Astrologia Horum & Helitominum appellauimus, id est, filios Osiris. Et Horus quidem Mundum sensibilem, alter eundem multis imperfectionibus adhuc obnoxium, teste Plutarcho, indicant, quem Mens Canopica ad perfectionem instaurat. Pyramides portant ignis symbola, quia Mundus sensibilis caloris diuini receptaculum est, quem Osiriæ Mentes, id est, Solares Intelligentiae per a binos Accipitres indicatae Mundo disperciunt; quas sequuntur utrumque Isiacæ Mentes, quæ per bina sœminea simulachra Accipitribus postposita indicantur. Symmetriam & harmoniam præstant c Mentes Harpocrateæ, quæ signantur per binos utrumque Harpocrates dñitis silentia suadentes, & gnomones manibus gerentes, vt quemadmodum impolitum corpus gnomone seu amusi adhibita suam perfectionem nanciscitur, ita Menti Harpocraticarum sapienti dispositione Mundus multis adhuc imperfectionibus obnoxius suam nanciscatur symmetriam, occulto quodam motu & insensibili, quæ silentij nota est, digito ori ad moto, peractam. Quoniam verò Intelligentiae Solares arctâ catenâ Intelligentijs Lunaribus connectuntur, vt pote si ne quarum concordia nihil confici possit; hinc aptè sanè binos Cynocephalos supra Crocodilos sedentes, & Lunâ sextili conspicuos apposuerunt, quibus Intelligentiae Lunæ-Solares intelliguntur, vti in Obel. Pamph. dictum est. Supra Crocodilos sedent, quia, Eusebio teste, motus Solis & Lunæ in humido ad rerum generationem fit: & per Crocodilum quidem aquam dulcem quam suo Sol calore purificat, notant. Hanc eandem ob causam, Eusebio teste, Solis imaginem in naui collocabant, quæ Crocodilos ferebat. Sequitur globus d, è quo utrumque duo emergunt surrecto pectori striati Aspides, quibus vita fœcunda, seu vitalis fœcunditas, quâ Mundus ad rerum omnium generatiōem, vti alibi dictum est, ingrauidatur tūm per recensitos, tūm per Ophionios Agathodæmones Canopicæ Mentis supremæ ministros, signatur. Sequitur deinde Rana alarum remigio spectabilis, & Testudinis crustâ, ridiculo sanè amictu,

Rene in Ca-
nopo Gual-
diano.

cir-

circumdata; quæ arcanâ quâdam similitudine notat materiam sublunarem, in quantum Osiris virtute, quæ per crustam Testudinis indicatur, adiuncta, innumerabilem formarum scatura, quæ per alas multiplici pennarum ordine exorrectas signatur, imbuitur, ex quibus Mundus deinde $\omega\zeta\mu\theta$. dictus est. Vides quomodo Rana materia symbolum ex cœlesti vita, id est, globo Serpentigero omne suum nutrimentum exsugendo acquirat; de quibus cùm in Mensa Isiaca fusè actum sit, eò Lectorem remittiimus.

Vides quoque quomodo materia, quæ per Ranam indicatur, primum sit influxum supernorum subiectum. Cùm enim diuina Mens, & Canopica prouidentia omnium rerum formis sit decorata, & apprimè fœcunda; magnâ quâdam beneficæ naturæ pronitate efficit, ut suæ perfectionis umbras alijs impertiatur corporibus; quod sanè fieri minimè poterat, sine communi aliquo subiecto, quod efficienti subderetur, umbrasque idearum reciperet. Ideo congruè sanè globo cœlesti vitalibus influxibus referto supposuerunt Ranam crustâ Scarabæi testam, id est, materiam sublunarem cœlestibus influxibus foetam, ex quo deinde omnium formarum pulchritudo existit.

Materia pri-
ma, per Ra-
nam signifi-
cata.

Vides denique quomodo in quadruplicem Mundum ventrosus hic Deaster distinctus sit. Et caput quidem velatum, Mundum Archety-
pum; Accipitres, Harpocrates, Horus, & Helitominus, Mundum Ge-
nialem; globus cum binis Serpentibus, Sidereum; Rana denique alata,
Materiale seu Hylæum Mundum indicat, atq; adeò utrumque extreum,
mens in effiendo, materia in recipiendo, infinitudinis quandam ratio-
nem habet.

Quoniam verò beneficis formis à Canubica Mente aquis impressis se opponunt $\omega\tau\tau\chi\mu$ malitiâ insignes, hinc contra eos in dorso vasis non sine ratione insculpsérunt triadem Anubicam, quæ sunt tres statuæ *f*, *g*, *b*, in figuræ posteriori parte D incisæ, quarum media *g* Anubicæ triadis Pa-
trem, *f* Mentem, & *g* Potentiam eiusdem indicant. Vestibus induuntur tur-
binatæ superficie deorsum vergentibus, quo influxus ex superiori in infe-
riora notatur. Vnâ manu gnomonem, alterâ falçem tenent; per gno-
monem symmetriæ in Mundano corpore conseruatio, per falçem verò in-
concinnorum notatur abscissio. Canino capite exprimuntur, quia sag-
cissimi, & inventionis humanæ præsides sunt, & apotropæi, rerum fidei suæ commissarum conseruationi summo studio, uti duo Canina simula-
chia demonstrant, inuigilantes. Atque huius Canopi, seu Vrnæ mentio-
nem facit Apuleius l. 11. Met. quam in Isiaca pompa circumferre sole-
bant, his verbis: Sed $\epsilon\omega$ ad istum Mundum fulgente auro figurata Vrnula,
faberrimè cauata, funda quam rotundo, miris extrinsecus simulachris Agyptiorum
effigiata; quam contorno nodulo supersedebat Aspis squameæ cervicis striato tu-
more sublimis; quæ Aspides sanè aperte in vase delineatæ spectantur. Sed
de hoc Canopo hæc pauca sufficiant.

Posterior pars
Canopi ex-
plicatur.

C A P V T . II.

Canopi figura II. signati interpretatio.

*Canopus ex
theatro hiero-
glyphico Her-
wartij.*

Fuit hic Canopus ex Theatro Hieroglyphico Georgij Herwartij de-
promptus, cui & quo ad figuram, & inscriptionem hieroglyphico-
rum prorsus similis est Canopus ille, qui in hunc usque diem superstes
spectatur in palatio Legati Ord. Equitum Melitensium, & indicatur per
figuram VI. bipartitus in anterius & posterius. Est autem effigia-
tus uterque in modum yasis ventroso tumore conspicui, cui supraponitur
caput foeminae velo spectabilis; per vasim vero concavum duae manus de-
cussatis brachijs foras porriguntur, quarum una pennam Ibidis in manu
tenet; in anteriori vero parte per octo columnas hieroglyphicæ descri-
ptiones ponuntur, quæ Ibis morphorum Daemonum vires, effectus, & in-
fluxus signant; quorum expositione ne Lectori tedium pariamus,
omissis autoritatibus iam in precedentibus non semel adductis, solum
idealem, seu symbolicum sensum iuxta totidem columnas apponemus.
Quoniam vero columnæ hieroglyphicæ in Canopo figura II, infida ma-
nu ex Archetypo depromptæ sunt; hinc Canopi figura VI exhibiti hie-
roglyphicas inscriptiones, quæ si pauca excipias, cum priori quasi eadem
sunt, ut unum cum altero comparanti patebit, hoc loco prius interpre-
tabimus.

C A P V T . III.

Interpretatio Canopi figura VI. exhibiti.

*Canopus p. 2.
latij Legati
Melitensis.*

Columna prima hunc sensum habet: *Ibimorphus Agathodemon Momphtæ minister intellectu dirigat piscinam sacram, & Niloticos canales be-
neficio suo dominio per tres anni partes suffulciat; Osiridis dominium vivificum
in dodecapyrgo promoueat in vitam & fecunditatem rerum.*

Columna II. *Sacræ humorem piscinæ gubernet, à fave sua aduersa propul-
set, influxum suum ad archetypi rationes adaptet, occulto humido naturæ motu
irroret vegetabilia, Ibimorphus phialam Niloticam humore vitali impleat, que-
rum executores sint Momphæ Intelligentia, & Mercurius vitalis humoris præses.*

Columna III. *Prouidentia humoris piscinæ sacræ ex dodecapyrgo aquas
influet, si sympatheticis ritibus & cæremonijs vitales in eas potenteris Sacerdotes
euocauerint, & aduersa depulerint per status trium triadum, Patrem, Poten-
tiam, Mentem.*

Columna IV. *Hinc piscinæ sacræ occultæ agitatio, materiam occulto
motu ad formarum conceptionem in natura rerum disponit, per motum Solis
virtutem suam sympatheticam in quadrifilam mundi pligam diffundentis, quo fe-
cundum Momphæ seu Canubice Mentis impium ligatur ad vitam Mundo con-
cedendam per beneficium humoris vim, quem dodecapyrgon fundit.*

Columna V. Fauisse beneficium Nutnen Typhonem propulsabit, unde vitalis humoris dominator Osiris vitalis fulcimento cuncta complebit, Nilometrium occultis Deorum ritibus beneficam rerum vertatem exhibebit.

Columna VI. Incrementis Niloticis agri irrigabuntur arcano aquæ domino; catene Numinum per hymnos & preces Sacerdotum trahentur; ad benefaciendum, pantamorphus Dæmon influxu suo & potenti dominio omnia inferiora aquarum receptacula secundabit.

Columna VII. Thaustus sue Osiris prouidentia virtute sacri vasos Nilotici fauissam rerum necessariarum abundantia replebit, & profligata Noctua Bebonia quadrididus Mundus fulcietur, vita cum abundantia incrementi confertur, humida Mundi dodecapyrgi & fauissæ magnæ substantia, quadrifido Mundo dominabitur.

Columna VIII. Per igneam vim polymorphi Dæmonis, per portas dodecapyrgi, per trabam Osridis, per Ammonis influxum in fauissas & canales Niloticos, per brachium Thausti, per vasa Nilotica, per Baryn sacram Hermitibus.

Quid verò penna Ibidis in manu Idoli sibi velit, aperiamus. Iam sæpe ex Horo ostensum fuit, Ibidis pennam folio tactu suo Crocodilum siderare. Cùm itaque per Crocodilum Typhon signetur omnium malorum origo, hoc signum in manu Cænubicæ Mentis ponebatur, ad significandum eam omnes aduersarum potestatum insidias dissipare, & ab aquæ substantiæ fidei suæ commissæ œconomia propulsare. Pennam itaque Ibidis auerruncatiui Cænubici Numinis aquarum Præsidis symbolum esse, ex dictis patet.

Atque hic est sensus symbolicus inscriptionum in octo Canopi figurâ VI. exhibiti columnis contentarum; quarum quidem symbola cùm in præcedentibus passim sint exposita, suisque authoritatibus stabilita, superuacaneum esse censi, easdem irrito labore hic denuò repetere.

Nota tamen Lector, inscriptiones Canopi, quem figurâ II. refert, quoad substantiam, quoad numerum columnarum, & symbolorum significationem, prorsus esse easdem; symbola quoque prorsus eadem esse, cum illis, quæ iam exposuitus; nisi quod pessimè transformata ex Archetypo extracta sint, & nonnulla ibi ponantur, quæ inter hieroglyphica nunquam reperiuntur; vnde in suspicionem veni, transcriptorem cùm aliqua symbola ferè in Canopo exesa non caperet, quicquid ipsi imaginatio suggerere potuit, effinxisse. Et tametsi valde in prototypum ad figurarum veritatem explorandam inquisuerim, nullâ tamen diligentiâ id consequi licuit. Sextæ tamen figuræ Canopus cum suo prototypo summo studio à me priùs fuit comparatus, vndé eum primo quoque loco interpretandum suscepi; cum alio quoque Canopo, qui in Museo Pinciano Francisci Gualdi continetur, hunc contulimus, prorsusque eadem symbola exhibuerunt. Porrò inscriptiones, quæ dorso huius Canopi quaterna columnarum serie inscribuntur, cùm vñusquisque ex iam dictis illas exponere possit, eas exercitij gratia studio Lectori explicandas reliqui.

Penna Ibidis
in manu Ide-
li Canopici.

C A P V T . IV.

Figuræ III, quæ Canopicum Oraculum exhibet, interpretatio.

Canopicum
Oraculum
Gerardi Reip.
Sig.

Figuræ tertiae schematismus Canopicum exhibet Oraculum, ex Museo Perillustris Viri Domini Gerardi Reinstij, Senatoris, & Scabini Ambstelodamensis, patrocinante doctissimo Viro, & amico singulari, Domino Bertholdo Nihusso extractum, transmissumque. Lapis est parallelogrammus quatuor digitos crassus, architecturam templorum Ægyptiacorum exhibens, in cuius medio instar aræ ponitur Canubicæ Mantis simulachrum, manu flammam ignis euentilans, & è regione eius statua in consultantis morem effigiata; basis cui Canubicus Genius insit, quadrata est, duobus triangulis, sibi mutuo in formam hexanguli insertis, singulis in lateribus in sculptis, cum lucerna apposita. In abaco vero lapidis triginta characteres ponuntur, qui sunt triginta Numinum vniuersæ terræ Ægypti, in triginta Nomos distributæ, indices. Quid autem hæc omnia & singula indicent, aperiamus.

Oraculum in
Vrbe Canopo
Ægypti.
Plutarchus.

Serapis &
Canub idem
sunt.

In Vrbe Canopo Oraculum fuisse celeberrimum Pausaniæ refert, & Suidas, ad quod vndique confluabant de rebus futuris consultiuri Ægypti; de quo & Plutarchus: Καὶ οἱ Ποντικὸς Ἡρακλῖτος οὐ Κανωβῷ πλέσθει τούτῳ οὐδὲν. id est, Et Ponticus Heraclitus Oraculum in Canopo Plutonis fuisse existimat. Plutonem autem Græcorum cum Serapide Ægyptiorum passim confundi, multis iam locis dictum fuit. Serapideum autem & Canubum idem esse, inde patet, quod quæm Ægypti communi voce Serapim, eum Sacerdotes & Mystæ arcano nomine κανωβοὶ dicunt, quasi dices, subterraneum aquarum Numen. Et quoniam aqua igneis spiritibus seclusis vim fœundatiuam obtinere non potest; hinc dictum Numen igneo cultu prosequuntur, ut ex statua satis appareat, quæ pilatum in cucurbitæ formam adaptatum portat, signum humoris abundantia, cui præst; præterea amictu simplici & nullis rugarum plicis asperato induitur, quo simplicis elementi ratio exprimitur; manu dextrâ flammatum euentilare videtur, quo ignea portio, quæ aquis Numinis beneficio inseritur, notatur, utpote sine qua nulla rerum generatio efficietur suum sortiatur. Cultum vero igneum eidem exhibendum, lucerna apposita notat. Vniuersum vero suâ virtute calido-humidâ ad vitam rebus omnibus concedendam peruvadere, hexagona figura abaci impressa lateribus abundè docet, quod Vniuersi Elementaris symbolum esse in Arithmetica ostendimus, & confirmat quod Oraculum Serapidis de scipio dicit, teste Opsopœo sol. 69. in lib. de Oraculis.

Opsopœo.

Σφαιρὴν εδὼ καὶ δῶμα Θεῖς κατάλαμπε τὸ ἀυγόν,
Ηλθε τὸδε, λατιβόλησε μέγας Θεός, εἶδεν ἐμέο
Κέρτον αἰματικένον λαμπτοῦντα φλογεσσεγνον,
Βόσχυχον σκηναδίς νεάτης χαερποῖσι μετώποις
Αἴματις ἱαγνόμενοι πλοχμοῖς θίσεροις γενέσι.

Cla-

*Clara quidem per domum Dei splendet lux,
Venit enim, occurrit magnus Deus, vidi meum
Robur inexpugnabile, lampadem vrentem Tyrannos,
Cincinnum ex capite summo, iucundo vulnu
Vndique exhilaratum, cirrisque sacris menti.*

Canubicum verò Nomen, teste Suida, omnium Deorum maximum habebatur, eò quòd quæcunque in cœtera Ægypto Numina essent, in hoc vno exhiberentur, quemadmodum de seipso loquitur per Oraculum teste Oplopæo in Oraculis Veterum fol. 7.

Canubicum
Numen om-
nium maxi-
mum.

*Ηλίος, Ήρα, Οστειος, Ανάξ, Διόνυσος, Απόλλων,
Ωραῖος καὶ πατέρας Τάρκιος, αἴματα δὲ καὶ σύμβολα,
Ηές καὶ τικῆς πελυαστέρας λεγία νομός
Ζαφλεγέων ἄστρων. Βασιλεὺς οὐδὲ θάνατον πῦρ.*

*Ego Sol, Horus, Osiris, Rex, Bacchus, Apollo,
Tempestatum et temporum promus, ventorum et imbrium,
Auroræ et noctis multum stellatæ habens regens,
Valde flammantium astrorum Rex, et immortalis ignis.*

*Τὸς διοίησον πελπτὸς γαῖας δέσποινος,
Αὐτοφοῖς, αὐθίδαιτος, αὐτίτωρ, αὐτιφέλιτος,
Οὐρανος μίδε λόγῳ χωρέμιον, εἰ πνεὺς νάρων.
Τεττὶ Θεοῖς μικρὰ δὲ Θεῖς μερὶς αὖτες οὐραῖς.*

*Aqua et liquor omnigenis seminibus refertus, et sinus terræ penetrans,
Ex seipso ortus, à nomine dictus, sine matre, inconcussus,
Nomen nō. verbo quidem capiendum, in igne habitans.
Hoc Deus est; modica autem Dei portio Angeli nos.*

Patet itaque in Canubico Nume omnia dicta Numina veluti diuersos in sua causa effectus includi. Quæ omnia patent ex triginta characteribus, qui in basi lapidis incisi sunt; quorum unusquisque certum Nume significat. Et sunt ijdem characteres, quos in Magia hieroglyph. fol. 484, & sequentibus exposuimus; videlicet mystica quædam signa Deorum, ex Hermeticis Planetarum characteribus, uti in Astrologia docuimus, composita. Hinc duodecim Præsides ἀωδηχαρύες, & septem Præsides Planetarum, totidem characteribus hieroglyphicis, quorum serè plerique ex unico charactere Hermetico seu Tautico sigillo emerserunt, exprimebant; quorum figuræ simulachro auerruncu incisas vide citato loco in Magia hieroglyphica antè citata. Sed iam singulos characteres exponamus.

Characteres
Canopici
Oraculi basi
incisi.

Primus character Mercurij figuram exprimit, & denotat Hermanubin. Secundus Serpentem pendente, & significat Ophionium Nume, 2 Ægyptiacè Κινδύδην, apud Horum corruptè Vrasum. Tertius character 3

ex triangulo & Cruce Tautica compositus Deltae Niloticæ Præsidem notat; Ibis enim incessu suo hanc exprimit. Quartus literum & exhibet cum duabus Crucibus Tauticis, quibus Ibiacum Numen exprimitur. Quintus Serpentis non erecti, sed iacentis sicutum exprimit, & vitam seu vitæ præsidium notat. Sextus Leonis incedentis formam notat, de quo vide in Hierogrammatismo Leonis Obelisci Pamphilij, ubi de eo fusè actum est. Septimus triangulum cum Cruce Tautica aliquantulum inclinatum; idem quod tertius character signat. Octauus character pīcēm stipite portat Tautico, & Ichtonium Numen significat; de quo vide in Astronomia hieroglyphicā fol. 167. Nonus Sagittarij figuram exhibet, cuius & Præsidem notat, Solis videlicet vim in terra abditam. Decimus ex circulo & duabus Crucibus Tauticis componitur, & Solis fulcrum dicitur. Undecimus character ex circulo & semicirculo, seu Sole & Luna componitur, cum Sigillo Tautico ei à latere affixo; & tutelam Sole Lunarem indicat. Duodecimus ex circulo majori & minori cum Cruce Tautica, quo Solari-Venerea vis exprimitur; circulus enim maior Solem, reliquus ♀ Venetrem exprimit: de quo fusè in Alchimia Aegyptiorum fol. 401. tractatum vide. Decimus tertius ex semicirculo & nota, Tautica compositus est, & Lunæ influentiam notat. Decimus quartus character ex duabus notis Tauticis, & Veneris figura componi, & Nephæ Venereæ Aegyptiæ motum significat. Decimus quintus triangulum Tautico signo impositum est; idem quod tertius character significat. Decimus sextus stipiti Tautico Serpentem circumvolutum indicat, cuius in Mensa Isiaca expositionem vide. Decimus septimus characterem Momphtæ exhibet, quem innumeris passim locis exposuimus. Decimus octauus Sagittarij character iacens idem est ac noni characteris figura. Decimus nonus idem significat quod character undecimus. Vigesimus character Hermeticus Lunæ-Solaris, de quo suprà in decimo charactere, cui aquiualeat. Vigesimus primus character idem cum tertio, situ tantum differens. Vigesimus secundus idem cum secundo, à quo situ tantum differt. Vigesimus tertius idem cum decimo. Vigesimus quartus ex tribus notis Tauticis, & circulo in formam tripodis effigiatur, unde & tripus Solis dicitur. Vigesimus quintus idem cum decimo tertio, a quo situ tantum differt. Vigesimus sextus idem cum secundo, & vigesimus secundo. Vigesimus septimus idem cum vigesimo quarto est. Vigesimus octauus idem cum sexto. Vigesimus nonus idem cum decimo. Trigesimus idem cum decimo.

Characteres
hi quid si-
gnificent

Tota igitur illa mystica characterum congeries nihil aliud indicat, nisi diuersorum Numinum vires effectusque, quos tūm in superiori, tūm in inferiori Mundo sub Canubicæ Mantis præsidio operantur. Vides quoque, inferiores characteres ferè plerosque, tametsi idem sint cum superioribus, situ tamen diffire, sicuti operationes Deorum in superioribus corporibus ab inferioribus differunt, dum hæc te habent per modum principij passiui, illa per modum principij actiui, quorum coniunctione omnia in Universo perpetrantur. Verum cùm hæc omnia citatis locis

Jocis fusè descripta sint, hìc longiores esse noluimus: Lector ex his pau-
culis mentem Veterum facile percipiet.

In hoc itaque præsenti Oraculo Canopico incidebantur, quia dum
Canubicum inuocant, omnia cœtera eius præsidio subdita Numinæ im-
plicitè inuocare censebantur; & pulchrè id ipsum Oraculum Canubi-
cum docet, quod habetur inter cœtera Oracula ab Opsopæo collecta
fol. 55. vbi Oraculum iubet inuocare Numinæ temporibus opportunis,
alijsque cœremonijs, vt sequitur.

Κληζεν Ερμῆς οὐδὲ οὐλον καὶ τάῦτα
Ημέρην οὐδὲν, μηλὸν δ' οὐτε τὸ δέ παρεῖσθαι
Ημέρην οὐδὲ Κέρων, οὐδὲ οὐρανὸν Αὐρηλίου
Κληστονικὸν θεότητον, ἃς εὗρε μάγων οὐχ οὐρανόν
Τῆς ἐπαφθόγυγος Βασιλεῖς, ὃς παῖτες οὐτανιν.

Voca Mercurium, & Solem eodem pacto
Die Solis; Lunam verò, cum huius adfuerit
Dies; ac Saturnum, & consequenter Venerem,
Vocationibus non sonoris, quas reperit Magorum optimus.
Septies Ionantis Rex, quem omnes nōrunt.

Atque hæc sunt, quæ de hoc schematisino dicenda putaui.

C A P V T . V.

Figura IV. Genius Apotropæus Canopicus, eiusque interpretatio.

Figura IV. in Iconismo Canoporum exhibet Genium Apotropæum Canopicum, quem ad me non ita pridem Francofurto ad Mænum misit Anonymus quidam Architectus & Mathematicus insignis, ex saxo nigro. In quo primo globus alatus occurrit: deinde simulachrum, in cuius capite cydaris in vasis Nilotici formam effigiata spectatur, vncō & flagello formidabile. Limbi verò lapidis hieroglyphicas inscriptiones continent, vti in ectypo patet.

Per globum alatum Hemphita seu supremum triforme Numen indicatur, vti iam sæpe declaratum est; simulachrum, ministrum Hemphita, Canubicum Genium tutelarem indicat. Cydarin in vasis seu cucurbitæ Niloticæ formam adaptatam capiti impositam habet, quia in aqueam substantiam potestatem habet. Vnco manu dextrâ tenet, quia is Osirin à Titanibus in Nilum proiectum dum extrahere dicitur, Nilom, quem cum Osiri passim confundunt, supra terram aridam, siccām, & inaquosam, per inundationem eius ad necessariam vitæ sustentationem educit, omnibus Typhonij potestatibus profligatis; quod flagellum indicat, & inscriptio-nes hieroglyphicæ G, H, sat superque demonstrant. Nōrānt enim, quan-

Genius Apo-
tropæus Ca-
nopicus.

Hieroglyphi-
ca.

tope-

topere Dæmones *αστίχην*, flagellis arcanâ quâdam ratione confectis, & in manibus Deorum positis, terreatur; dum sustinere nequeunt id, quod potentiaz superioris sigillo munitum, tam ipsis est contrarium; ut proinde Oraculum consulturis Aegyptijs, quânam ratione ab infâustis potentijs tuti esse possent, Oraculum responderit:

Δαιμονις οι φυτωσι φει χθινα και τελι τεντον,
Ακκρατη δαιμονι υπαι μασιχι Θεον.

*Dæmones qui ambulant circa terram, & circa pontum
Indefessi, domantur sub flagello D E I.*

Sed ad propositum. Itaque in hoc schematismo primo loco G, occurrit pyramis cum sceptro papyraceo, iugum bilancis, quadratum, cum ovo, & oculo; sequuntur hæc phialæ Niloticæ, sacrum Alpha, brachium extensum, piscina sacra cum vestigio pedis; & binis vasis Niloticis; sequuntur deinde caput Accipitris, cum Luna sextili pyramidi insistente; post hæc brachium extensum, ouum, sceptrum papyraceum, sphœra, oculas, pyramis, altare. In latere H eadem prorsus, si tria symbola excipias, occurrunt. Sed hæc omnia exponamus.

Interpretatio

Rectè itaque pyramis primo loco ponitur cum sceptro papyraceo, quia Canubica Mens aqueæ substantiæ præses sine ignea portione rerum necessariarum abundantiam producere non potest, neque temperare ad iustitiæ leges Mundum Elementarem; ut pulchrè indicat iugum bilancis, & quadratum cum ovo, quorum illud iustitiæ exactam mensuram, hæc duo Mundum hylæum indicant. Canubicæ itaque Mentis prouidentia per oculum indicata, necessaria est, & per cultum sacrum, quod Altare sequens notat, ad id, quod necessarium fuerit, concedendum, dum occulto motu Niloticis se vasis miscet; quæ aptè indicantur per brachium extensum, vestigium pedis, & Nilotica vasa utrumque apposita. Sol enim Lunæ commixtus influxu precibus Sacerdotum impetrato, quæ per caput Accipitrum, & Lunam sextilem pyramidi innexam, & duo brachia sursum porrecta indicantur, prouidâ benignitate rerum omnium necessariarum abundantiam confert, per sacri ignis cum substantia aqua misturâ, concessam. Atque hic est idealis hieroglyphicorum in latere G positorum sensus. Estque hæc inscriptio eadem cum ea, quæ suprà in Iconismo Mumiarum, figura G, col d, exhibetur.

Ponebantur autem hæc symbola ex utroque latere eadem, quoniam efficaciam magnam habere credebantur, ad Canubicum Genium Apotropæum alliciendum, & ad id quod volebant, impetrandum, ut in Magia fuisse docuimus. Ex his characteribus præterea Sacerdotes precatorium formulam ponebant, quâ Numen Canubicum adiuratum se constringere, compellere, & sui iuris facere posse credebant; eratq; ferè hu iusmodi; Per Hemphæ triforme Numen, per sacrum ignem, per sceptrum Pantomorphi, per bilancem Omphæ, per oculum omnia violentis Osridis, per sacram

aran,

aram, & sacri Nili phialis &c. te adiuramus & obsecramus, ut id quod intendimus, nobis concedas.

Porrò in abaco huius monumenti alia hieroglyphicorum series occurrit; & primo loco, æquilibrium cum gnomone, Serpens volans, duæ pennæ, volucris cum transuerso baculo, circulus cum quadrato, oculus cum figura aræ; quadratum cum brachio extenso, quæ sequitur sceptrum papyraceum, denique canalis Niloticus. Per æquilibrium indicatur iustitiae lex, per Serpentem volantem igneæ virtutis efficacia, quâ omnia inferiora per tres globos indicata penetrat; quia verò hæc effigium suum habere nequit, nisi aëreâ Intelligentiâ patrocinante, hinc congruè duas pennas cum volucri, & sceptro, quæ decussim exprimunt, posuerunt, vt ostenderent, hanc totius Vniuersi membra motu suo persuadere, calidi-humidi influxu veluti vehiculo quodam: hæc enim ritè culta, omnibus, vt ara cum supraposito oculo indicat, prouidet, & hylæo Mundo hâc beneficentiâ rerum omnium necessariarum abundantiam per Niloticos canales confert, quæ quadratum, brachium extensem, thrysus papyraceus, & canalis Niloticus aptè designant. Atque hæc est huius nobis propositi monumenti interpretatio. Quorum omnium veritas cum in præcedentibus passim per varias authoritates demonstrata sit, hinc easdem repetere superuacaneum duximus.

Hieroglyphica
in abaco
Apotropa!
Genj.

C A P V T VI.

Figura V. vasis Canopici interpretatio.

Figura V. vasis Nilotici binas facies ostendit, anteriorem & posteriorem, quæ ligaculo connectuntur; quod vas inter alia quæ passim hoc Opere adducuntur, ab humanissimo Viro Bertholdo Nihusio ex Museo Gerardi Reinstij Senatoris Ambstelodamiensis extractū, mihi transmissum fuit. Et est vas Canubicum portatile, vti ansæ E, F, & A, B, apertè demonstrant, quo sacram Nili aquam Fanis Adytisque inferebant. In cuius anteriori facie figura B infantulus, id est, Horus hoc apparatu mystico, vt alias docuimus, exhibetur. Binæ notas C, D, vtrinque appositæ habet, quarum prior C in sagittæ formam effigiata indicat curam huius Genij esse, nimiam siccitatem à Typhonia potestate immissam, virtute suâ omnium attemperatiuâ destruere; altera in formam vncini efformata, indicat Osirin Horum, aqua suffocatum, id est, nimiam humiditatem quâ Mundus subinde opprimitur, extrahere, & ad temperiem reducere. Est enim Horus, teste Plutarcho, hoc loco nihil aliud, quam spiritus quidam virtute suâ omnia alens & conseruans, estque ipsa aëris temperies virtute Solis calefactua attemperata; quem & ideo circa Butum in paludibus educatum fabulantur Ægyptij. Et profectò ita est: viginosa enim tellus & aquis redundans vapores alit, qui aridates & siccitates perimunt.

Vas Canopi-
cum.

Vasis anterior
facies expli-
catur.

*Vasis postea
rior pars ex-
plicatur.*

Altera facies signata literis A B C D, characteres hieroglyphicos, omnis generis promiscuos, quos supra in Oracle Canopico figura III. exposuimus, continet; qui tametsi pessime transformati sint, ex alijs tamen inscriptionibus facile innotuerunt. Primus character est ramus inuersus, cuius significationem integro capite exposuimus supra in Obelisco Flaminio, & in Obelisco Pamphilio Hierogrammatismo de plantis sacris. Sequuntur hunc duo thyrsi ad inuicem inclinati, qui passim in Tabula Bembina occurunt; deinde duo characteres, tametsi oppidò corrupti, ex Obelisco tamen Flaminio, ubi saepius occurunt, nihil aliud sunt, quam Serpens, sceptrum Hircinum, duo quadrata; ultimo denique loco, figura sagittæ, Serpens globo caudam inferens, & laqueus, quibus supponuntur Noctua cum hydroschemate. Quorum omnium hic sensus est; Ceremonie Thyrifianæ libis Genijs iuxta tres anni stationes ritè peractæ, Momphtam Niloticum Numen alliciunt, ad vitam rebus omnibus fœcundam in hyleis Mundis concedentiam, ariditate Typhoniam ab aquis profligatam. Ponebanturque in vase veluti prophylactica, ad id quod significant, efficiendum.

C A P V T VII.

Figuræ VII. interpretatio.

*Vas Niloticum
eiusque inter-
pretatio.*

Figura VII. ex Museo Petri à Valle habetur, & nihil aliud quam Canopum notat, ut ventrosum vas, & hieroglyphica eidem inscripta expressè docent, ut a, hydroschematis figura, sub figura æ; b sub figura o; c sub figura φ; qui tres characteres sunt Coptici, ut in Alphabeto hieroglyphico docuimus, & idem significant ac αεφτ Numen aqueum; æ enim aquam significat, o Numen, φ verò sphæram indigit amoris, quo omnia Mophtæa virtute connecti indicantur. Porro hieralpha Agathodæmonem, baculus incuruus regimen & potestatem influiam, C hydroschema aquam, denique f vasis figura, aquam Niloticam indicat, ut iam innumeris locis docuimus; atque adeo tota hæc inscriptio hunc sensum refert: *Mophta Agathodæmon cum potestate summa, aquæ substantia egypti Nilo præsidet.*



C A P V T VIII.

Figurarum VIII. XI. XII. interpretatio.

Figura VIII. ex Museo Hippolyti Vitelleschi extracta fuit, quam & apud Petrum Stephanonum olim me vidisse memini; figura vasi foraminoso & aquas spargenti imposita, & varijs characteribus insignita, quos paulò post exponemus. Figura XI. ex Museo Petri Stephanoni, &

XII.

XII. *Canopus μασωδής mammatus ex eodem extractæ fuerunt. Atque hæ omnes figuræ historiam illam exhibent, quam apud Suidam legimus, & ita se habet. Olim ut fama fert, Chaldae suum Deum, qui est ignis, magnificis verbis extollentes, passim circumferebant, ut cum omnium Prouinciarum Dij compararetur, & ut ille, qui ceteros vicisset, ab omnibus indicaretur Deus. Cœterarum autem Prouinciarum & Nationum Dij, quod ex ære, vel argento, ligno, aut lapide, vel alia huiusmodi materia confecti, & in templo, locisq; sacris essent collocati, & huiusmodi materia facile ab igne consumeretur; necesse erat, ut ubique ignis semper vinceret; hoc audito Canopi Sacerdos: & quoddam huiusmodi callidum consilium inuit: in varijs Ægypti partibus fictiles hydria minutis, & continuis foraminibus interpuncte fieri solebant, vt per illa foramina aqua turbida percolata, pura redderetur & limpida. Canopi Sacerdos sum harum vnam accepisset, & illa foramina obturasset cera, & varijs coloribus depinxisset, in Græco est, καὶ σφρόεις ζωγροῖς χειρὶς, hoc est, varijs animalium hieroglyphicis figuris, coloribusq; delineatis, aquâ repletum, vt Deum collocauit; cumq; veteris statuæ caput amputasset, quæ Menclai cui usdam Gubernatoris fuisse dicebatur, id illi sua nouæ statuæ imponens accurate accommodauit. Aduenierunt postea Chaldei: accensus est ignis, & cera quâ obturata erant illa foramina, liquefcebant; hydria autem sudante, & aquam ejiciente per foramina, ignis extinguebatur. Hac igitur calliditate & versutiâ, Canopus victor Chaldeorum declaratus est, & ab eo tempore vt Deus colitur. Atque hanc quidem historiam exactè referunt numismatum paulò antè propositorum figuræ VIII. IX. XI. XII.. Sed exponamus præ reliquis mysteriosam, quæ numero VIII. signatur. Et figura quidem vasi impositâ Canopicam Mentem indicat humoris copiam omnibus rebus largientem, quam & *Canopus μασωδής* mammatus fig. XII. notat, vt alibi exposuimus; hunc Ægyptij postmodum more suo in omne superstitionis genus præcipites, iuxta relatæ historiæ seriem in certa materie effigientes, inter sacra symbola collocarunt, eoque phylacterij loco postmodum illos contra ignis flamarumque violentiam vsos, τελέσα seu τελεσμάτων à latere ei adiunctum abundè docet; hoc enim, eò quod hanc vocem Græcam, ΤΡΕΙΑ, quæ salutem significat, vario situ referat, prosperitatis symbolum apud Ægyptios fuisse, tritum est ex historia Antiochi Soteris, qui contra Galatas decertatus, huius symboli vexillis impositi subsidio, de quo faciendo in somno monitus fuerat, insignem victoriam reportasse fertur. Quadratum autem ex altera parte nihil aliud quam μασωγραμμα nominis Kanub, hoc est, Canopi esse, ostendunt literæ κανυβ. & quæ omnes in dicto monogrammate continentur. Et ratio scribendi fuit Ægyptijs propria, vt alibi dicetur. Atque hisce duobus symbolis Canopi Numinis contra ignis flamarumque nocimenta prophylacticam imaginem adhibendam esse, ιερεγκλυφικῶς significarunt. Literas verò singulis vasis canalibus appositæ Coptas esse, alia quidem ad id probandum autoritate opus esse non arbitror, nisi parallela quadam dictorum characterum inter se factâ comparatione, quam Lectori relinquo ex hac tabula iudicandam.*

Historia &
origo Cano-
pi.

Monogramma
Canopi.

Literæ capitales earum vocum, quæ 10 entium gradus indicant.

σατ	Mineralia
μεγριπι	Flores metallici
εσλη	Mare
εηρωτ	Arbores
δειρο	Natura spermatica
εφεηριον	Sensitiva natura
εισετης	Reptilia
εεωι	Aquatilia
κελει	Volatilia
ζελετη	Quadrupedia


Literas verò 10 vasī circumfitas, tametsi in Prodromo Copto ignorabiles fassus sim; multorum tamen annorum labore in hieroglyphica disciplina exercitatus, tantum abest ut ignorabiles iudicem, vt potius nihil illis explicatu facilius mihi fuerit. Indicant enim 10 entium gradus, de quibus in Arithmeticā hieroglyphica, quibus Canopica Mens bonitatis suę affluentiam affundit,

- σ Prima litera, Mineralia indicat.
- μ Flores, succos ad metallorum generationem ordinantes, vti in Obelisco Pamphilio docuimus.
- ε Mare, lacus, flumina &c.
- η Natura vegetabilis.
- δ Vires & semina singulis indita.
- ζ Natura sensitua.
- η Insectorum & reptilium natura.
- ε Aquatilium natura.
- κ Volucrum natura.
- ζ Quadrupedum natura.

Atque in 10 entium gradus Canopica Mens humoris sui fœcundi abundantiam spargit, eosq; in suo esse conseruat. Quod autem hæ literæ dictorum entium gradus indicent, inde docetur, quod hæ literæ sint capitales literæ vocabulorum, quæ dictos gradus indicant, vti in præcedenti tabula ostenditur.

Inter alias statuas Canopicas & hæc non infimum locum occupat, à Clarissimo Nihusio ex Batauico Museo Clarissimi. Viri Ioannis Smithij extracta. Vas marmoreum est, caput cooperculi loco seruiens, testaceum quid olet; mystico illo velaminis amictu fœminam mentitur barbâ è mento prominente spectabilem, more cœterarum velatus cum prominente barba

barba vultus deformatus; cœterum toto corpore venter est, in cuius antica parte hieroglyphica tribus columnis contenta spectatur inscriptio; quorum sensus is est, qui sequitur. (nos notas rudi & imperitâ manu exaratas in prototypo, paulò politius hîc exhibuimus.)



Prima columnna. Huius virtute simulachri vita superna Barydis Thaumœca Vehiculo defertur in tres inferiores Mundos, ubi eam Hermanubis Niloticus inserit liquoris claustris, per Baryn malorum propulsatricem, & aueruncam, sequentium simulachrorum virtute & efficacia.

Secunda columnna. Infausta & aduersa à Nilometrio remouentur; Hylæi Mundi liquore Hemphœo, à triformis supremi Numinis influxu participato, malis depulsis, rerum omnium necessiarum abundantia confertur, Anube Horizontis, & humidæ naturæ custode inuigilante.

Ter-

Tertia columna: *Vitalis liquor* in inferiores Mundos defertur; vi statuarum sequentium, quarum concatenatus influxus humorem congruum tripartitis anni temporibus confert; unde religioso semper cultis obseruande, beneficentia enim earum, quā Mundus seminalis humoris copia repletur, unicum felicitatis complementum sequitur. Verū cū omnia symbola iam sæpe, ut pote notissima, exposita sint, ijs authoritatibus stabiendi non immorabimur.

FINIS SYNTAGMatis DECIMIQUARTI.



SYN-

SYNTAGMA XV.
DE SPHYNGIBVS NILOTICIS.



EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO
PRINCIPI

B E R N A R D I N O
S. R. E. CARDINALI SPADAE,

Sabinorum Episcopo.

NON habet Sapientia nobiliores Heroës, Eminentissime Princeps, quam doctos Purpuratos, quorum doctrina Solis instar in Ecclesiae Cœlo refulget; unde suam haurit lucem Orbis terrarum, et uniuersa generis humani amplitudo accipit discipline iubar. Quare non immerito Ägyptianæ meam Sphyngem euoluturus, ad Te accedo, eamque volo in Tuo nomine apparere, ut eiusdem abstrusa interpretatio non aliunde quam ex insigni Tuae Purpureæ lumine illustretur. Roma illi Sapientum, ingeniorumque estimatrix satis testatur, quo in Viros Sapientiae studio deditos sis animo, qui in impensè eorum lemn conatus promouere studias. Nec mirum; estimare non potest is, qui quod estimat, non possidet. Ut vel ex hoc capite merito suspiciant & admirentur viuidam Tuae indolis energiam in omni prudentiae, sapientiaeque genere, in omnibus arcanarum artium mysterijs, atque in uniuersis penè Reipublicæ officijs amabiliter simul & magnificè versantem. Quamquam, ut ingenuè fatear, alia me non minus ratio communxit, ut hanc mei Operis partem Tibi representare iamdudum obseratus auderem: singularis videlicet illa Tua benignitas, qui me semper excepisti, meaq; complectens effecisti ut crederem non futura alijs ingrata, que Tibi probarentur; ac reuera in hoc Sphyngem meam supersticidum Sapientiae Tuae, cui nonnisi summa queque probabantur, haud ingratas esse meas myricas ostendisti. Vale omni Sapientiae laude Eminentissime Princeps, meisq; conatibus faue.



SYNTAGMA XV.

De Sphyngibus Niloticis, earumque vera significatione.

Sphyinx Nilo-
tica quid
significet,



PHYNX Nilotica, compositæ naturæ hieroglyphicum, uti toto passim Opere indicatum fuit; cuius quidem anagogicam seu mysticam significationem nihil aliud esse dicimus, quam arcanæ Sapientiæ symbolum: nam uti Plutarchus dicit, Περὶ τῆς ἵερον ὅπλων ἴστοις, ἡς αἰνιγματάδην σοφίας καὶ θεολογίας αὐτοῖς ἔχόντων. Ante tempora Sphynges plerumque collocantes, quo innunt, suam sacrarum rerum doctrinam constare perpetua, et sub iniuolucris latente Sapientia: Οὐδὲν γὰρ ἄλογον, εἴδε μηδέδει, γένεται διατελευτικας, ἀλλα τὸν ἐντοπον τοποτελευτικον, εἴδε τοιούτοις, ἀλλα ταῦτα μὴ οὐδεὶς ἔχοντες καὶ χαροποντες φέρεις, ταῦτα ἀφοίει ποιήσειται. Ισοειδῆς, καὶ φυσικῆς ἔστιν. Neque enim irrationalis, neque fabulosum, neque superstitioni subditum hoc doctrinæ genus; sed Ethicas suas et obsequentes causas habet, argutiae historicæ et Physicæ expers. Sphynx itaque erat arcanæ Sapientiæ, virtutumque à materia abstractarum symbolum, & hoc pacto in templis passim eam collocabant, ut monerentur, ad θεομόρφωσιν impetrandam nihil efficacius esse posse quam per occulta huiusmodi symbola animum ad diuinitatis confortium præparare. Hæc verò sub physica ratione considerata, nil aliud indicat, quam incrementum Nili. Ponitur autem ab Aegyptijs sub dupli ratione: vel enim illam sub Leonis abaco incubantis figura, vel sub figura quæ corpore Leonem, facie Virginem exhibet, exprimunt. Priori modo indicat Momphita incrementi Nilotici praefidem Agathodæmonem; cuius vires, effectus, officiaque fusè tūm in præcedentibus, tūm in Obelisco Pamphilio fol. 282. descripsimus, ad quæ Lectorem remittimus. Posteriori, ipsum incrementum Nili, quod potissimum Sole Leonem & Virginem transeunte durat, indicat; de quo in sequentibus fusiūs. Verū ut res ab ouo demonstretur, de Nilo primò, deinde de Niloscopijs, & demū de Sphyngum significatione, quantum ingenij vires permittent, tractabimus.

C A P V T . I.

*De Nilo, eiusque cultu ab Aegyptijs usurpato; uti et
de Niloscopijs, eorumque usu.*

DE Nilo, eiusq; origine, eiusq; maximis inter cœtera flumina prærogatiuis, ex professo dictum est in primo Tomo fol. 48. Quare hoc loco tantum nobis de cultu eius agendum est, ut cur Aegyptij tanto eum

to eum nullo non tempore cultu affecerint, Lectori curioso patefiat; atque adeo hieroglyphicorum structura, quæ huic magna ex parte innititur, luculentius demonstretur. Ecclœlo itaque à Ioue lapsum Nilum non *Ægyptij* duntaxat, sed & posteri Græcorum Philosophi existimabant; vnde alij eum Iouis donum, alij Deorum lachrymam, alij venam Paradi-
si, Deorum semen, Prothei piscinam, maritum Isidis appellabant, alijsque Epithetis, vti citato loco ostensum fuit, cohonestabant. Siquidem Ni-
lum non tantum veluti diuinum quiddam, & à Deo singulari fauore con-
cessum, sed & veluti ipsum Osiridem venerabantur, & diuino cultu pro-
sequebantur, teste Plutarcho, qui libro de Iside & Osiride, *Sacerdotum*,
ait, *Sapientiores non Nilum duntaxat Osiridis, mare Typhonis nomine accipiunt, sed Osiridem in Uniuersum omne principium facultate humectandi præditum, ut pote causam ortus, & substantiam seminis censuerunt. Typhonē verò omne siccum, igneum, & quidquid denique exsiccandi vim habens aduersum est humorī.* Hinc Hecatombiarum frequentia circa exundationis initium, quas in honorem Nili fœundi Numinis faciebant *Ægyptij*. Principem verò causam increamenti Protheus aperuit, cùm dixit, Ioui hecatombas faciendas, iuxta illud:

*Ægypti donec fluuius Ionialis ad vndas
Rursum eas, faciesque Dijs sacras hecatombas.*

Nilus donum
Deorum pu-
tabatur.

Nilo cultus
diuinus exhibe-
batur.

Plutarchus.

Nilo fiebant
hecatombæ.

Et flumen Diapetes appellauit, id est, è Cœlo delapsum. Si enim heca-
tombæ offerendæ cuipiam Deorum, illi certè maximè, cui augmentum
fluminis præcipue acceptum serebatur. Is igitur cùm Iuppiter siue Os-
iris ille toties à nobis decantatus sit, quis non videt aperte denotari à Ioue
incrementum profluxisse? Quæ verò aquæ à Ioue proueniunt, nisi illæ
quæ pluuijs è Cœlo veniunt? Quainuis igitur in *Ægypto* non pluat, Ni-
lus tamen non incongruè ideo Diapetes vocatur, quod imbris crescat.
Igitur Ioui hecatombas faciendas pütabant, eò quod is pluuijs è Cœlo
cadentibus præsideat, quibus Nilus ageatur.

Erat autem hoc *Ægyptijs*, teste Eusebio, Plutarcho, Diodoro, Herodoto citatis Tomo I. locis vfitatum; vt eas res, è quibus insignem
aliquam utilitatem atque sustentandæ vitæ emoluméntum perciperent,
præcipiti quodam zelo, & insana stolidaque superstitionis Religione cole-
rent; hinc & astro perciti vanissimam Religionem non ad Ibides tantum,
Crocodilos, Accipitres, Ganes, Scarabæos, aliasque immundos, quos
portentorum Mater *Ægyptus* serebat, Deastros, sed & ad stulta illa &
ridicula hortorum Numinia, cæpas, allia, pepones, extendebant, in-
quæ non immérito Satyricè inuehitur Iuuen;

O Sanctas gentes, quibus hac nascentur in hortis

Numina.

Hæc inquam cùm colerent, Nilum quoq; quia utilitate, commodis, alijs-
que diuinitatis argumentis cæteros Orbis fluuios excellebat, si-

Nilum eur-
coluerint
Ægyptijs.

gulari quodam cultu colebant & venerabantur ; præsertim cùm primos hominum assererent apud se creatos, tūm bonitate soli felicitateque, tūm Nili multa generantis, ac suapte natura, quæ genuit , facile nutrientis , sœcundo genio, cùm ab eo vno veluti à perenni fonte omnem suam felicitatem pendere perspicerent . Hunc enim terram cæteroquin sterilem, arenosam , infructuosamque sœundi limi profluvio veluti bonorum omnium alluvione sœundare videbant . Hunc herbarum, fructuum, plantarum , frumentorum , animalium terrâ marique copiosi prouen-
Nilus sœun-
ditatis causa. tuts vnicam causam cognoscebant . Huius præter dictas utilitates lympham non gustui tantum gratam, sed & medendis corporibus saluberrimam nōrunt ; qn in amplius non bestiarum tantum, sed & hominum sœunditati multum prodesse , atque proinde non malè fœtiferum dixerunt ; adeo ut prodigiosam hominum multiplicationem (qua Plinius mulieres subinde quaternos fœtus excludere solitas asserit , quod & alij confirmant Authores) nulli alteri rei quam Niliacæ lymphæ sœunditati adscribere sint ausi : ac proinde huic omnia sacrificia deputabantur ; huic veluti Deorum omnium, & superstitionum Numinum parenti omnes ritus ac solennitates festorum exhibebantur, vti paulò post videbimus ; ut proinde Phalophoria, Pammelia, aliaque execranda solennia non aliunde quam hinc originem duxerint . Hinc per Nilotica incrementa iurat Apuleius, quasi per diuini Nominis reverentiam . Nilum ergo veluti Numen quoddam Aegyptij colebant, imò veluti ipsum Osridem, ut quem & Momphta dicebant, vti Plutarchus verbis suprà citatis testatur .

Sicut verò Deorum origo mortalibus incognita, & difficilis inuen-
Herodotus.
Nili compara-
gio ad divi-
nas virtutes.
Nili encomia
& commoda. tu Deus; sic & Nili originem nulli vñquam perspectam, testatur Herodo-
 tus. Sicut Deus maximam mortalibus præstat animis corporibusq; illapsus voluptatem; sic & Nilum cœlitùs delapsum omnis felicitatis suæ causam confitebantur . Iterum sicut Dij in inferiora illapsi ea suo aduentu di-
 tant ; ita & ille . Vnde vt Elias Cretensis scribit , sicuti omne Deorum genus ab cœlesti illa Iside Luna, hominum Deorumque (vt cum Apuleio loquar) matre descendit ; sic & Nilus dicitur descendisse è montibus Lunæ . Sicut cœlestis Osiris, seu Iuppiter ille cœlestis, Sol in-
 quam 365. dierum spacio vltro citroque cutrendo rerum omnium in-
 sublunari Mundo productionem causatur ; sic & Nilus paulatim crescen-
 do decrescendoque ad exemplar Solis, totam Aegypti regionem sœun-
 do limi profluvio beat ; quod & numeris in nomine suo reconditis mon-
 strare videtur . Numerus enim è nomine Nālū collectus 365, tot nimi-
 rum, quot dies in anno, constituit . Præterea quemadmodum Luna à
 Sole aspecta certa quædam præbet terrestribus virtutis suæ incremen-
 ta vel decrementa , siquidem nunc cornuta , nunc integra , nunc per
 eosdem gradus descendens penitus evanescit ; sic & Nilus, teste Plutar-
 cho, iuxta Elephantinam Vrbem ad viginti octo cubitos excrescens nobis
 periodicum motum Lunæ, seu Lunæ & Solis Syzigiam refert ; ad hos
 verò gradus pertingens totum evanescit. plenitudine fluminis Nilome-
 trium, iuxta Mendesium verò & Xoin quatuordecim cubitos excrescens
 ple-

plena in nobis Lunam exactè demonstrat, tūm enim instrumenti Nilometri medium infra, medium supra aquas eminebat. Iuxta Memphis vero, vbi ad septem excrescebat cubitos, Lunam cornutam maximè referebat. Porro sicut has phases Lunæ mirabilem in sublunaribus effectuum causam credebant, & ex ijs veluti ex infallibilibus quibusdam indicis de constitutione temporum, de fœcunditate aut sterilitate rerum diuinaabantur; sic & de incremento decrementoque Nili. Sicut enim cornuta Luna & imperfetta, inter malignos reputabatur aspectus, teste Ptolomæo; sic & septem cubitorum incrementum sterilitatem minabatur. Et sicut Luna plena pro configuratione mediocri futura & fœcunda reputabatur; sic & quatuordecim cubitorum incrementum. Denique sicut Luna 28 dierum maximos præstat coniuncta Soli effectus, & efficacissime agit; sic & Nilus 28 cubitorum incrementum excedens coniungitur terræ, hoc est, Isidi, ad eam vegetabilibus principijs fœcundandam. Quæ omnia pulchre Plutarchus lib. de Osir. & Iside indigitat.

Misit non ita pridem ad me ex Batavia Sphyngis figuram ex Museo Gerardi Reinstij, Senatoris & Scabini Amsterodamensis extractam, Bertholdus Nihusius. Simulachrum ex marmore subnigro fabrificatum est, fœmineo vultu, reliquo corpore in Leonem transformatum, in quo maximè elucet, quod paulò antè indigitauimus, V amuletum seu sacra tabula, Accipitrinâ Statua, Hircino sceptro, & Nilometrio eidem subiecto, ut sequens figura docet, conspicua: quod & in præcedentibus passim.

Nilus phases
Lunæ, eiusq;
effectus smu-
latur.

Plutarchus.
Sphyngis
simulachrum
ex Museo
Reinstij.




tabulam Momphto-Mendesiam appellauimus. Ut proinde nemo miretur, si Ægyptij ad trahendum Numen, similia sacra amuleta adhibuerint. Et sacra quidem tabula V dextro Sphyngis lateri incisa spectatur; P, verò sinistro, ut apparet, quam & Osiriacam tabulam vocamus; quæ duæ

tabulæ in omnibus passim Obeliscis spectantur simul iunctæ, uti hic in appositis figuris AB & CD patet; apertum signum, magnæ eas apud Ægyptios virtutis suisse, cum nulli non loco, nulli non statuæ, aut Obelisco ipsas inciderint; quarum proinde significationes mysticas singulari tractatu Obelisco Flam. præfixo prosecuti sumus, ad quem Lectorem remitto. Figura verò S medietatem figuræ V exhibens, pectori Sphyngis incisa spectatur.

Sphyngis fragmentum.

Alterius Sphyngis fragmentum, quod literâ X notatur, in dorso hieroglyphicam habet inscriptionem; quæ hieroglyphica cum in sequentibus exposituri simus (sunt enim eadem quæ in Sphynge Burgessiana occurunt) ea suo loco reseruauimus,



Sphyngis
Reinonianæ
expositio.

Sed ad sacri huius præsentis amuleti, quod in Sphynge signatur, expositionem reuertamur. Statua est Leontomorpha, Osiridis Mophtæi

ver-

Vide figuram
A.B.

vertice pennigerō conspicua, cum Hircini capitis sceptro apposito, quibus subiungitur feretrum, & sub hoc Niloscopij figura. Quid enim aliud pinnatus ille Osridis Leontomorphi vertex, nisi impenetrabilis Momphtæ naturæ vis, & ab intellectu longè remotissima? Quid aliud mysteriosum illud symbolum ansatæ Crucis, nisi rerum omnium creatarum fœcundo influxu suo conseruatio? Caput verò Hircinum nihil aliud significare videtur, nisi fœcundum dicti Numinis influxum, & igneam quandam vim; quæ quidem non nisi per radiorum, qui sunt veluti cornua quædam, diffusionem, omnia penetrat. Capiti verò immediate supponit symbolum Nili, indicans quod ex ignea illa Solis virtute, & calore mixto aquæ seu humido, rerum omnium generatio resultaret; cùm tota generationis vis non nisi in humido & calido consistat, id est, omnia Momphto-Mendesia virtute perficiantur. Certè non incongruè symbolum Nili immediate sub Hircini capitis canalem posuerunt, vt ex ignea virtute seu colore & humido vegetali, hoc est, è Sole & Nilo rerum omnium resultare generationem monstrarent. Sicut verò, vt fœcunda illa Solis & Nili vis effectum habeat, necessariò requirat ut subiectum, quod cœlesti Soli corresponeat, virtutis receptivum, Lunam inquam, seu Isidem cœlestem, in quam vegetabilia principia seminet; ita & subiectum terrestre, quod terrestri Osiridi corresponeat, id est, terram seu Isidem terrestrem, quam fœcundaret, requirere videbatur; vt ex aqua & terra, id est, ex Osiris & Isis congressu & copula, intenta inferioris Mundi generatio prodiret, quod in Nili inundatione potissimum contingit; vt proinde Isis non malè à Plutarcho dicta sit ea naturæ pars, quæ quasi fœminea omnes in se recipit ortus, tanquam nutrix quædam, & omnium commune receptaculum, παρθένος à Platone dicta, à plerisque μειόνυμο, id est, innumeris prædita nominibus, quod eam in omnes formas speciesque vertat rerum generandarum. Sed ad Niloscopium hircino capiti infrapositum quod attinet; est illud idem instrumentum, quod Aben Vascia & Abenephius Nili mensuram appellat. Verba eius Arabica suprà in Obel. Flam. allegata vide, interpretatio eorum sequitur.

*Vt fœcundam naturam Nili monstrarent, illam structuram ponunt, quæ incrementa Nili mensurantur sub forma Leonis. Cuius vestigia adhuc aliquibus in locis videntur. Apparet autem in similitudine animalis caudati & iacentis fuisse. Nilometrium Strabo hisce verbis describit: Σύντη νῆσος ἡ μισθία, καὶ ἡ τεῦτη πόλις ἐχεῖσεν Κνέφιδον, καὶ τελομέτρον ἡ μονολίθῳ κατεστραμμένον ὅπι τῇ ὁγδῷ τῇ τάλαι σπρεουμένα τὰς μεγίστας δὲ, καὶ ἔλαχιστας, καὶ τὰς μίκτας. hoc est, Altera Insula dimidium stadium in Nilo ante Seneam posita, in qua ea Vrbs, quæ Knubides templum, & Nilometrium habet; hic autem est puteus quidam in ripa Nili ex integro lapide constructus, in quo & maxima, & minima, & mediocria Nili incrementa denotantur. Meminit huiusmodi instrumenti quoque post Herodotum, Diodorum, Apuleium, Plutar-chum Ioannes Leo Aphricanus, qui huius structuræ se oculatum testimoniavit; sic enim ait: *E regione Ciuitatis Veteris in medio Nili Michias, hoc est, mensuræ videtur Insula, ex qua pro ratione inundationis Nili, eius anni**

Symbolum
Nili quid
significet.

Niloscopium

Ioan. Leo Afr.
canus l. 8.

prouentum per totam Aegyptum certissimâ ratione à priscis Aegyptijs adinuenta, colligant. Diodorus Siculus Nilometrij his quoque verbis meminit: Quoniam enim, inquit, curâ molestiaq; vrgebat accolis Nili inunlatio, excogita ta est in Memphi incrementi mensurandi à Regibus antiquis obseruatio: nam quibus id negotij demandatum est, per epistolam Vrbibus vicisque significant, quot cubitis, quotue digitis fluuius auctus sit, & simul quo tempore cœperit decrescere; hoc modo vacuus redditur à sollicitudine populus, & incrementi magnitudine decrementique nota, vberatatem futuram euestigio ab inundationis modo, notatis prioribus temporibus, noscit. Quam exactius adhuc describit Geographia Nubiana lib. 2. quam nos I. Tomo fol. 33. vnâ cum figura Nilometrij adducimus.

Verùm de Niloscopio, vtpote re passim notissimâ, non moror; vnum me in Arabico textu Auen Vaschia Arabis de Aegyptiorum cultura suspensum perplexumque summoperè reddidit, neque quid per iacentis & caudati animalis imaginem voluerit, intelligere valui; donec variam antiquitatem consulendo, tandem id, quod erat, subolfaciens, occultum verborum contextum inuestigauerim. Vult autem Auen Vaschia hisce verbis nihil aliud dicere, nisi quòd fuerit in similitudinem Sphyngis, quod apud Authores inundationis Nili symbolum reperitur. Erant autem Sphynges (sicuti apparebat ex ijs, quæ Romam ex Aegypto deductæ passim hinc inde in Vrbe videntur) biforines statuæ, quarum prior humanam faciem, cœtera Leonem referebant, vti paulò antè sat superque docuimus. Erant autem hæ figuræ ab Aegyptijs expressæ, non quòd crederent, similia animalia vllibi reperi, sed ad connotanda reconditora mentis sensa. Sphynges itaque sic expressæ stationem Nili Aegyptum inundantis denotabant. Cùm enim in toto Julio & Augusto Nili incrementa durarent, Sol autem dictis mensibus maxima ex parte Leonem & Virginem peragraret; genti ad portentosas & polymorphas rerum compositiones cœteroquin propensissimæ facile fuit ex Virgine & Leone formare monstra, quas Sphynges appellabant, erantque propriæ statuæ Nilo consecratæ, ventribus incumbentes, quibus stationem inundantis Nili repræsentabant. Huiusmodi Sphynges hodierno adhuc die ad Thermas Diocletiani aquæ felicis, vndas magno faucium hiatu vomen tes, item in horto Quirinali, ad fontem Capitolij, & in Villa Burghesia, vti & in Principis Iustiniani ante Flaminiam Portam horto omni gena antiquitatum supellectile celeberrimo, quarum interpretationem hoc in Syntagmate molimur, spectantur. Earumque Sphyngium magnus numerus, teste Plinio, in Aegypto erat; quarum aliquæ ingentis molis in celebrioribus Aegypti locis, maximè verò circa loca, in quibus solet inundare Nilus, sicuti Heliopoli, & Sai, & in deserto Memphitico, collocabantur; in quo inter cœteras vna prodigiosæ magnitudinis 143 pedes longa, & 62 pedes lata. Videntur autem habuisse simul officium designandi incrementa Nili, vti ex verbis Aben Vaschia appareat. Imò dicam aliquid amplius. Certè ipsa figura Nilometrij, quam hic Aegyptijs pro symbolo fœcunditatis Nili posuerunt, rudi suâ effigie nil aliud ins-

Sphynges
quales figuræ
& cur ita effi-
cta.

Sphyngium
simulachra
varia Romæ


Plinius l. 36.
c. 13.

Sphynges in
diuersis locis
Aegypti.

nua.

nuare videtur. Confirmat opinionem nostram Pierius, qui ait, Aegyptios ad incrementum Nili, quod Aegyptia lingua Nun significat, Leonis iacentis hieroglyphico usus esse, eò quod cum Sol Herculei Leonis terga adit, Nili diluvium excitet, duplumque recentis aquæ Sole in eo signo commorante sæpius exundet; quæ vis aquæ per spatiisam Aegypti planitem latè diffusa, solum ea fertilitate grauidum reddit, quâ non tantum indigenæ sibi alimentum colligant, sed magnam Orbis partem fame leuent. Quæ aptissimè sane omnia exhibentur in gemma quadam Petri Stephanoni Ciuis Romani, quam hic exhibere visum fuit.

Sphyngium
officium Nili
incrementa
notare.
L. I. Pierius.



Vides in hac Sphyngem aligeram, & mammis turgidam, supra duos Leones, qui taurum vehementi impetu dilacerare videntur. Certè per Sphyngem nihil aliud nisi Genius Nili inundationis præses designatur; per Leones astrum illud, quod cum subit Sol, Nili incrementum incipit; per Taurum Terra seu agriculturæ opera insinuantur, quæ à Leone Momphæo aquarum diluvione veluti absorbetur. Sed hæc cum potius Græcanicum, quæm Ægyptiacum ingenium sapiant, relinquamus.

Propter eam verò aquarum redundantiam, quam Leonis beneficio consequi se quotannis experiuntur, institutum est, & apud omnes Gentes usu iam receptum, ut canales, tubique & siphones, qui aquam eruant, per terebrata foramina in Leonina capita ad id locis opportunis adsculpi solita aquam immittant, quæ inde Leoninis rictibus euomi videatur. Atque hæc ita sese habere, testantur non pauci, qui in hunc diem Romæ visuntur Leones, ut dixi, ad radices Capitolij, & fontem iuxta. Ædem Diuæ Virginis de Victoria, qui plenis rictibus aquam eructant. Nè verò in hieroglyphicis inscriptionibus semper integrum Leonis aut Sphyngis fig. ad Nili incrementū denotandum ponere cogentur; hinc

per

Characteres
Astronomici
Ω & Σ per ipsum eundem characterem, quo Aegyptij Astrologi Leonis figuram præfigurabant, id est, per Σ caudam Leonis, illud ponere consuliūs iudicarunt. Characteres enim Astronomicos signorum & planetarum ab Aegyptijs primò excogitatos suprà ostensum fuit, & Deenus in Monade hieroglyphica fusè probat; de quibus & nos ex professo in Astronomia Aegyptiorum. Sed & signum infra positum ~~non~~ id manifestè monstrat; hoc enim symbolum aquæ esse, à similitudine figuræ aquæ vndulatæ de promptum, alibi copiosissimè demonstratum fuit; & ob eandem causam ab Aegyptijs, & communi Astrologorum consensu & approbatione pro symbolo aquarum assumptum fuit. Quod & proinde ubique in hieroglyphicis occurrit, humidum refert, & vel aquam, vel humorem, quemuis indicat. Sed de his fusius suis locis.

Aquarij signū
Leoni cur ap-
posuerint
Aegyptij.

Verùm posset quis h̄c obijcere, quid Aquario cum Leone? Huic respondeo. Cùm Aegyptij excellentiam alicuius rei vellent demonstrare, eos id maximè per contrariorum appositionem fecisse. Nam cùm Nilum p̄z cœteris Mundi fluminibus mirandis quibusdam naturæ dotibus ditatum perspicerent, vt pote qui non tantùm totius anni decursu maxima fœcunditatis argumenta monstret, sed maximè eo ipso tempore, quo Sol Leonino æstu inflammatus omnia adurit, & cùm reliqua omnia flumina humoris quoque iñopiâ deficiunt, ille omnia plenitudine suā adimplere videatur; & contrà, in Aquario maximum habeat suæ diminutionis statum, reliqua verò flumina non nisi in Aquario Leoni opposito signo diluuijs sint obnoxia; ideo vt hanc præminentiam Nili symbolicè exprimerent, Leonis signo supponere voluisse videntur signum oppositum Aquario.

Quare siue hoc symbolum Nilometrium, siue Sphyngem, siue Leonem referat, perinde est, errare non poterit Lector, quodcunque elegerit; nam & Nilometrium, & Sphyngem, & Leonem singula inundationis hieroglyphica fuisse, paulò antè demonstrauimus, & potuit fieri, eas structuras illos construxisse, quæ & Sphyngem, ac Leonem referentes, Nilometrij munere fungerentur; quod sane simile quid fuisse & verba Authoris non tacitè, & Strabo, lib. 17. Herodotus, aliquæ Antiqui, imò quotquot modò Nili statuæ inueniuntur, innuunt. Sed hæc omnia subtilli Lectori ylterius inuestiganda relinquimus.

C A P V T II.

De Sphyngibus Aegyptiacis, earumque interpretatione.

Sphynger
aqua Felicis
Romæ

DE Sphyngibus, & cur facie Virginem, & reliqua corpore Leonem referant, sat superque innumeris iam in locis actum fuit. Quare nihil superest modò, nisi vt exactam eorum hieroglyphicorum, quæ ab acis Sphyngium vt plurimum circumscriptæ spectantur, interpretationem exhibeamus. Quas inter principem non immeritò locum occu-

occupant, duorum Leonum simulachra, quæ olim ex Ægypto vna cum Obeliscis adducta fuerunt, & modò ad fontes aquarum felicium iuxta Thermas Diocletiani, è regione Ecclesiæ Carmelitarum Discalceatorum, quæ à Victoria nomen habet, aquarum vomitu celebria spectantur; quorum figuræ hìc apponendas duxi vna cum hieroglyphicorum inscriptiōne, quæ in abacis Leonum habetur.

Leones Nilotici seu Momphtæi, quorum limbi sequentibus hierogl plicis inscriptiōniuntur, extant ad aquas felices, iuxta Campos Thermarum Diocletianearum.



Latus dextrum A Leonis dextri.




Latus sinistrum Leonis A.



Nnn

La-

Latus dextrum Leonis B.*A fronte Leonis B.**Latus sinistrum Leonis B.*

*Leo Momphtam Nilotici incrementi presiden-
tia significat,*

*Amuleta va-
ria ad Momphtam attrahendum.*

Et primò quidem simulachrum Leonis A dextrum, in abaco suo hieroglyphica tenet, quæ nos signauimus literis C D E F, à dextris incipiendo usque ad finem, videlicet ad retortam Leonis caudam; quorum significationem antequam exponam, Notandum est, Leonem hunc mysticè nihil aliud significare nisi Momphtam, incrementi Nilotici præsidem, ut supra ostensum fuit, ad cuius virtutem, efficaciam, effectusque omnes mysticæ notarum significationes alludunt. Hunc enim si quandoque minus se benevolum propitiumque ostenderet, huiusmodi arcana notarum efficientia placari, & ad id, quod desiderabant obtainendum, videlicet felix Nili incrementum, pellici posse sibi imaginabantur. Hinc tot sacræ tabulæ seu amuleta Mophtæ attrahendo apta in abaco positæ cernuntur. Totius inscriptionis argumentum nihil aliud est, quam di-
ctum Momphtam sacrorum huiusmodi symbolorum virtute ad secundum Nilotici fluminis incrementum, vnde meritò totius Ægypti salus pendebat, concedendum, propitiari, sacrificisque ritibus & cœremonijs ad votis eorum obsecundandum attrahi.

§ I.

Interpretatio hieroglyphicorum, quæ in primi Leonis Abaco inscripta cernuntur.

Primo loco Crux ansata literâ *a* signata; deinde sacra tabula *b*; postea segmenta binâ obuersa *c*, cum tribus terminis; quæ excipit Anser *d*; hunc sacra tabula *e*; tandem hæc excipiunt ordine sequentia symbola *f*, *g*, *b*, *i*, *k*. Quoniam itaque nihil in hoc Mundo sine influxu Numinum prosperari potest, hinc aptè primo loco Crucem, ansatam ponunt magnæ virtutis periapton, & diuinum in vniuersum Mundum influxum indicat, vti alibi copiosè ostendimus. Hanc sequitur tabula sacra cum Accipitre, brachium extensum cum segmento circuli; quibus indicatur memoratum influxum in Nilum non impetrari, nisi ab Osiri summo bonorum largitore, quæ aptè per Accipitrem, brachium, & segmentum indicantur. Hinc enim omnia inferiora per triplicem anni portionem bonorum augmentum acquirunt, & per binâ segmenta, & tres terminos pulchrè indicantur. Quia verò ea durare non possunt, obstante aduersarum potestatum violentia, nisi continuâ protectione custodiantur; hinc sequitur Anser sacer, seu Chenosiris, qui per sequens amuletum perpetuæ custodiæ alligari posse putatur. Continet autem sacra tabula *e* amuletaria duo brachia erecta, cum Scarabæo, & globo: per brachia erecta Sacerdotum in precibus Numini fundendis occupatorum cœremoniæ faciendæ indicantur; per Scarabæum & globum, Osiridis in terrestris Mundi œconomia labores, dum influxu suo spermatico omnia animat & conseruat. Pantamorphus verò Agathodæmon per *f* & *g* indicatus, omnia inferiora in formas rerum vniuersque naturæ congruas dispescit, ad necessariarum rerum abundantiam & varietatem producendam. Verùm cùm & huius operationibus plurimùm aduersæ potestates obstant; hinc *b* trium potentiarum efficacium prouidentiæ supplicandum præcipitur: harum enim virtute crater Osiridis, id est, humidæ naturæ receptaculum, ab omnibus inimicis potestatibus defenditur, videlicet triplicis dominij iam trium recensitorum Numinum Osiridis, Chenosiris, & Pantamorphi Agathodæmonis virtute; & per tria sceptræ Lotifera scitè signantur, quæ sicuti Lotus ad Solem continuò conuertitur, ita sympatheticâ quâdam vi hæc tria Numina ad res fidei suæ commissas tutandas, iuxta ideas à triformi supremo Numine præscriptas, conuertuntur.

Sequitur iam fronti Leonis expositum aliud magnæ virtutis synthe-
ma, quod Thausticum ab Accipitre vocant; & sunt Aspis surrecto capite, cum Accipitre contracto collo veluti dormitidente, quæ sequuntur *m* brachium extensum, canalis sacer cum figura piscinæ, claudit tandem agmen Accipiter cum *n* Crucibus ansatis mediante fasce funicularū. Quæ quidem symbola retrogrado ordine eadem & eodem ordine ad Cru-

Hieroglyphica Leonis A
abaco inscrip-
pta.

Hieroglyphica in latere
dextro abaci.

Hieroglyphi-
ca in fronte
abaci.

Hieroglyphica cum ordine insculpuntur.

cem terminantur & indicant, machinationes Typhonias, nè canibus sacris noceant, per sacri Osiridis influxum, ligatis quedam modo, Thausticæ Crucis sigillo stipatas, interceptraque sisti. Notandum tamen est, Ægyptios non tantum multum virtutis hieroglyphicis symbolis, ob arcanam quandam eorundem compositionem, tribuisse, sed & ordini, eorumque dispositioni. Nam Dijs maximè rerum ordinem arride-re, iam dudum cognôrunt. Hinc summo studio satagebant, nè symbola temere, aut tumultuaria quâdam congerie tûm Obeliscis, tûm cœteris monimentis inciderentur, sed ordine quodam Dijs beneplacito & peraccepto; quem hoc loco maximè obseruasse visi sunt, dum vides symbola *l m n*, illa eadem *q p o n* retrogrado ordine recurrere; ita ut bini Accipitres Crucem ansatam, mysteriosissimum omnium symbolum, veluti in medio tenerent, & cœtera omnia ad eam veluti ad supremi Numinis influxus symbolum, utpote à quo originaliter omnes reliquæ coucatenatarum mentium series vim suam haurirent, converterentur. Vnde non incongruè magnæ virtutis amuletum & Thausticum à Thausto Intelligentia Solari indigitatur; siquidem supremi Numinis influxus, qui per hanc Crucem, vti iam saepius indigitatum fuit, in Solaris Intelligentiae mentem diffusus, hinc atque illinc piscinas sacras, sacrosque canales munificentia, quæ aptè per figuræ *m* indicantur, replet; quibus Ophionium Numen, & Accipitrum, quæ per Aspidem surrecto pectore, & dormiturientem Accipitrem indicantur, vitam & motum illis præstat. Nota tamen, Accipitrem hoc loco oscitantia sculptoris non congruè exhibitum, sed potius Coturnicem referre; at perperam; siquidem in omnibus Obeliscis nunc Maleagridem, nunc Accipitrem refert, vti patet ex Obelisco Pamphilio fol. 514. vbi & veram huius symboli significationem fusè expositam inuenies.

Hieroglyphica sinistri lateris abaci.

Porrò ponitur hoc hieroglyphicum synthema in fronte abaci Leonis; quod mysterio non caret; siquidem Idealis supremi Numinis Momphtæi influxus ex intellectu supramundano originem suam habet, ex quo veluti perenni quadam scaturigine in omnes Mundi partes, & hinc in omnes Mundi plagas, corporaque ijs subiecta diffusus, omnia bonitate suâ, vitâ, motu, replet.

Sequitur iam sinistri lateris hieroglyphica inscriptio EF. Verum, cùm ea retrogrado ordine considerata prorsùs eadem sit cum ea, quæ recto ordine ponitur in dextro latere Leonis, cuius explicatio iam innotuit; ideo eiusdem expositionem iterare superuacaneum esse ratus sum. Causam verò, cur toties eadem symbola repeterent, paulò antè indicauimus. Quare ad alterius Leonis B hieroglyphicam epigraphen describendam nos conferamus.

§ II.

Simulacrum Leonis B. sinistri, abaco inscriptis, eiusque significatio.

Hieroglyphica
Leonis B.
abaco insculpta.

IN abaco Leonis sinistri B in ouata figura, & in formam sacræ tabulæ contorto, hieroglyphica inscriptio literis EF notata spectatur. Quæ quidem vti priori inscriptioni prorsus similis est, imò eadem, quemamodum vnam cum altera comparanti patebit; ita quoque eandem significacionem continere certum est. Quare qui prioris inscriptionis interpretationem ritè intellexerit, eum quoque huius significatio latere non potest;

Notæ in factam interpretationem.

Abacus Leo-
nis eur sit oua-
formis.

Quartur primò, cur abacus Leonum in sacræ tabulæ ouatam figuram contortus sit? Respondeo, id à Sacerdotibus mysterij causa factum esse: nam quo mysteriosior structura alicuius monimenti hieroglyphici existebat, tantò maiorem vim obtinere putabant, ad Numen illud Momphæum, cui dedicabatur, alliciendum. Cùm itaque sacræ tabulæ seu amuletariæ sequentes in hac inscriptione ponantur; vel ipsam Leonis, cui incubabat, basin in sacræ tabulæ ouatam figuram, nè quicquam mysteriorum deesset, adaptandam existimabant; adeoque Leo Momphæus sacræ tabulæ incubans, eandam tabulam referret, quam passim inter hieroglyphica reperimus huius figuræ, id est, Mundi fœcundâ geniturâ imprægnati.

Cureadæ
hieroglyphica
in utroque
abaco repe-
tuntur.

Quæres secundò, cur in binis hîc expositis abacis, singula ferè repeatantur? Respondeo id factum esse tûm mysterij causa, vt quemadmodum ouata figura Mundum refert, ita Numinia Mundi præsidès ex omni parte harum notarum occultâ proprietate attraherentur; tûm etiam vt ipsa conciñna characterum dispositio, quâ delectantur, Numinia facilius alliceret, vt paulò antè innuimus; potissimum autem Mompham totius humidæ substantiæ, quam Niloticus humor refert, præsidem.

Notandum verò, hanc periochen hieroglyphicam, non tantum Niloticæ liquoris beneficium significare; sed & liquorem illum supramundanum in Ideali supremi Numinis essentia latentem, ex qua veluti ex uberrimo quodam fonte omnium bonorum affluentia redundat. Quam primò quidem Genij supremi Numinis administrì participatam in omnia mundana corpora deruant. Sed ex his facile Lectori patebit verus huius hieroglyphicæ inscriptionis sensus & ratio. Quare iam ad Sphyngum interpretationem procedamus.

*Sphyngum quæ in Villa Burgbesia spectantur,
interpretatio.*

**Sphynges
Burghesiz
Villa.**

Spectantur hæ duæ Sphynges in Villa Burghesia retro Palatium, è sinistra regione areæ, hieroglyphicis conspicuæ, quibus è regione dextra duæ aliæ respondent, sed nullis hieroglyphicis insignitæ. Quare ijs relictis ad propositas nobis primo loco Sphynges exponendas conuertamur.

**Sphynges hæ
denorant in-
crements
Nili.**

**Sphyngis fini
stræ interpre-
ratio.**

Notandum verò, has Sphynges propriè Nili incrementum referre; sunt enim ex corpore Leonino, & vultu Virgineo compositæ, abacis suis in sacræ tabulæ ouatam figuram fabrefactis, & hiętoglyphicis eleganter incisis, conspicuis, incubantes. Sinistra Sphynx sequentem hieroglyphicorum seriem in dextro latere inscriptam habet, literis terminalibus V X signatam; frons eam, quam literæ X T continent; sinistri verò lateris inscriptio literis S R comprehenditur, quæ quidem inscriptio rētrogrado ordine eadem est cum priori, quæ literis V & X comprehenditur, si pauca quædam symbola excipias. Quare ad huius lateris significatiōnem exponendam, priorem explicasse sufficiat. Notæ denique quæ literis R, P, continentur, posteriorem abaci partem obtinent. Sed hisce præmissis, iam interpretationem ordiamur.

Differentia inter Sphyn- ges & Leo- nes Mom- phæos.


Rittergutsbesitz

Aduertendum porrò , inter Leonem Momphæum & Sphyngem nonnullam differentiam existere. Leo enim Momphæus , nihil aliud nisi Osirin, in quantum Nilotico humori præest, signat . Sub figura Leonis pingitur, quia Sole Leonem ingrediente, maximum virtutis suæ robur exhibet, vti iam passim docuimus . Sphynx verò compositæ naturæ simulachrum ex Leone & Virgine transformatum, hoc loco nihil aliud nisi congressum Osiridis Momphæi seu Nilotici cum Iside signat , vti innumeris passim locis ostensum est . Nam vt rectè Plutarchus ait : Τῶν δὲ ἀσερον Τυτοῖς Ι' σιδ Θ. νομίζεται, ὃ μεριγωγὸν ὄντα, καὶ Τυτόν λέοντα τιμῶσι, καὶ χάσματι λεοντέοις Ταὶ τῷ ιερῷ θυεῖματα πομπῶν, ὅτι πλημμυρεῖ Νεῖλος. οὐδέ ταὶ αεώτα τιμηχούμενοι λεόντι. οὐδὲ Νεῖλον Ο' σιειδ Θ. λατορέοις, οὐδεις Ι' σιδ Θ. σῶμα γλεῦ ἔχοις, καὶ νομίζεσθαι τὰ δάκρυα. ἀλλὰ οὐδὲ οὐ Νεῖλος θηβαῖος απερμαίνω, καὶ μιγνύμενος Θ. οὐδὲ τὸ σωματίας ταῦτης γεννῶσι Τυτοῦ Ωρον. οὐδὲ τὸ Ωρό οὐδὲ ταύτα σωζεται, καὶ ξέφυγε τὸ κατεύχοντος οὐδεις, καὶ κεῖσθαι αἱρετος. Et de sideribus Sirium Isidi adscribunt, utpote qui aquam ducat ; Leonem verò venerantur, rictibusque Leoninis ianuas templorum ornant, quia Nilus exundat Titanis primum curru tangente Leonem . Sicuti autem Nilum Osiris defluxum, ita corpus Isidis terram putant, non uniuersam, sed quam Nilus in undans ac coiens fœtam reddit ; hoc ex coitu Horum nasci perhibent . Est autem Horus tempestas ac temperies aëris ambientis , omnia seruans εργον alens . Sole siquidem Leonem & Virginem subeunte, Osiris dicitur cum Iside concubere, id est, Nilus cum terra, ex quo concubitu meritò fœcundum & omnia nutriens Numen Horus nascitur . Ex Nilo enim terram Agyptiam fœcunditate & humore suo imprægnante, totius felicitatis


AEGY-

Ægyptiacæ origo resultat; vt proinde nemo miretur, tot tamque diuersis cœremonijs & ritibus Nilum nullo non tempore cultum, tam impensâ sollicitudine, hunc salutisrum Osiridis & Isidis concubitum, qui per Sphyngem ex fœminino Isidis vultu, & Osiri Leonino occultâ & mysticâ ratione transfigurabatur, fuisse expressum. Elucet hic concubitus maximè in hieroglyphico schemate, quod Tabula Beinbina exhibet, & illud est quod sequitur. Vbi vides Niloticum Leonem seu Osirin Mompæsum in formam leæti compositum, cuius anteriora pedes Leonis referunt; intus autem reticulato cooperculo inuoluta Isis Osiri mista Horum producit. Sed vide interpretationem citato loco adductam, vbi quæ ad hunc locum pertinent, luculentius exposita comperies. Sed iam ad interpretationem.

Sphynges cum abacis hieroglyphicis sequentibus insignitæ sunt, & extant hodie, in Villa Burgbesia retro Palatum, è regione fontis sinistra.




Sphyngis sinistri latus dextrum.



A fronte Sphyngis.



Sphyngis latus sinistrum.





R



P

Hieroglyphica dextra latere abaci Sphyngis incisa. Niloticorum canarium consecratio, Herodotus.

Amuleta quibus vtebantur Ægyptij ad Niloticum incrementum obtinendum.

In inscriptione itaque Lateris dextri sinistræ Sphyngis, primo loco occurrit segmentum cum abaco canarium Niloticorum; quo quidem symbolo nihil aliud indicatur, nisi Niloticorum canarium consecratio, quod in Ægypto unum è celebrioribus festis habebatur. Mense siquidem ultimo Mesori, & inundatione futuram præcedente, Sacerdotes conueniebant (Herodoto teste, in Clio) in Adytis, & impositis in abacum canarium figuris, eas consuetis ritibus & cœremonijs consecrabant. Nam Horo teste l. i. c. 21. *Tubos canalesque sacrorum fontium solent ij, qui sacris presunt operibus, Leonis figurâ fabricare; quapropter in hodiernum usq; diem, qui pro ingenti inundatione se in preces effundunt, Leonis signo uti solent. Diuinum obtestantes influxum, quem tunc obtenturos sperabant, cum sacris amuletis a b c d e f g b ordine circumgestatis, sacra Numinia placassent. Amuletum a prius Accipitriño capite insigne, ansâ inferiùs circulari ad gestandum aptum, quo Osiridis cœlestis potestas innuitur. Secundum est palma Solaris vertatis symbolum, & summas, quas Solare Numen per huiusmodi aquarum incrementum Ægypto conferebat, utilitates denotabat; quarum 365, tot quot dies in anno; palmarum laetigiri Plutarchus docet. Sequitur, c, Crux ansata supraem Numinis influxum sollicitans; postea pyramis, d, igneam vim & qualitatem, quâ si humidum destituatur, nihil parturit, sed iners ac sterile manet, indicans; sequuntur, e, binæ pennæ Accipitris, perpetuum Numinum ornamentum, & sublimis Intelligentiae Agathodæmonis, quem Sphynx respicit, symbolum. Has excipit, g, Crux ansata inter duo lotifera sceptrâ posita, sympathici supremi Numinis dominij in inferiorâ symbolum, ex quo vita inferiorum resultat, uti Serpens cum segmento, h, notant. Atque hisce amuletis Sacerdotes vtebantur in sacris cœremonijs rite obeundis, ad obtainendum felix Niloticum iumentum, & rerum omnium necessariarum abundantiam, uti Nilometrum, i, & thrysus papyraceus ei adiunctus, dictorum symbolum, satis docet: hisce enim k, catena Numinum mota inferiori hylæo Mundo vitam largitur per diuini Numinis influxum, id est, ansatae Crucis virtute, & per sequentis tabulae sacræ potentem efficaciam; in qua primo Serpens cum hydroscemate, deinde, alias Serpens in formam vasis Niloticæ transformatus cum sceptro, Accipitre, & tribus terminis, quibus Capreolus apponitur. Per Serpentem & hydroscemam vitalis liquor innuitur; per vas Niloticum, quod Serpens effingit, signatur*

tur vita humorem Niloticum vnde quaque penetrans, virtute & dominio Osiris, vegetabilium tribus anni stationibus congruorum praesidis; quæ aptè per Accipitrem, sceptrum, tres terminos, & Capreolum indicantur; ad quam vitam attrahendam sequens quoque amuletum positum est: Anser sacer, id est, Chenosiris, vitalis memorati liquoris custos. Amuletum verò n̄ tres secures continet cum feretro supposito, quod sequitur sacer Apis sub forma Tauri, cum hydroscemate; quibus indicatur trium efficacis sectionis potestatum, quos Hypozocos Ægyptij vocant, cultu, Apis sacrum humore concessò in agriculturæ opera influere. His quoque in inferiora dominium polymorphi Daemonis o attractum rerum necessiarum abundantiam confert, recisa omni potestate aduersa.

Porro in fronte aliud amuletum continetur, quod literis X T comprehenditur; & sunt baculus in formam literæ, sceptrum ægomorphum, & Accipiter siue Thaustus cum Cruce ansata; cui ex altera parte eadem symbola ordine retrogrado respondent, & indicant influxum supremi Numinis à Thausto, secundo & harmonico quodam dominio in omnes Mundi partes diffundi. Cur verò eadem symbola repetantur, supra dictum fuit.

Restat sinistri lateris S R inscriptio exponenda. Verùm cùm illa ordine retrogrado eadem prorsus sit cum ea, quam iam exposuimus, inter literas V X comprehensa, superuacaneum esse ratus sum ijs repetendis tempus perdere. In posteriori denique abaci parte, inter R & P, hæc symbola continentur, scilicet segmenta bina, globus cum parallelogrammo, globus ansatus, Serpens cum segmento & sceptro; quæ symbola retrogrado ordine explicantur, vt vides; quibus quidem nihil aliud indigitatur, nisi quòd vita Mundi huius virtute periapti, in omnia Mundii corpora transfundatur.

Hieroglyphica fronti abaci Sphyngis incisa.

Hieroglyphica sinistro la- teri abaci Sphyngis in- cisa.


Dextræ Sphyngis interpretatio.

Notæ quas in antica & postica abaci parte hæc sequens Sphyngis figura continent, eadem prorsus sunt cum notis in precedentibus abaci antica & postica parte positis; & anterior quidem pars in hoc abaco comprehenditur literis QR; posterior verò AB; reliqua intermedia symbola vti differunt, ita eorundem expositionem non negligendam duximus. Omissis itaque symbolis in antica & postica parte positis, reliqua à B incipiendo ita exponimus. Primo loco se offert palma; secundo Crux ansata; tertio pyramis; quarto duæ pennæ; quinto sacrum Alpha; sexto tres thyrsi linei; septimo duo segmenta; octauo duæ catenæ intermedio globo; nono statua Accipitrina cum tutulo ἡφαξελοπτεγμόρω in capite; decimo brachium extensem, figura fauissæ, & hydroschema; undecimo sceptrum lotiferum cum Cruce ansata. Symbola quæ primò sequuntur, vti ab imperito huius temporis incisore ad verorum corruptorum defectum supplendum, posita sunt, ita quoque non genuinam hieroglyphicorum rationem obtinent, atque adeo consultiūs


Sphyngis dextræ interpre- tatio.

Hieroglyphica fronti abaci incisa.

*Sphyngis dextræ hieroglyphica.
In postica parte.*



In fronte Sphyngis dextra.



ea omittenda, quām exponenda dūximus. Symbola itaque paulò antē recensita nihil aliud indicant, quām vtilitates immensas, quas supremi Numinis influxus mediantibus Agathodæmonum catenis, legitimarumque cœremoniarum exhibitione, præstat; quorum quidem symbolorum significationem cùm in præcedentibus exposuerimus, ea Lectori euoluenda relinquere visum fuit.


Sacra tabula D & E.

Binæ sacræ tabulæ, quæ signantur literis D & E, restant exponendæ. Prior ordine E Crucem ansatam cum Nilometrio F sibi præpositam habet; quibus luculenter signatur, influxum supremi Numinis, felix Nili incrementum minimè concedere, nisi per præcedentes immediate sacras tabulas E & D; quarum prior E continet Leonis procumbentis signum cum phallo eidem superposito, quem sequitur Ibis cum piscinæ sacræ figura. Quibus indicatur secundus Momphæ, & Mercurij sacræ piscinæ custodis, influxus. D verò seu tabula primo loco posita cum vase Nilotico, pennâ, statuâ Accipitrinâ, Niloscopij figuram continet;

tinet; quibus indicatur, ad felix Nili incrementum statuam Accipitri-nam cum penna & sacro Nili vase ponendam, vt Momphta exoretur ad id concedendum. Mysticas rationes Niloscopij ample descriptas, vti & reliquorum, vide in praecedentibus.

Ex his itaque susiùs, quām par est, deductis, luculenter patet, has Sphynges hieroglyphicas eo fine positas, vt per occultam symbolorum cum supra-ma diuinitate connexionem, Numina quæ inferioribus præ-sunt, ad necessariarum rerum omnium abundantiam, per felix Nili in-crementum concedendam, vel irata placarent, vel propitia veluti sym-pathicis quibusdam illicijs, ad votis eorum obsecundandum, attraherent. Hinc toties eadem symbolorum repetitio; hinc mysteriosa in ouatam figuram singularum inscriptionum deductio. Quæ omnia sagaci Lectori ulterius ex praecedentibus iam instructio-ri, consideranda relinquo.

FINIS SYNTAGMATIS DECIMI QVINTI.



SYNTAGMA XVI.
DE PENATIBVS, LARIBVS,
ET SERAPIBVS AEGYPTIORVM.



ILLVSTRISSIMIS, NEC NON EQVESTRIS ORDINIS
DIGNITATE CONSPICVIS VIRIS DD.

CASSIANO, ET CAROLO ANTONIO,
DEL POZZO

Germanis Fratribus apprimè colendis.

MERITA Vestra, Illustrissimi Viri, in Rempubl. Lit. nullo non tempore collata, tanta sunt, ut ex literatis Viris nemis sit, qui in suam rem, quæ est Vestra singularis huminitas, conmitas, & benevolentia, à Vobis insignia literarum promouendarum subsidia se adeptum non fateatur. Testis & ego in huius Operis Aegyptiaci editione iam à multis lustris Vestræ huius in bonis artibus promouendis solicitudinis esse possum; dum Bibliothecam Vestram omni librorum antiquitatisque reconditoris supellecile instruissimam, benigno voluntatis affectu semper apertam esse voluistis. Nè itaque præstitorum beneficiorum immemor esse videar, ecce hoc præsens de Penatibus Aegyptiorum argumentum, bono i Vetro inscriendum duxi, ut si quid in hoc Opere rarum & singulare, id Vestrâ curâ & diligentia collectum, grata posteritas recognoscat. Valete.

C A P V T I.

De Penatibus, Laribus, & Serapibus in genere.

Penates &
Lares ac
Serapes apud
Ægyptios
quid.



GYPTII nullo non tempore in summa veneratione habuerunt statuas quasdam, quas Serapes, Latini Penates seu Lares appellantur. Et primò quidem quid Penates & Lares apud Latinos, deinde quid Serapes fuerint apud Ægyptios, exponemus. Reserunt nonnulli, Penates nihil aliud esse, quam Genios seu Deastros illos, per quos

spi-

spiramus, per quos cognoscimus, per quos videmus, per quos Solem inuenimur, Iouem videlicet, Iunonem, Mineruam, & Vestam. Nam Iouem æthera medium, imum Iunonem, Mineruam summam ætheris partem, quæ vis est diuinæ Intelligentiæ, Vestam terram esse dixerunt. Hos & Deos Patrios, & Genethlios, & Ciuitatum præsides, & priuatarum domum custodes nominarunt, & crediderunt: Dionyſius Halicarnassæus:

Tēs dī Θεος τέτας Ρωμαιοι μδ̄η Πενάτας καλεσιν, οι δ' ἔξεργαλοντες εἰς τὸν ἐλλάδα γλόσια τένομεν, οι μδ̄η. πατέρες Σπηφύνται, οι δὲ γενεθλίους, εἰοι δ' αἱ Ληπτίσαι, ἀλλαὶ δὲ τρικάσια, οι δὲ μυχίσαι. Deos autem hos Romani Penates vocant, atque nonnulli in Græcam linguam transferentes, genethlios seu genitales interpretati sunt; alij vocant Deos domesticos ac familiares, alij possessionum præsides, alijs Arcanos. At cur dicuntur Genethlii? quia custodiz hominum, mox ac nascerentur, destinari putabantur; vel quia ipsorum vigilantiæ omnia generantur, vnde & Genethlii dicuntur, rerum generandarum præsides. Cur Patrij? quia ijs solummodo rebus, quæ Regno alicui aut Prouinciæ communes sunt, præsidere credebantur; in qua non modo Ciuitates singulas, sed & singulas domus, atque adeo singulos homines, plantas, animalia, pro cura sibi commissa, summâ diligentia administrabant; hinc & tutelares appellati sunt. Penates à Laribus non officio, sed origine discrepant; officia enim utriusque communia in cura priuatarum rerum: Verum de his consule fusiū primum Tomum Syntagmate III.

Serapes verò Ägyptiorum nihil aliud erant, quam imagines sine vela membrorum eminentia: veluti fascijs quibusdam inuolutæ, quarum magna ex Ägypto copia, differentisque magnitudinis deportatur, partim ex appropriato lapide, partim metallo, ligno, aut testa, confectæ. Harum nonnullæ veluti tutelares publicis locis ad custodiæ eorundem ponebantur; aliæ verò horum custodiz destinabantur, erantque tutelares statu; quædam aliæ portatiles, quas quocunque tenderent, secum portabant; quasdam etiam loco amuletorum collo, cingulis, manibusque portabant. Porro variâ vultus figurâ exprimebantur. Quædam enim vultu fœmineo, & vertice velato; quædam sub forma pueri vittati; aliæ alijs modis exhibebantur, vt postea videbitur. Instrumentis quoque differabant: nonnullæ, quas Auerruncos seu Apotropæos dicebant, varijs instrumentis, vt scuticis, flagellis, retibus ab humeris dependentibus figurabantur. Omnia tamen huiusmodi simulachra anticâ & posticâ facie variâ hieroglyphicorum sculpturâ exornabantur, vt postea in explicatione eorundem patebit.

Atque hæc sunt simulachra quæ Hebræi Theraphim vocant, quæ Rachelem patri suo Laban suratam facer textus Genes. cap. 31. testatur; de quibus integro traditu Tomo primo, Syntagmate IV. fol. 254. egimus, & ex Ägypto per seruos Abrahæ in Palæstinam portata, propagataque ibidem docuimus. Theraphim dicebant, quia cum S pronunciare non possent, mutato S in T, more Chaldæis solito, & mutato ultimo S in m, Theraphim ea simulachra dicebant, quæ Ägyptij Serapes dicebant.

Erant autem Penates Ägyptiorum ijdem, qui Osiris, Isis, Nephte,

Dionyſius Halicarnassæus

Serapes Ägyptiorum quid

Theraphim
Hebræorum

Ho-

*Peneses Egy
priorum qui?* Horus, Harpocrates, Arueris, Apopis, & innumeri huius farinæ Deastræ ; qui tametsi vniuersales totius naturæ Genij haberentur, & ijdem quoad substantiam, effectibus tantum differentes ; in quantum tamen ij priuatarum rerum custodiæ deputabantur, in tantum Tutelarium nomen obtinebant, & pro priuatis Numinibus colebantur . Verùm cùm de hisce amplissimè locuti simus Syntagmate III. & IV. primi Tomi, eò Lectorem remittimus .

*Peneses Egy
priorum cur
informes.* Hoc loco solùm meritò quispiam dubitare posset, cur omnes Ægyptiorum statuæ ita constructæ sint, vt nullum corporis membrum exstitutum sit, sed omnia corpori ita incisa, vt vnum truncum efficere videantur ? Respondeo, Ægyptios maximam curam habuisse integratæ statuarum : putabant enim statuas Deorum immortalium tanto ritu & cœremonijs consecratas tam diu vim & efficaciam suam habituras, quām diu debitam integratæ conseruarent ; quæ si vel membra alicuius læsuram, aut no-cumentum, aut fracturam accepissent, eodem quoque tempore omnem simul Deorum assistentiam influxumque desitum superstitiosius credebant . Hinc non tantum è durissimo lapide & quasi incorruptibili statuas suas conficiebant, sed & membra ita corpori adaptabant, vt impossibile esset, membrum aliquod, sine totius statuæ fractura, frangi posse . Hinc quoque soluitur illud sculptorum dubium, cur Ægyptij soli sine existitijs membris statuas confecerint, contrà Græci ; quia Græci artis peritiam ambientes, simulachra Deorum, eâ maiestate & decore , quo ea decere putabant, viuum exemplar naturæ intuentes ; constituebant ; Ægyptij verò superstitiones, nimium de indignatione aut offensa Deorum , si quandoque mutilarentur, solliciti, ea tali construebant modo & ratione, quæ ab omni ruptura aut mutilatione immunia, integritate suâ Deorum per sacrificia attractorum assistentiam & influxum continuò conseruaret ; quod minimè futurum rebantur , si vel minimum membrum, aut incuriâ, vel malitiâ hominum vitiaretur . Cùm præterea simulachra sua prophylactica secum, quocunque pergerent, portarent ; si membris existitijs essent, facile fieri poterat, vt aut brachium , manus , digitus, aut pes, vel aliud instrumentum, quod vt plurimum manibus gerabant, continuo vsu & circumlatione frangeretur . Hinc talibus in-commodis præudentes, eas eo sculpturæ apparatu faciebant , quem sequentes imaginum, quarum ingens multitudo ex Ægypto translata nullo non tempore fuit, typi luculenter ostendunt ; hæc enim saccis, cistis que sine ullo rupturæ alicuius membra periculo inclusæ, non exiguum etiam violentiam facile sustinebant . Vnde patet etiam Labanis idola , quæ Rachelē patri suo furatâ Sacra scriptura dicit, huius farinæ idola fuisse ex Ægypto translata, aut ad imitationem eorum in Chaldæa construeta, cubitales nimirum statuas, membrorum eminentiâ destitutas, quæ facile de loco in locum transferrentur, & etiam intra fœnum, paleas, ligna, saxa sine periculo absconderentur . His itaque præmissis , iam tandem propositam nobis materiam prosequamur .

*Ægyptij statuas Deorum
sunt informes.
Græci contra effingebant.*

C A P V T II.

De hieroglyphica Penatum seu Tutelarium Aegyptiorum Nummum significacione.

Condebatur in pyramidibus genus quoddam statuarum tutelarium, quas corporibus custodiendis, animabusque in sphæras suas transferendis destinabant, cuiusmodi duæ sequentes statuæ sunt; quæ quomodo ad me peruerent, paucis accipe.

Anno 1632 cùm Marsiliæ negotiorum causa morarer, recens ex Ægypto secum adduxerat duo ingentia simulachra Mercator istius Vrbis; quæ cùm dignissimâ visa essent, quæ Oedipo inscrerentur, eorum effigiem, eâ quâ sieri potuit, diligentia exprimendam curauit, quam vñâ cùm historica relatione postmodum ad me Auenionem destinauit Pater Ludouicus Brusettus Societatis nostræ Sacerdos, cuius verba hic ex Gallico in Latinum traducta ad totius negotij authenticationem apponenda duxi.

Penatum
Ægyptiorum
statuæ binæ,
earumque
explicatio.

Reuerende Pater in Christo.

Ecce mihi tandem duorum simulacrorum, quorum R. V. desiderabat effigiem, vñâ cum hieroglyphicorum in iisdem contentorum exacta delineatione.

I. Nōrit itaque primo R. V. statuam nigram ex pbario lapide exsculptam esse, alteram ex communi marmore; illam fæmineum, hanc masculinum vultum referre.

II. Idoli memorata fuerunt pauenta in Prouincia Said, in loco non adeo remoto à mari rubro, intra magnam quandam pyramidem, quæ edacitate temporis ex uno latere corruptionem passa, adiutum aperuerat, per quam Turcæ intrantes inuenierant dicta idola, credebatque ea esse, quæ olim Pharaon huius Prouincie adorabat, adorarique ab omnibus suis subditis præceperat; qui ego post mortem eius hanc ei pyramidem extruxerunt, intra quam vñâ cum binis bisce idolis sepultus fertur. Et dicunt Sapientes huius Prouincie, hunc Pharaonem sedulo horum cultu confisum, animalium, que in dictis simulachris hieroglyphice expressa cernuntur, operâ se in Paradiso portatum in credidisse. Atque hic vetusta Gentis huius mos erat, moechos suos vñâ cum idolis paruis, cuiusmodi hodiernâ die intra Mumias adhuc reperiuntur, sepelire.



III. Hec idola ex Said in Cœrum summo cum labore allata fuerunt, sive ob distantiam itineris longitudine sexaginta dierum, sive ob pericula latrocinationum Turcarum, qui huius Prouincie deserta passim obrinare solent.

IV. Pondus singulorum idolorum inuentum fuit esse octingentarum librarum; que nauis imposta opportune Genuanum primum appulerunt; ubi Princeps Doria raritatem idolorum admiratus magnam pecunia summam, si Mercator ei vendere voluisse, obulit.

*Agyptiorum Numinum
Typus*

Quæ nunc Serapes, nunc Ephori aut Lares vocabantur,
et erant Numinia Attorpotioꝝ, siue malorū auersiua.

Fig. prima Extant Marsilice apud Mercatoꝝ dictꝝ urbis. Fig. Secunda



V. Altitudo idolorum est septem pedum, qua tandem feliciter in portum Marsiliensem appulerunt 4. Septemb. 1632. ubi et in hunc diem cum spectacorum admiratione ostenduntur.

Atque haec sunt quae R. V. paucis intimare volui circa dictorum idolorum historiam: si plura huius generis mihi occurrerint, de singulis R. V. propediem certiores me facturum promitto; atque hisce una me R. V. sacrificijs et orationibus commendabo. Marsiliae 28. Decemb. 1632.

R. V. Seruus in Christo

Ludouicus Bruset.

Figuras memoratorum idolorum æri incisas hic, una cum corundem hieroglyphicæ inscriptionis interpretatione, apponere visum est.

Interpretatio primæ figuræ A.

Prima figura ex lapide phario existit, velato capite, fœmineo vultu, reliquo corpore turbinato habitu in basin desinente; cuius anteriori parti inscripti sunt hieroglyphici Iconismi hoc ordine.

Primæ figuræ
seu statuæ
Serapis expli-
catio.

Primo loco figura latè expansis alis, Accipitrino capite, & lotiferis sceptris utriusque pedi insertis conspicua occurrit, & utraque ala in duas extremas hieroglyphicas columnas A B terminat. In medio verò, recto ordine descendendo, septem similes priori figuræ sequuntur, quarum singulæ hieroglyphica schemata adiuncta habent. Quid verò mysteriosus horum hieroglyphicorum apparatus sibi velit, eâ quâ potero breuitate aperiam.

Catenæ seu
Sicæ Ägyptiorum.

Diximus in Theologia & Medicina Ägyptiorum, Ägyptios certas quasdam Deorum catenas, quas οὐετούς appellabant, constituisse, quibus totius Mundi cura & administratio commissa esset, per continuum unius in alteram influxum. Hæ catenæ initium sumebant à prima omnium Mente, & per Mundi spheras deriuatae, singulæ suum ducem & ministrum habebant, primæ Menti similem. Quas quidem catenas tantæ efficacie & potestatis esse credebant, ut mox ac mystici eorum characteres, iuxta legum sacratum præscriptionem, simulachro fuissent insculpti, hoc ipso virtutem acquirere admirandam contra omnes aduersarum potestatum machinationes putarent. Atque talem quoque catenam exhibet præsens hieroglyphica inscriptio, quam catenam Iyngzam vocabant. Erat autem lynx nihil aliud apud Hieromantas, quam Mens prima solo intellectu comprehensibilis, in intimo Deitatis recessu abscondita, cuius & ineffabilem incomprehensam naturam caliginem appositè sanè per nigri coloris marmor, per velatum simulachri verticem, & turbinarum habitum indicabant, veluti ab omni corpore materialisque contagionis labore longè remotissimum. Character verò hieroglyphicus, quem litera A signat, eius naturam & proprietatem abditis symbolis oppidò luculententer

Iyngzæ cate-
na.
lynx quid
apud Ägy-
ptios.

PPP expti-

exprimit. Globum capiti superpositum gerit, ad divinitatem eius exprimendam; Accipitrino capite fugitur, ad intellectus ignei vim & potestatem indicandam; alas extensas habet, ut indicetur, nihil esse, quod non eius virtute soueatur & conseruetur; sub alis nescio quid triangulare elucet, ex cuius duobus angulis loco pedum canales se, duo extenuant in circulum desinentes; ex circulo vero bina sceptra exsurgunt loti flore insignita; sub triangulo demum cauda volucris, cum extremo pedum veluti Crucem quandam ansatam efformat. Quæ omnia ordine mysterijs fœta hoc pacto interpretamur. Triangulum notat hanc Iyngem omnem vim suam & potestatem ex archetypo trigono accipere. Et primò quidem Mundum, quem circuli notant, vñà secum ex eiusdem vberrimis canalibus profluxisse, adeoque omnia quæ in Mundo sunt, ad huius exemplar producta esse, cuius symbolum loti flos est: sicut enim lotus ad Solem, sic omnes Mundorum substantiæ ad archetypum suum conuertuntur, in idem reflexæ. Ex quo satis appetet, cur Aegyptij volucrem loco pedum mysterioso canarium in Mundos dispositorum apparatu exhibuerint; cum enim pedes hieroglyphice manifesta & sensibilia Deorum in Mundis vestigia, quæ in mirifica rerum ad diuinæ virtutes analogia consistunt, notent; Iyngis autem supremæ vites effectusque non nisi mentis flore attingantur; hinc mirum non est, ipsos Iyngis, effigiem non nisi symbolis abditis, & non nisi profundâ mentis contemplatione attingilibus exhibere voluisse.

Septem Iynges sibi inuenientur concatenatae.

Zoroaster.

Paternæ
Mentis semina quæ?

Zoroaster.

Quoniam vero in catena Iyngica omnia ex primæ Iyngis mente participatam virtutem habent, hiac septem Iynges, quæ septem Mundorum sphæris praesse dicuntur, ordine sibi inuicem concatenatedæ, & similibus prorsus symbolorum schematis adornatæ spectantur: quarum officium est, primæ Iyngis ideis in omnibus sese in Mundi administratione conformare, defluxusque ab altissima omnium Iyngi per medias in infimam Mundi sphæram concatenatedâ quâdam propagine in omnium, quæ Mundi ambitu continentur, membroru bonum deducere. Nam vt rectè Zoroaster: Σύμβολα γδ παθιαὶ νοῦς ἔστε καὶ μέρος οἱ τανταὶ νοῦς, καὶ ἀρχαὶ καλαὶ, οἱ λόγοι μετείμος, καὶ ἀμέτεις. Symbola enim paterna mens seminavit per Mundum, que intelligibilia intelligit, & ineffabilia exornat tota partitio & impartibilis. Quænam sunt paternæ mentis semina secundum Zorostrum & veteres Hieromantæ, nisi Intellectus secundus, immediatum Dei opus? Et quænam sunt in sidereo hylæosque Mundos sparsa semina, nisi paternus ex intellectualibus mentibus emanantium virtutum in commissarum sibi sphærarum & economiam influxus? Quæ sunt illa intelligibilia & ineffabilia, quæ paterna mens & intelligit & exornat, nisi ideæ rerum omnium possibilium in diuina mente existentes, in exemplari suo sempiterno impartibiles, partibiles cum diffusione vi tutum earum ad extra? Atque haec sunt semina illa Zoroastræa diuinæ mentis, in vniuersas Mundorum series diffusa per Iynges. Nam vt in Zoroastræis Oraculis docuimus: Ιγγες γδ πολλαὶ ἐπεμβάσαι φενναῖς καὶ μοῖς ἐνθεόπολεῖς, καὶ ἐν αἷς ἀκρότητες ἔστι θεῖαι νόστοι ἀνταῖς ἄρχις, καὶ νόστοι μῆναι ἀλλαὶ αἱ παθῶν εἴγα τοῖς θεοῖς ὑπὲν αἰθητοῖς ἐξ-

τοις, καὶ σάρασι ἀφεκάλυπται. Iynges enim multæ ascendunt lucidos Mundos inslientes, εἰς in quibus summitates tres sunt, subiectum ipsis princeps, sub hoc aliæ, quæ patris opera intelligentes intelligibilia sensibilibus operibus & corporibus reuelarunt. Quid aliud hisce signatur, nisi trium summum pro fundum paternum, quod Aegyptij adorabant, cuius immediatus conce ptuum in eo latentium executor Iyngicus chorus est, ipsis subiectus, qui hosce trium triadum paterni fundi Mundos empyteos contemplatione dum intelligunt, eos sensibilibus operibus & corporibus reuelant, id est, iuxta diuinorum legum praescripta Mundi membris per ineffabiles quasdam virtutes inserunt; & uti Zoroaster ait: Διαπέρθμιν οἱ ὄντες φάνη τῷ παῖ, καὶ τῇ θύλῃ, οὐ τῇ ἐμφανῇ μημένα τῷ αὐτῷ τῷ ἐργαζόμενῳ. Transuertices stantes dicere patri, & materiæ, εἰς manifesta imitamina latentium operantes. καὶ τὸ αὐτὸν κατοίκιον, εἰς εἴρηστε. Et latentia in manifestam Cosmopæian inscribentes.

Verum rem ita sese habere, hieroglyphica aperte docent. Vides figuram A, Iyngem cœteris uti primam in ordine, ita maiorem quoque esse, immo Iyngicæ veluti hierarchiæ choragum; vides in ventre eius trigonum, ex cuius angulis canales in globum deducuntur, & hinc inscētrum lotiferum reflectuntur; quo quidem nihil aliud indicatur, nisi Iyngem immediatum fundi paterni triadici opus ex trigono archetypo per occultos & ineffabiles quosdam canales opera patris & fundi eius deducere in Mundos, & hinc in ipsum patrem perenni quâdam contemplatione & amoris affectu reflecti: Mens enim suprema, ut Hermes ait, utriusque sexus fœcunditate plenissima, in seipsum suum reflectit amorem. Fœcunda itaque paterna Mens non ad intra tantum, sed ad extra, dum ex trigono suo archetypo Mundum genuit, teste Platone, in eum quoque perenni uitatum suarum emanatione influens, Iyngici chori administratione conseruat; quæ omnia per Crucem Tauticam sub trigono emergentem scitè signantur. Præterea Iynx prima à prima Mente igne imprægnata, calore omnia Mendorum membra implet; unde non sine causa sub Accipitris alis extensis, veluti omnia souentis figura expressa cernitur. Nam ut rectè Zoroaster: Τοφὴ δὲ τῆς νοοῦστι Θυντὴν. Cibus enim intelligenti intelligibile est. Μαΐθαρε Θυντὸν εἶπεν νοῦς ἔξω υπάρχει, καὶ τῷ νῷ, δὲ τὸν ἐμπύειον κόμπου ἀστεῖ. νῷ δὲ νοῦς θεῖος οὐ κόμπος τεχνήτης τονείν. Disce intelligibile, quia extra Mentem existit, εἰς Mentis, quæ extra empyreum Mundum dicit; Mentis enim Mens est Mundi ignei opifex; & deinde igneam amoris vim in omnia Mundi membra diffusam sequentibus verbis docet: Νοερᾶς αἰσεγάπτει Θυντὶς ιεροὶ Θυντὶς θεῖα, ἀμορτα μορφῆσα, σπλένεσιν εὐκοῖς φερεῖς ρούνι μορτα κόμπος τοῦτο σώματος. Mentalibus sectionibus fulget, amoreq; impletuit omnia, infigurata, figurans, examinibus similes feruntur perrumpentes per Mundi corpora. Iynx verò suprema sui ordinis choraga, uti à fundo paterno immediate emanauit, intellectum paternæ Mentis simillimum adepta, sic in subsequentes se Iynges septem sphærarum præsides simili igneæ Mentis influxu agit, ita quidem, ut ipsa suprema Iynx instellato cœlo, in intelligibili Mondo omnis generis ideis referto sedem suam figens, in octauum cœlum igneo influxus vigore secundum analogiam quandam agat; & deinde hinc in

Prima septem
Iyngem cœ-
teris maior.

Hermes.

Plato.

Iynx suprema
in cœteras in-
ruit.

ordine sequentem Iyngium Chorum, hic in sphæram Saturni, & hoc pā
ēto ordine Iynges in correspondentes sibi sphæras Siderei Mundi usque
ad Lunam influxum suum pandant. Nam ut appositi Zoroaster:
Nō μὲν κατέχει Τυγχάνην, αὐθοσίν δὲ πάγεις κόσμοις· νῷ μὲν κατέχει Τυγχάνην, ψυχὴν
δὲ πάγεις κόσμοις. Mente quidem Lynx continet intelligibilia, sensum verò inducit
Mundis; Mente quidem continet intelligibilia, animam verò inducit Mundis. Nam ut in Theologia docuimus, omnes à paterna Mente Pantamorphis
ideis referta emanant, mentali igne disponuntur, dispertitis septem Mun-
di canalibus vitam largiuntur & motum. Quæ omnia adeo luculenter
descripsit Zoroaster, ut eius verba interpretationis loco esse possint; ver-
ba eius allego. Νῆσ παῖξικὸς ἐρήμησε τοῦ Καστρου ἀκράδι βελῆ· παρισόφρεις ιδεῖς τοὺς
δόπτοις μῆτρας Δημοτᾶς οἰκεῖορες· παῖξιθεν γὰρ εἴσι βελίτε τῷος τε δι' ἣν συνάπτεται τοῖς παῖ-
ξι ἄλλοι κατέχειν ζωὴν δόπτοις μετεζωμόνων οἰκεῖοι, ἄλλοι ἐμερεύονται τοερῶ τοὺς μοιρισθεῖς αἷς
ἄλλας νοεῖσθαι, κόσμοις γὰρ αὐταῖς πολυμόρφῳ περιστηκεν νοεῖσθαι τύπον ἀφθιτον, Ἡχηροὶ οἰκογόνοι
μερεύονται οὐδέτεροι παῖξις ιδεῖς καχαριζεῖται, οἱ μὲν τοὺς οὐρανούς τοῖς θεοῖς μερεύονται
μερεύονται οὐδέτεροι παῖξις ιδεῖς καχαριζεῖται, οἱ μὲν τοὺς οὐρανούς τοῖς θεοῖς μερεύονται. Mens pater-
na striduit intelligens vigente consilio; omniiformes id est fonte ab Uno euolan-
tes exilierunt. A patre enim erat consilium, et filii; per quæ coniunguntur
patri per aliam atque aliam vicem à compartitus canalibus, sed partitus et mentali igne dispositis in aliis mentales; Mundo namque Rex multiformis proposuit
mentalem typum incorruptibilem, vestigiumque promouens formæ per quæ
Mundus apparuit omnifarijs id est gratus, quarum unus fons, ex quo strident
aliæ dispergitæ perrumpentes circa Mundi corpora et sinus æquæritatis. Quæ &
hieroglyphicæ inscriptiones in columnis B & C, satis indicant; nihil
enim aliud significant, quam effectus & operationes, quas in Sidereo
Mundo, & deinde in Elementari præstant. In columna C primo loco
Serpens occurrit cum pennis Accipitrinis, quæ sequuntur octo Accipi-
tres; quibus indicatur Iyngem primò in Solem influere, per quem dein
de reliquis octo sphæris, per totidem octo Accipitres indicatis, virtutem
Solarem diffundit; hæ verò virtute Iyngica Solari imprægnatæ, infe-
riorem Mundum pariter virtute suâ in Mundi bonum imbuunt. Minu-
tiorum hieroglyphicorum significationem consultò omitto, partim nè
Lectorum intricatissimis characteribus confundere, partim, quia nihil
aliud, quam quod dixi, continent, & facile Lectori curioso, hasce inscrip-
tiones cum alijs iisdem passim in hoc opere occurrentibus, comparanti
constare possunt.

Hieroglyphicæ columnæ
B & C simulacrum
Iachri Serapis
incisa.

Cur simula-
chro Serapis
est hierogly-
phica inscul-
pta.

Hoc loco solùm quæri posset, cur præsenti Idolo tam sublimem
Philosophiam insculpsérint? Respondeo, hoc ideo factum esse, quia
quemadmodum suprà demonstrauimus, cùm Iynges immediatae diuinæ
seu paternæ voluntatis executrices essent, animas verò post exuta corpo-
ris inuolucra suis singulæ sphæris vnde defluxerunt, quarum mentes
Iynges, restituendas crederent; hinc Idolo, quod supremam Mentem
indicabat, Iynges paternæ Mentis administras, eo consilio insculpsérunt,
in sepulchrisque collocauerunt, vt sacrorum symbolorum tam eximia
mysteria in se continentium ornatu aduersarum potestatum insultus in-
fringerentur, atque adeo hoc religioso cultu anima, cuius corpus sepul-
chro

chro continebatur, post varias revolutionum permutationes tandem sphæræ suæ Iyngum ope restitueretur. Lynx enim religiosi operis exhibitione, id est, hieroglyphico hoc sacramento concitata, mox se, ut opinabantur, coram listebat, & corpus ab omni noxa rubeatur, donec anima iuxta fatales Adraſtæ leges, varijs transmigrationibus agitata, eidem restituta, beatamque in eo vitam ducendo, soluta denique in sphærā vnde defluxerat, Iyngis ope deportaretur. Hinc non incongruè illas Zoroaster ἀγαπηθεῖσαι, id est, transuētrices vocat, vti suprà visum fuit. Nam dum in Mente paterna leges fatales contemplantur, καὶ ἀνταὐφελάς αὐθιστέραις κινέμεναι, Et ipse consilijs ineffabilibus mouentur, vt animabus, quarum curam habent, congrua habitacula præparentur. Atque hinc patet cur hæc Iyngis figura in nullo non Mumiarum inuolucro expressa cernatur, vti ex Mumiarum Syntagmate luculenter patet.

Iynges ani-
marum trans-
uētrices.

Cùm itaque hæc statua pyramidi inclusa fuerit, vti relatio historica hoc Syntagmate proposita docet; certè ad nihil aliud, nisi ad ea quæ exposuimus, hæc mysteriosa Iyngum exhibitione allusisse videtur. Est enim Lynx hoc loco nihil aliud, quam Intelligentia illa Deo proxima, cuius munere animæ paterno fonti restituuntur, & vt Psellus ait, διερμήνεαται τῷ πατέρᾳ, καὶ τῷ ψυχῆς. Vinculum inter patrem & animam. Octo verò Iynges ponuntur, quarum prima choraga cœterarum septem; vt octo sphæræ indicarentur, quibus animæ pro metitorum congruitate nunc huic, nunc illi, ab Iyngibus singulis suæ curæ committiis sphæris insererentur.

Lynx Intelli-
gentia Deo
proxima.

Quid verò minuti characteres Iyngibus circumpositi? Dico explicare effectus Iyngum; quas quidem libenter hoc loco exponere, verūm cùm ij infidelem pictoris manu in designando experti, & insigne multilationem passi sint, vti passim in omnibus alijs minutioribus figuris videare est; consultius eos intactos relinquere volui, quām eos mea industria substituere. Accessit quòd eadem passim in alijs & alijs simulachris representata spectentur, de quibus singulis suis locis tractabitur inferiùs.

Psellus.
Iyngos octo
cur inserre
idolo Serapis.

Characteres
minuti Iy-
ngibus circu-
positi.

§ II.

Secundæ figuræ interpretatio.

Est hoc præsens secundum simulachrum, priori quoad figuram, si hieroglyphica & colorem excipias, prorsus simile. Quid verò id significet, hieroglyphica nos docent anticæ simulachri parti triplici ordine inscripta. Dicimus itaque hoc Tutelaris pariter Numinis, sensibilis Mundi administratoris simulachrum esse. Quod vt intelligatur, Notandum est, quòd sicuti primum simulachrum ex intelligibili Mundo Numinis, vt ex hieroglyphicis patuit, simulachrum est, ita hoc sensibilis Mundi præsidis simulachrum esse: siquidem quæcumque mens Iyngæ sapienter disposuit, hæc sensibilis Mundi mens iuxta participatum Iyngum influxum in executionem deducit, Mundum sensibilem supernorum.

Secundæ fi-
guræ seu sta-
tuæ Serapis
explicatio.

Secundum
hoc simula-
chrum ex
Mundi Sen-
sibilis præsi-
bus.

rum influxum ideis imprægnando. Hinc aptè Iyngæo Numinis coniungitur, veluti rerum ab eo sibi commissarum executrix. Nam hos fontanorum craterum ideales influxus ab Iyngæo impressos in singulas sphæras deriuat. Sicuti etiam ab Iyngæo suprema catena efficitur Iyngæa, sic ab hac Zonæa, id est, Numinum sphæris assidentium catena deriuatur; illa Intelligibilem, hæc Sidereum Mundum spectat; ita ut Siderei Mundi præsidæ superintelligibilis Mundi præsidibus paralleli veluti inferiores superioribus subdantur, vti in Theologia Ægypt. fusè deduximus; hinc illa nigro saxo, ob inaccessæ caliginis profunditatem, intellectui inexplicabilem; hæc candido, ob Siderei Mundi fulgorem constituta fuit.

Hieroglyphica secundo simulachro insculta.

Columna M.

Sed hæc ita esse, iam ex hieroglyphicorum structura pandamus. Sunt in hoc simulacro tres hieroglyphicorum series, quæ totidem literis M, N, O, signantur. In primæ seriei columna, brachium conspicitur cum catena & circulo, feretrum, alterum brachium, Serpens cum hydroscemate & cratero, quem sequuntur quatuor hydroscemata. Quid brachium, feretrum, Serpens cum hydroscemate, & reliqua significant, iam saepè saepe expositum est; unde omissa ulteriori descriptione sensum tantum assignemus, qui is est ut sequitur in prima columna M. Benefica Numinum Sidereo Mundo præsum catena vitalem humorem in crateres fontanos deriuat; vti Genius Solaris, & statua Accipitrina notant; eos committit Isi benefæ, quemadmodum sequens statua docet; humidam substan- tiam crateri inferiorum & byleorum Mundorum inferit, catena Genij Solaris ope, cuius prouidentia porta aperitur Mendesio Genio per Hircum indicato, & omnia inferiora animantur.

Columna N.

In secunda columna N occurrit statua Genij alterius, cuius officium est & dominium in tripartitas anni partes affluxus supernos deducere, unicum suam congruam proportionem assignando, cuius symbolum Columba est, teste Horo, & nos in Obelisco Pamphilio fusè ostendimus. Primo enim beneficâ quadam prouidentiâ, quæ consuetis religionis ritibus concitatur à Sacerdotibus, ad exemplar Archetypum adaptatis attractâ, flos Loti in manu statuæ indicat; rerum omniū vberatatem inferioribus Mundis indit, & cornucopiæ cum tribus circulis luculenter docent; catena quoque Solaris Numinis inde mota, humore replet fontanos inferioris Mundi crateres.

Columna O.

In tertia columna O Serpens occurrit cum duabus pennis, hydroscemate, oculo, sceptris, Columba, gnomone, cui sphæra insistit, & vase è quo emergunt tres Loti flores; sequitur quadratum, cui Accipiter includitur, cum cycloide, hydroscematis binis, cycloide, Scarabæo, penna, brachio extenso; quorum hic sensus est: Vitalis Intelligentie humili prouisor, omnia mira quadam ratione temperat per symmetriam & anorem, quem singulis rebus in hoc Mundo indit. De qua amoris sphæra cum amplè differuerimus in Geometria hieroglyphica, eò Lectorem remittimus. Consistit autem amor rerum in conformatione, quâ omnia archetypum suum appetunt, ut tres Loti flores aptè docent; hi enim ab Ortu, Meridie, & Occasu constanti motu Solē, veluti Sideris amore conciti, sequuntur ut po-

Amor rerum in quo consistat.

ut pote à quo vitām & alimentum omne habent. Hāc enim conformatiōne Osiris ille supramundanus Mundo īferiori includitur, veluti sympatheticā quādam opēratione attractus; ex hoc denique benefīcia rerum omnium vbertas. Atque hæc omnia non tantū ad physicas considerationes traduci possunt; sed & moralibus & physicis quām maximè applicari; ostendit enim hisce ijsdem, quomodo anima piè sanctèque corpore soluta per catenas Numinum ad supramundi crateris delicias transferatur, & ab Osiri, Iſi, Ammone, vitā, motu, fœcunditate cœlesti imbuatur; quomodo bonis omnibus repleatur, si præsentis vitæ rationem Numinibus conformem instituerit. Quate vel ex hoc patet, huiusmodi hieroglyphica non alio fine huic præsenti simulachro fuisse incisa, quām ut Numen ijs motum primò corpus ab omni noxa conseruet, animam vērō bonis omnibus replete, suę sphærę restitutam.

Atque hæc sunt quæ de binis hisce simulachris paucis
indicanda duxi.

FINIS SYNTAGMATIS DEGIMISEXTI.



SYNTAGMA XVII.

De magnæ efficaciæ Idolis, siue de Dijs Aueruncis primi ordinis.



ADMODVM REVERENDO AC RELIGIOSISSIMO
P A T R I,

P. V I N C E N T I O F A N O,
ORDINIS PRAEDICATORVM,

SS. Theologiæ Magistro, & Reuerendissimi S. Apostol.
Palatij Magistri, Socio meritissimo.



APPENDIX, quâ Tu, Religiosissime Pater, oppidi polles, lux est, tantæ virtutis, ut nullum non radiorum suorum fulgore trahat; radj huius lucis sunt magna animæ Tuæ ex eodem Sapientiæ fonte deducta talenta, ingenij sublimitas, iudicij limatissimi perspicacitas, diuinarum humarumque rerum absoluta notitia, cum insolita benevolentia & humanitate ita aptè connexa, vt inde mira quedam resultet harmonici animi Tui temperies, quâ corda rapi omnium. Censisti hoc Opus cæteroquin sanè difficile, & intellecetu arduum; & ita quidem censuisti, ut nihil quod ad debitum decorum splendoremque consequendum ullatenus necessarium ei videretur, omiseris. Quo virtutum omnium & humanitatis complexu adeo me non tantùm vicisti, sed ita deuinxisti, ut Tuum me penitus exesse feceris. Et cum meum in Te affectum aliâ re commonstrarere non liceat, hoc Tibi argumentum inscribendum duxi, veluti perenne quoddam Tuorum in me meritorum mnemosynon. Vale.



SYNTAGMA XVII.

De magnæ efficaciæ Idolis, siue de Dijs Aueruncis primi ordinis.

C A P V T I.

Auerrunci Djij qui dicantur.




INTER cœtera Ægyptiorum simulachra, quam plurima eorum Deorum, quos Græci Ληφθούσ, Latini Auerruncos, alij Curetas vocant, repetiuntur. Dicebantur autem Auerrunci, eo quod omnes malorum impendentium cursus auertere crederentur; vnde à Græcis Ληφθούσ, Λειψηταί, id est, auertere, dicuntur. Sunt autem huiusmodi simulachra in varias diuisa Classes. Quorum omnium interpretationem hoc loco opportunè sanè adducemus.

Auerruncī
Dij qui dicantur.

Primo quidem loco ea occurunt, quæ magnæ efficaciæ dicuntur, eo quod situ, gestu, *άντεχοντος* potestatis.

Statua Auerrunca magnæ efficaciæ.

bus formidinem incutere videantur; cuiusmodi præsens statua est ex Museo Hippolyti Vitelleschi extracta, minax vultu & manibus; cuiusmodi præ foribus delubrorum ponere solebant, ad assultum contrariarum potestatum impediendum. In hac velatus vertex latentis diuinitatis indicium est; vultum minacem præsesert, & brachijs pendulis, manibusque validè contractis, stimulis quos manibus gestat, ad terrorem incutiendum intenta, pedibus quoque ad resistendum cum impietu compositis, plena minarum & indignationis nescio quid ferociter exhibeat. Spectantur huius generis gyganteā magnitudine in hunc usque diem Tibure, ante Cathedralis Ecclesiæ vestibulum, bina simulachra, quos Goeios vocant. Hos vide in Iconismo Obelisci Barberini, genuinâ delineatione exhibitos, eiusdem prorsus formæ & habitus, quo præsentem intueris, nisi quod Canophoræ sint.




bitos, eiusdem prorsus formæ & habitus, quo præsentem intueris, nisi quod Canophoræ sint.

De Statua loquente.

Dæmones non tantum ex statuis varijs, veluti Oraculis quibusdam, sed & vel ipsos Sacerdotes ad populum maiori erga Deos cultu & veneratione detinendum locutos, plebi simpliciori callida arte imposuisse, varijs huius Operis locis ostendimus; sicutq; adeo huiusmodi loquentium statuarum usus in Ægypto frequens, ut vix Nomus esset, qui ijs careret. Atque adeò principalis Sacerdotum finis in hoc constitutus fuisse videtur, Dæmones per Magicas adjurations variaque incantamenta, in statuas legitimis ritibus in adytis prius cœnseeras attrahere, atque attractos varijs deinde quæsitis consulere. Et quoniam Dæmones non semper responsa dabant veritati consentanea, sed consulentes varijs modis illusos prorsus dementabant; hinc factum est, vt Sacerdotes officio Dæmonis functi, & ad fraudes conuersi, eo artificio statuas adornarent, vt per occultos meatus deductis usque ad caput statuæ syphonibus per eos, quæ vellent ad superstitione plebi imponendum, quasi Deorum voces & pronunciata immurmurarent; quemadmodum de Sphynge Memphitica in Mechanica, & in Magia de Oraculorum ratione, statuarumque loquentium constitutione susè disseruimus.

Ex Museo Francisci Serræ.



tum dolo illusi ad oblationes & munera Dijs debita, vti ipsi putabant, verius dolosis Myſtis offerenda magis magisque animarentur, in agnū quidam


Atque talis fuit statua hæc præsens, quæ in Museo Illustrissimi Equitis Francisci Serræ Romani, Viri & nobilitate, omniumque bonarum artium cultura eximij, spectanda exhibetur, adeo præcedenti similis, vt nulla probris differentia inter illas dignosci possit, nisi quod illa ex nigro, hæc ex fusci coloris lapide sit efformata. Habet hæc præterea os patulum & usq; ad occiput pertusum, ab occipite vero usque ad medium dorsi meatum haber, per quem haud dubiè canalis ex bucca Deastris meatni huic insertus per parietem inabditum quoddam receptaculum deducebatur, in quo per eum Sacerdotes immurmuratis compendiosi sermonis effatis, de varijs consulentibus responsa dabant; hoc enim pacto contingebat, vt à responso dato, veluti à Numinis ore pronunciato pendentes, non tantum in Numinis istius (verius Dæmonis) cultu superstitiones obstinatores que fierent, sed & hoc impio Sacerdotum dolo illusi ad oblationes & munera Dijs debita, vti ipsi putabant,

piam

piam se patrasse opinati, si illud, quod fraudulenti ingenij astutiâ actum erat, in simplicioris plebis animis, diuinæ Numinum operationis, & miraculi cuiusdam existimationem obtineret.

Auerruncorum Deorum statuæ varijs auerruncationis symbolis conspicuæ spectantur. Sunt quæ vncinos & harpagones manibus decussatis portant; alia flagellis ex sacrorum animalium caudis instructæ; nonnullæ retibus ab humeris dependentibus; quædam hieralpham manu gestant. Quæ omnia ordine exponentur.

Auerruncorū
Deorum in-
strumenta
auerruncati-
ua varia.




Et primò quidem in præsenti figura, antica & laterali, vides fœminæ vultum velato vertice conspicuæ, & manibus decussatis harpagones gestantis, cuius in dextra harpago annexum habet rete ab humero dependens; quæ quid significant, aperio.

Ihs Dea auer-
runcæ.

Iam passim hoc Opere ostensum fuit, Isidem Auerruncum Numen.

ab vniuersa Aegypto creditam esse ; quæ Plutarcho teste, cadauer Osiris à Typhone in Nilum projectum, vncino extra Nili fluenta reti exce-
pisse memoratur . Atque hoc est, quod aptè sanè hoc loco exprimitur
per vncinum & rete ab humeris dependens . Ihs Nili Genius est, aduer-
fas ab eo potestates sistrī sono prohibens, citato Plutarcho teste ; sistrum
itaque proprium Isidis symbolum . Et nè Typhoniæ potestates denuò
Hieroglyphi-
cæ statuæ
Auerrunca.
non nihil contra Osiridis corpus, id est, Nilum (Osirin enim iam sæpe
dictum fuit pro Nilo sumptum fuisse) vel immodecà siccitate, aut humi-
ditate suffocatiuâ, in damnum totius Aegypti machinarentur ; statuam
hanc vncinis & harpagonibus, vti & reti terribilem, *ωτίτηχρων* statuerant ;
vt symbolis potestati eorum contrarijs, à nocendo lædendoque desiste-
rent, magnæ, vt vocant, ad eas cohibendas efficaciæ ; & hieroglyphica
anticæ parti statuæ incisa luculenter docent ; vbi primò statua sedentis
in morem exposita, manibus extensis, infra se fauissam cum canali Niloti-
co & Accipitri contineat ; sequitur mox alia statua, malè tamen efforma-
ta, cum tribus terminis, cum vncini figura, quæ tamen non, vt hic, sepa-
rata est, sed edacitate temporis detrita, atque adeo nihil aliud quam sta-
tua est manu vncinum gestans ; quod verum esse, similes inter hierogly-
phica vncino instructæ statuæ passim docent . Sequitur hemicyclum
cum penna ; deinde oculus ; quem sequuntur bini flores Loti cum Cru-
ce & penna ; hos verò duo pistilla cum sceptro, Accipiter quoque crate-
ri insistens, cum Cruce ; deinde hemicyclum cum securi inter duos ter-
minos locata, quam sequitur oculus, vas Niloticum, securis, altare, vas
Nili, altera statuæ vncino instructa, & denique Ibis cum apposito vase
Niloticō, & sceptris . Quorum omnium sensus est qui sequitur : Statua
Isidis auerrunca malorum à fauissa & canalibus eius, vti & crateris Osiridis
tutrix ; Isis auerrunca malorum à tribus hyleis Mundis ; prouidentia ad arche-
typum adaptat omnia, quadrifido in Mundum inferiorem influxu cobibit Ty-
phonias potestates, Osiridis craterem in quadrifidum Mundum deriuat ; noxiæ
& perniciosa auertit, prouidentia humide substantiæ omni honore vene-
randa ; Isis extrastrix ex Nilo Osiris, humiditatis Lunaris domina &
Alia statuæ
Auerrunca.
administratrix . Huic congruunt complures statuæ, ex diuersis do-
ctorum Virorum Museis extractæ, & inter cœteras haud absimilis
est statua, quam olim eruditissimus Medicus Bartholus Bartholinus
Danus mihi communicauit, & ferè eadem est cum ea quæ sequitur,
vti & hieroglyphica inscriptio eadem est, vt proinde ob similitu-
dinem denuò incidendam non duxerim ; quare consule sequen-
tem . Fœmina velato vertice, sinistrâ vncinum cultriformem, dex-
trâ hernalpham, cui annexum est rete, gestat, in antica parte hieroglyphi-
câ inscriptione insignita . Vncinum & hernalpham, cui rete annexum est,
manibus portat, & indicant Agathodæmonem auerruncum, quem sta-
tua refert ; velatus vertex diuinitatis latentis symbolum est ; hierogly-
phica verò ea sunt quæ sequuntur : Sceptrum, oculus, sed cuius pupilla
desit, statuæ Accipitriæ, Altare, brachium extensem, canalis sacer, Crux,
baculus incuruus, ramus triplex inuersus, oculus, tria quadrangula cum
hemi-

hemicyclo, cycloides, baculus incuruus cum Coturnice: quorum sensus est; Prudentia Numinis venerandi, canales beneficâ vi suâ imbuat, tres anni partes prouidentia dirigat, à tribus Mundis hyleis auertat omnia Typhoniarum potestatum molimina. Nota has notas melius in sequenti simulachro




exprimi. Huic prorsus similis est, quam non ita pridem ad me propriâ manu delineatam per Nihusium transmisit Clarissimus Vir Philippus Cæsius, quam & apud hæredes Ioannis Volckeschen ex testa fictili subcærulei coloris extraxit.

Tertiò sequuntur statuæ binæ prorsus præcedentibus similes, quorum maior manu dextrâ, hieralpham & rete à tergo dependens, sinistrâ verò cultrum tenet; quæ quidem symbola nihil aliud quam potentis sectionis Agathodæmonem notant. Hieroglyphicorum inscriptio

Aliæ binæ statuæ Auerruncatius.


cum

cum prorsus eadem sit cum præcedenti, uti unam cum altera comparanti patebit, ita eundem quoque sensum refert. Simulachrum minus fo-



Ium perseæ manu sinistrâ tenet, dextrâ hieralpham, cœterūm uti præcedentia velato vertice; quæ quid indicent, iam dictum est. Perseæ folium sapientiæ symbolum est, habet enim fructum persea cordi, folium linguae simile, teste Horo, gestabaturque ad Mercurium attrahendum, cui persea dicabatur, uti ad eiusdem potestates *αἰτιέχεις* profligandas apta.

Allia statua
Auerruncati-
qua. Sequitur aliud simulachrum pariter vertice velato, quod superiori anno summa diligentia delineatum mihi Illustrissimus Dominus Guilielmus Hustlerus Anglus communicauit; manibus hieralpham & uncinum gestans cum barba reticulari, totum reliquum corpus anticum varijs hieroglyphicorum schematis insignitum est; ut in subjuncta figura apparet; quam nihil aliud esse dicimus, nisi Agathodæmonem Auerruncum, ut ipsa auer-



auerruncationis symbola abundè testantur. Quid verò velatus vertex , quid symbola ve-
lint, iam suprà dictum est; quid hieroglyphi-
ca signent, aperiamus.

Primus ordo continet Serpentem cum
quatuor lineolis, quæ tamen quid repræsen-
tent, dispici non potuit; hæc sequitur am-
pulla sacra cum hemicyclis, & brachio ex-
tenso (tale enim exhibere debet, licet depi-
ctor id non exactè asscutus sit). Sequuntur
Ibides binæ mediante quadrato, postea ramus
triplex inuersus, post hunc sequitur figura,
quæ vti ex alijs hieroglyphicis schematis pa-
tet, aliud non refert, nisi statuam sedentem;
hanc pyramis piscinæ sacræ insitens, quam
denuò Ibis cum securi, & Altari, oculo, Ser-
pente, & baculo nodofo; agnen claudit thyr-
sus. Quorum sensus hic est. *Vitalis humor*
inferioris Mundi beneficium Mercurialium Genio-
rum Mundo hylæo præsidentium, tripartito anni
tempore communicatur per statuam quæ sacræ pi-
seinae influit; quâ Mercuriale Numen attractum
prudentiâ suâ vitam largitur suæ curæ com-
missis.

Hieroglyphi-
ca huius sti-
tua.

Secundus ordo hunc sensum efficit. Mer-
curiale Numen tripartitum anni tempus influit;
et posita sibi statua propitiatoria, canales laxat,
aduersa repellit, Mercuriale Numen debito honore
cultum, aërem inferiorisq; Mundi substantiam fæ-
tura rerum imbuit, per statuas sibi appropria-

tas religiosè cultas.

Tertius, vti ex symbolis patet, hunc sensum efficit; Typhonicae
potestates per Ibiacas intelligentias, supremi Numinis influxum in inferiora
propagantes religioso cultu Sacerdotum, profligantur, vnde hylæo Mundo ma-
gnum Stabiliamentum nascitur.

Quartus. Hâc symbolorum serie hic sensus efficitur: Mundi supe-
riores inferioresque Ibiacorum, id est, Mercurialium Numinum catina domina-
trice, malis expulis conseruantur.

Quintus. Vita datur Crateri magni Osridis per statuas mysticas, et Momp-
hæas ipsum circumstantes, et beneficâ vi fouentes.

Sextus. Cœlestis Crater ope Intelligentiarum magnam Vim acquirit ad
abundantiam inferioribus conferendam.

Reliquas tres series non expono, tūm quia ex figuris ipsis nota sunt,
tūm etiam ut non nihil exercitiij curioso indagatori relinquatur: conti-
nent enim symbola nota, & iam saepè saepius explicata.

C A P V T II.

De simulachris Aegyptiorum portatilibus.

*Simulachra
portatilia
Aegyptiorum.*

Nihil his simulachris vulgarius est, cum vix sit Museum in quo non reperiantur; & magna eorundem quotannis ex Aegypto multitudo adfertur. Sunt autem longitudine vnius digiti, aut etiam cubitales, & eodem penè habitu, quo maiores statuæ, exornantur. Quæritur itaq; quid Deastræ huiusmodi significant? Respondeo ex eorum numero esse, quos Auerruncos siue Apotropæos diximus, & quos Hebræi Theraphim vocabant. Atque hoc ita esse, symbola quibus exornantur, aperte docent; sunt enim ut plurimum hieralphis, harpagonibus, vncinis, flagellis, scuticis, similibusque auerruncationis symbolis iustructa. Sunt etiam partim ex testa, partim ex ligno, & metallo subinde fabrefacta. Horum simulachrorum tria in Museo meo spectantur; quorum prius testaceum pro suis in Rempublicam literariam meritis donavit Clarissimus ac summe eruditus Vir Nicolaus Heinsius; alterum metallicum priori prorsus simile Illustrissimus Hispaniæ Inquisitor; tertium ex cedrino ligno, in Aegypto Mumia fascibus inuolutum eruerat P. Marcus Ord. S. Francisci, à S. Congregatione propagandæ fidei in Aegypto Missionarius, quod & pro sua in me humanitate sanè singulari, ex Aegypto translatum in Museo meo constituit. Singula decussatis manibus arma ferunt malorum auersua. Inscriptio quoque hieroglyphicorum cum eadem sit, vnam hic explicasse sufficiat.

Hieroglyphica.

	1	Serpens
	2	Tres termini
	3	Hydroschema
	4	Brachium extensum
	5	Ara cum penna
	6	Ibis
	7	Serpens cum duobus terminis
	8	Vas Niloticum cum catena
	9	Hieralpa
	10	Hemisphærium
	11	Figura piscinæ
	12	Musca Aegyptia, cum thyrso papyraceo.

Lection.

1 Vitalis 2 trium clementarium Mundorum
3 humor
4 beneficus
5 cultu religioso allicet
6 Mercurium, qui
7 vitam deriuat in hylæos Mundos,
8 in aquam Niloticam, ope catenæ Numinum aquaticorū.
9 Agathodæmon humorem naturæ deducit
10 in inferiores
11 piscinas adytorum;
12 Vbi polymorphus Dæmon singulis distributâ suâ portione, inde necessiarum rerum abundantiam confert.

Com.

Conplura huiusmodi in Museo Gualdi, Angelomi, Barberinorum, cœterisque priuatis domibus spectantur. Melitæ tres bipalmates huius generis statuas possidet Clarissimus Vir Io. Francis. Abela, Ordinis Vicecancellarius, quas hoc loco libenter proponerem; verum cum eadem prorsus sint. cum ijs, quas paulò antè descripsi, nè temporis iacturam paterer, eas consultò omisi.

Atque hæ quidem statuæ nihil aliud sunt, quam Hebræorum Theraphim, <sup>Teraphim
Hebræorum</sup> quas Rachelem patri suo furatas, abscondisse sacræ literæ testantur; de quibus cum primo Tomo in Pantheo Hebræorum, capite de Theraphim, amplissimè egerimus, eò Lectorem remittimus.

Ad hanc quoque Classem reuocantur eæ statuæ, quæ Mumiarum inuolucris insutæ reperiuntur, de quibus cum postea Syntagmate XVIII. fusè acturi simus, Lector id consulere poterit.

C A P V T III.

De statuis Auerruncis alia forma, quas Mætæ vocant.


Ocurrunt complures Deastrorum Ägyptiacorum statuæ quas μετίαι, id est, mediatrices vocant; & ita dicuntur, quia maioris ordinis Numinæ ab inferioris ordinis Numinibus supremæ Menti ad id, quod prætendebant, obtinendum, sollicitanda exhibebantur. Meminit horum Chrysippus in Libro de Antro Mythræ; Τὰ τέχα τὰ σπυλάχα πανταποιότες εἴκοσι καὶ τριάντα, καὶ τῷ Θεῷ, εἰς μετίας καλεσθεῖσαι, γάλημα τεθεισά μέρη. Muri speluncæ omnigenis imaginibus ornati, εῷ Deorum, quos mediatores dicunt, simulachra circumstantia. Et sunt iterum in varias Classes diuisæ: nonnullæ ingeniculatae, quædam stantes, aliæ sedentes Deorum μετίων simulachra ante se posita exhibent; quibus quidem figuris omnes Obelisci referti sunt, uti suo loco patuit; quæ & seorsim lapidibus appropriatis incisæ adytis, delubris, ædibus priuatis auerruncationis malorum causa imponebantur, & maximam habere putabantur ad superna charismata adipiscenda virtutem & efficaciam.

Spectatur iu hunc diem Romæ in Palatio Farnesiorum simulachrum ingeniculatum formâ fœmineâ, quod ante se gestat aliud simulachrum Numinis turbinato habitu indutum; manu sceptrum tener, capite cylindri in cucurbitæ formam adaptata, cui globus insidet, spectabilis, ut in sequenti figura patet. Fœminea forma Isidem, id est, tellurem indicat; Idolum verò quod ante se tenet, Canopicum Numen exprimit, cuius proprium est, terram sœcundo humore beare, cuius cucurbitalis tiara quam capite gestat; symbolum est, quam & duo cornua ambiunt cum globo intermedio, quibus humorem, nisi radiorum cœlestium virtute haberi minimè posse, indicabant. Sed vide quæ de hoc Idolo fusiū locuti sumus in Syntagmate de Canopis, in expositione figuræ VI. Iconismi Canopici, ubi huic haud absimile exhibuimus. Habet hoc simulachrum

Note, inter D
G E omis-
sa esse à sculpo-
re et brachia
cum capite
Artemo.

in dorso sequentem hieroglyphicam epigraphen, duabus columnis comprehensam. Prioris columnæ sensus hic est. Ignea A vis & potestas B Osiris ad supremi Numinis C archetypum disposita, D vitam Mundo inserit, E precibus & ceremonijs Sacerdotum; quæis Ammonia vita attribuitur Typhonij malis eliminatis dispulsiisque; G catena Deorum occulto motu concitata, vitam largitur. H benefica vegetabili naturæ; I occultus Deorum motus K beneficus iterum vitam influit Mundo aquo, vnde L rerum necessiarum ubertas; M vitali Nilotici liquoris fecunditate, quadrifidi Mundi facies repletur, N Osiris Mundi inferioris præsidis fauore.

Statua Farnesiana.




Secundæ columnæ sensus hic est. O Quadrifide Mundorum facies cœlesti & elementari liquore repletur, P beneficio statuae Isiacæ, Q cuius cultus Polymorphus Dæmon R cœlestem utrem exonerat in inferioris Mundi piscinas, potestate cui omnia substant, portas Mundorum inferiorum S portas T naturæ humidae vegetabili naturæ summo V dominio & sapientia aperit; vnde T religione à Sacerdotibus ei ritè peracta, V dispulsi malis, & X Typhoniasobole, Y quadrifili Mundi inferioris facies Y Osridis luce repleta cœlestis uter in inferiora exoneratur; Z catena Geniorum Solarium & Agathodæmonum, ad eius ideam conformata, a tres anni stationes benefico & fucundo b humore pro cuiusque exigentia repletur, c bubone profligato.

*De statua Mesitica Orignana, quæ in Orignano Oppido spe-
ctanda exhibetur.*

Est Orignanum Oppidum ad radices montis Soractis 24 mill. pass. Roma distatum, in cuius cœmiterio, quod est ante dicti Oppidi Ecclesiam, statua cernitur ex phario lapide, ingeniculata situ, prorsus & per omnia similis præcedenti, nisi quod multò maior sit; neque enim maiorem, si Tyburtinæ Basilicæ appositas statuas excipias, Ægyptiam statuam me vidisse memini: genibus enim nixa iuxta corporis humani proportionem, septem palmorum altitudinem habet; iniuriâ temporis capite, & aliquantum pectori mutilata est; ante se tenet aliam statuam quadrangulo impositam, prorsus eandem, quam statua Farnesiana superius apposita, cum duobus alijs Idolis & Serpentibus, obtinet; retro ingentem hieroglyphicorum congeriem tribus columnis digestam exhibet; quæ quidem à me transcripta, attamen ob temporis breuitatem & angustiam non licuit incidere. De qua statua in epistola quadam Fabius Ghisius olim in Germania Nuncij Apostolici munere functus, modò S. R. E. Cardinalis longè Eminentissimus dignissimusque, dum illac transiret, & de statua certior factus eam examinasset, ita scribit.

Statua Orignana.




*Admodum R. P. Athanasio Kirchero Soc. IESV Fabius
Episcopus. Neritonensis. S. P. D.*

Discessi Roma die XVII. peruenique sub noctem ad Rignani Oppidum, quod est sub ditione Excellen. Principis Burghesij (modò Ducis Muti) XXII. ab Urbe lapide. Inueni ibidem signum per antiquum, licet non integrum, hominis sedentis, è lapide nigro, ni fallor, substantientisque duas parvulas figuræ, & circumquaque arcanis distinctum notis, quales tu; eruditissime Vir, rimaris ego conspicis in unaquaque Pyramidum: Opus ego iudico Aegyptium, & multa eruditio ne refertum: ideo volui indicare tibi, ut accedas aliquando ad locum, & überem inde copiam habeas doctissima volumina, quæ moliris, exornandi &c. Cluenti die 19. Junij 1639.

*Aliud ex Museo Excellentissimi Viri Ioannis Rhodii
Medici Patauini.*

Simulachrum
auerrucum
à Rhodio
missum.

Quadruplicem tibi huius simulachri faciem exhibemns; anteriorem, posticam, sinistram, & dextram. Anterior fœminam tibi exhibet velato vertice, more Aegyptiaco, conspicuam, quæ ante se aliud exponit Idolum sine capite stans, & decussatis brachijs binas clavas gestans. Figura fœminea Isis est, fœmineum sexum mentiens, & masculina quâdam virtute præditum, ut in tabulæ Bembinæ exposi-



tione demonstratum fuit. Quod repræsentat, simulachrum Hori est, filij Isidis; sine capite est, quia quem Typhon diuinitatem eius abolitam cupiens, occiderat, Isis ad immortalitatem restauratum resuscitauit: nam ut rectè Plutarchus, Isis est vis illa fœminea, & totius susceptrix generationis

tionis, & non incongruè *πιθενή* & *παρδεχόμενη*, nutrix & susceptrix inde dicta fuit; habet enim congenitum amorem erga id quod primum ac summum est inter omnia, ipsum scilicet bonum, ad hoc enim rapitur, hoc optat, hoc sequitur; quod verò malum est, fugit & aduersatur. Hinc non abs re, Osiridis animam incorruptam & sempiternam testantur, corpus verò à Typhonē dilaceratum, Isidem verò id querere, atque in artus restaurare. Nam quod perpetuum est, id desultorio ac mutabili multò præstantius, & quas à mutabili imagine sumit, nec perennant, nec semper eadem sunt, sed quasi è cera sigilla & impressiones vestigiaque delentur. Cùm has itaque præter rationem admittit ac mutuatur, tunc aduersus Horum manus conserere dicitur, eumque confidere Typhon, quem Isis ceu sensibilem intelligibilis Mundi imaginem progenuit. Habentur huius vestigia in Museo Gualdino montis Pinciani, vbi bina simulachra spectantur Isidis sedentis genibus Horum puerum exceptum lactantis, quæ omnia ad dicta alludunt. Quid verò partes Hori ex Iside & Osiride? Quid sine oculis & capite mutilatum corpus Hori, nisi primam adhuc & imperfectam generationem factam, uti putabant, ante visibilem Mundi constitutionem, aut rude quoddam, ut cum Plutar. loquar, & imperfectum Mundi nascentis simulachrum? Quæ simulachrum Hori, quod Isis exhibet, nudum & *ἀκίφαλον* satis superque demonstrat. Isis itaque Horum veluti *μούσιτος* exhibit Osiridi Patri, ut dissipatis Typhonis moliminiibus, sensibilem Mundi imaginem, quam Isis natura rerum, & passuum principium vtero produxit, tueatur, instauret, atque perficiat. Hinc Sacerdotes huiusmodi simulachrum mysticis hisce rationibus adornatum, magnam potestatem obtinere ad Typhonias potestates eliminandas arbitrabantur. Hieroglyphica verò in abaco & postica parte posita, effectus indicant rerum, quas huius cultu simulachri se consecuturos sperabant; quæ libenter hoc loco ordine exponerem, verum eum adeo male efformatae sint, & magna ex parte mutilatae, malum expositionem intactam relinquere, quam illas varijs coniecturis supplere. Hæc autem quæ dixi, ita se habere, confirmat.


*Isis totius
generationis
susceptrix.*

*Hieroglyphi-
ca humi simu-
lachri.*

Aliud huiusmodi apud Petrum Stephanonium, Idolum, & est Isis sedens, & Horum *μούσιτος* tabulae insculptum exhibens, ijs symbolis adoratum, quibus passim eum exhiberi in hoc Opere vidimus. Horus turbinate vesti inuolutus, & vittâ redimitus, manibus baculum Cucuphomorphum gerit, ut sequitur. Quorum omnium symbolorum significations, cùm varijs huius Oedipi locis passim expositæ sint, Lectorem eò remittimus. Huiusmodi Idolum quoque se offert in Hottis Quirinalibus PP. Theatinorum, quod olim ijs Marcus Milesius Iurisconsultus Romanus legat, aliaq; similia innumera passim in celebrioribus Museis spectantur, quæ huc alludunt; quæ quidem omnia si hic adducere vellem, illud non aliud foret, quam tomos tomis addere: Lector curiosus ex his paucis, quid de similibus, si quæ alicubi occurrerint, statuendum sentiendumque sit, nullo labore discernet. Est & in ædibes Cardinalis Verospij in Sarcophago excisa statua *μούσις*; cuius hieroglyphica cùm tem-

temporis iniuria exesa sunt, consultò omittenda duxi ; ubi sœmina comparet exhibens statuam auribus cornibusque pectore tumido, spectabilis, cætero corpore Hermarum more in conum abeunte .

Ex Museo Francisci Serræ.



Est & alia statua in ædibus Francisci Serræ Equitis Romani , quem suprà laudaui, ingeniculata, ante se positam habens sacram tabulam, cuiusmodi passim in Obeliscis occurunt ; cuius in postica parte hieroglyphica inscriptio hunc sensum habet : *Igneæ vis dominatrix humidi , buius Genij vi et efficacia , uti egypti Sacerdotum ritibus , vitam inferit Momphtæam tribus Mundis elementaribus ; piscinam sacram benefico liquore implet ; craterem supernis influxibus facundat .*

C A P V T I V .


De statuis Polymorphis, & Auerruncis omnis generis.

*Polymorphæ
statuæ quæ*

POlymorphæ statuæ vocantur, eò quod humanâ formâ in varios sa-
crorum animalium vultus transformatæ spectentur ; quarum iterum magna, pro Numinum exprimendorum varietate, multitudo reperitur,
cum vix ullus Obeliscus aut monumentum Aegyptiacum sit, in quo non
inculptas reperias ; ut proinde vel ex hoc capite constet, Obeliscos nî
hi aliud fuisse, quam idolorum quandam hieroglyphicæs descriptorum
con-

congeriem, ex quibus deinde veluti ex archetypis quibusdam Sacerdotes & Sacri Scribæ in publicum, atque priuatum usum simulachra seorsim excerpta formarent. Ex quorum numero sequentia quoque sunt, partim stantium, partim sedentium situ, variâ transformatione conspicua simulachra. Sequens statua hodierno die in Museo Palatij Barberini asservatur, ex ruderibus Ecclesiæ PP. Dominicanorum, quæ vulgo Minerua dicitur, egesta; quæ ut olim delubrum Isiacum extitit, ita nullus in

Simulachru ex templo Minerue eratum.



Vrbe locus, maiorem Ægyptiacorum monumentorum copiam nobis suppeditauit. Simulachrum est *iseagnophor*, id est, Accipitrinâ facie constans, vellato vertice, situ recto, manibus pendulis, quarum vnâ Crucem ansatam gestat, corpore nudo, si velamen, quo verenda teguntur, excipias. Hæc statua Osridem auerruncum exhibet; cuius symbolum est Accipitrina facies, & Crux ansata, nullis non idolis ei consecratis annexa; cuius mysteria cum innumeris huius Oedipi locis exposita sunt, hic ijs repetendis non immoror. Similis huic in Hortis Barberini Monti Quirinali adnexis spectatur, altitudine decem palmorum, & Cruce ansata spectabilis.

De Polymorphi Daemonis simulacro.

Misit non ita pridem ad me, pro summa sua erga Remp. Lit. quo quis modo ditandam, benevolentiam, & affectu incredibili, Serenissimus Princeps Magnus Dux Hettruria, simulachri Ægyptiaci, vndique & vndique innumeris hieroglyphicis exornati ectypon; cuius litera A anteriem, B posteriorem partem significat. Huic iam aliqua similia hic Romæ repereram: quorum prius ex Ergasterio Barberino extractum, in Obelisco Pamphilio exposuimus; alterum habebatur in Museo Francisci Angelomi, quo mortuo, & Ergasterio subhastato, id possessorem obtinuit Torquatum de Alessandro Capitaneum. Tertium prossimum simillimum continetur in Museo Regio Montis Pinciani Francisci Gualdi. Verum cum nullum hoc præsente Mediceo integrius repererim, id hoc loco minutum exponendum censui.

Polymorphi
Daemonis
simulachrum

Statuæ anterior portio formam sc̄mineam toto corpore nudam, mammis turgentibus, binis Crocodilis insistentem, sexu androgynam, exhibit, capitis cincinnus in Arietinum cornu contortus; capiti vero im-

Anterior
simulachri
pars.

minet Leoninum caput, cui in superiori parte, uti in secunda figura patet, globus alatus imminet; præterea utraque manu binos Serpentes cum Scorpione continet, dextrâ Canis quoque figuram appositam habet, sinistrâ vero caudâ Leonem quasi efferatum sustinet. Consistit verò intra duos baculos, quorum uterque in florem Loti desinit; horum primus Androsphyngem sustinet, alter plantam, quam Ægyptij Motmuti dicunt; circumdant in superiori parte imaginem iam descriptam Genij varij, dicti Numinis asseclæ; denique per totam interiorem superficiem complura passim hieroglyphica inserta spectantur. Sed quid insolitus hic polymorphorum Numinum apparatus sibi velit, exponamus.

A



Simulachri
hieroglyphica
explicatio.

Totum hoc complexum magnæ efficaciam amuletum est apud Ægyptios, in quo simulachrum exhibit Polymorphum Dæmonem, siue Mentem supremi Numinis omnium executricem, dum in totius naturæ amplitudinem descendit. Capite gestat Leoninum caput, cornibus Lunam sexatilem mentientibus insertum; quo potestas & dominium in Solem & Lunam demonstratur: cincinnum capitum gerit in Arietis cornu contortum, ad fœcunditatem & Ammoniam vim, quam rebus confert, indi-

can-


candam; vberibus cumet, ad rerum vbertatem, quam præsidio suo præstat, signandam; vtrâque manu binos Serpentes cum Scorpionibustenet, quibus absolutum eius in vitam & mortem, in bona & mala, in generaciones & corruptiones dominium docetur; sinistrâ Leonis renitentis caudam, dextrâ Canem tenet, quibus potestas in Momphta & Anubin signatur, quos inhibere videtur, nè nimiâ suâ potestate vtantur, sed in tantum, in quantum legibus à supra Mente præscriptis conforme est.



Per Scorpiones, exitialia animalia, mors & interitus, siue malorum para-
tio, teste Horo l. 2. c. 34. indicatur: per binos Serpentes duplex Mun- Horus.
Sff di,

di, cœlestis & elementaris, vita : per Leonem, Momphta humidæ naturæ præses ; per Anubin vigil craterum mundialium cultos significatur, vnde & dextrum pedem crateri impositum habet. Androgynam exhibit, quia respectu inferiorum fidei suæ commissorum se habet per modum principij actiui ; in quantum verò supramundanis influxibus substat, per modum principij passiui. Binis Crocodilis insitit, eosque quasi conculcare videtur ; siquidem hoc Numen, omnem Typhoniam vim virtute suâ domat & exterminat. Bina sceptra vtrinque apposita habet, in Loti florem desinentia, in quorum dextro Androsphynx collocata videtur, & Mensem supramundanam exprimit, iuxta cuius idealium rationum influxus operationes suas efformatas dirigit & gubernat ; alterum sceptrum plantam impositam habet, quam ~~αεροτεκτιν~~ appellant Veteres, eò quòd liberet à morte, cuius virtutes delcriptas vide in capite de Herbis Aegyptiacis ; & erat antidoti symbolum, quo contra pestiferas & contagiosas Typhoniarum virtutum antitheses utebantur. In superiori parte varios Numinum asseclarum typos vides, qui tutelares rerum Genios, & pantamorphi Numinis ministros denotant, quorum expositionem in Obelisco Pamphilio fol. 464. fusè peractam vide. Reliqua verò hieroglyphica, intermedio spatio sparsim interiecta, non tam ad significandum, quæ ad aduersos Genios occulta mysteriorum, quæ exprimunt, allusione absterrendos sunt posita. His enim & similibus non Adyta tantum, sed & Obeliscos, statuas, cœteraque monumenta, vt in huius contextu Operis sat superque patuit, signabant.

Posterior simulachri pars.

Figura hæc
Momphtæ
reperitur in
Palatio Excel-
len. Ducis
Muti.*Posterior Amuleti pars.*

PRIMO loco continet cyclum ἡρ-πτερόμορφου supremi triformis Numinis indicem, vt iam innumeris locis dictum fuit : quem sequuntur Genij rerum præsides, varia vultus habitusque transformatione, id est, Accipitrinâ, Hircinâ, Leoninâ, Caninâ, humanaque specie depicti, ac baculis, Serpentibus, flagris, vocinis, clavis muniti ; quorum significations cum in præcedentibus vber- tim interpretati simus, superuacaneom esse ratus sum ijs diutiùs inhærere. Videtur autem inter cœteras in ordine septima Serpentibus variè, vti & Leoninâ facie terribilis figura, quæ Momphtam exhibit, cuiusmodi simulachrum non ita pridem in Horto doméstico Eccellentissimi Ducis Muti, prope Villam Ludouisianam sito, reperi. Figuram hic appono Leoninâ facie, iubarumque diffusione formidabilem, Binis clavibus quas

quas vtrâque manu gestat, in omnia Mundi arcana receptacula potestatem iurisdictionemque se habere demonstrat. Serpens cuius gyris inuolutur, & globus cui insitit, luculenter docent, vitali calore Momphtam omnia quæ in Mundo sunt, souere ac sustentare. Atq; hâc quidem formâ Ægyptij, Momphtam illum suum exprimere solebant. Sed iam filum dimissum repetamus. Sequuntur modò 16 ordines inscriptionum hieroglyphicarum, quibus quidem nihil aliud notant, quam effectus & operationes, quas singuli dicti Genij in Mundo perficiunt: quorum significationem libenter hoc loco adducerem; verùm cùm pessimè sint efformatae figuræ, & vix nisi anxijs coniecturis dignosci potuerint, ijs expoundis longior esse nolui, cùm ex ijs figuris, quæ cognoscuntur, facile mihi reliquarum significatio innocuerit; adeoque nihil aliud sunt, quam Geniorum, vt dixi, Pantamorphæ Mentis asseclarum effectus & operaciones, & prorsùs eadem, quas in Isiacæ tabulæ expositione Pantamorphæ naturæ eiusque ministris assignauimus; quare Lector citatum locum adeat. Spectantur & aliae statuæ polymorphæ sub larua Accipitris, Ibis, Canis, Lupi, Leonis, Cercopitheci: verùm cùm hasce omnes partim in Obelisco Pamphilio, partim in hoc tertio Tomo varijs in locis exposuerimus, eò Lectorem remittimus.

FINIS SYNTAGMATIS DECIMISEPTIMI.



SYNTAGMA XVIII.

De Statuis Aegyptiacis Polycharacteristicis,
id est, toto corpore hieroglyphicorum
contextu conspicuis.



EMINENTISSIMO PRINCIPI
AD ALBERTO S. R. E. TIT.
S. Praxedis Presbytero Cardinali ab Harrach, Archie-
piscopo Pragensi, & Boëmiæ Primati.

IB I vni, Cardinalis Eminentissime, Principi verè audito dñxw hoc meum de polycharacteristicis Ægyptiorum simulachris debebatur argumentum. Siquidem inter paucos Te summum nullo non tempore obseruavi, qui non duntaxat literarij negotij aignitatem ex quo dignoscere & estimare soleas, sed ex data opportunitate eruditorum hominum labores impensè promouere studeas. Est Tibi non solum ob politice disciplinæ notitiam animus ad ardua quævis peragenda idoneus; sed ex in penetrandis naturæ adytis, atque in diuinarum humanarumque rerum scientiis mirè capax ingenium: ut interim sileam Tuum ad diuinam gloriam propagandam zelum ardentissimum, in pastoralis Tibi commissi officij cura sollicitudinem, in Lulis à Dominica caula coercendis vigilantiam. Quibus cælitùs Tibi concessis muneribus, tantò virtutum Tuarum ramos ceteris extollis sublimius, quando altius emines. Suscipe itaq; hoc mei in Te affectus perenne quoddam veluti symbolum. Quod si ingenij Tui limatissimo iudicio in huius Operis decursu minus quidpiam responderit, veniam à Tua benignitate vel ex hoc capite facile me obtenturum confido, si præstis operæ causam non meæ tenuitatem personæ, sed magni Cæsaris imperium fuisse intellexeris.

C A P V . T I.

De statuis Aegyptiacis Polycharacteristicis, id est, toto corpore hieroglyphicorum contextis conspicuis.

Statue
πολυχαρα-
κτησικæ.




VENIVNTVR in antiquissimis Romanæ Vibis ruderibus nonnulla statuarum fragmenta, miro hieroglyphicorum ornatu per totum corpus contexta, quas ea de causa πολυχαρακτησικæ appellamus; cuiusmodi duæ in Museo meo ab Antiquatijs amicis donatæ reperiuntur. Quæ quid indicauerint, paucis aperiamus.

No.

Notandum itaque, Ægyptijs nonnulla simulachra, quibus primæ Classis Numina, & quæ immediate supremo triformi Numinis subderentur, cœterorum Numinum veluti quoddam Archichoragos exhibebant, extitisse. Quæ quidem Numina vti vniuersalem non intellectualis tantum, sed & sensibilis Mundi curam sortiebantur, ita peculiari quoque sacrarum sculpturarum cultu exornabantur, vt hoc pacto & Numinum, & rerum mundialium arcana symbola, vniuersali dictorum Numinum intellectui aptius quadrarent. Hinc arcanorum quævis symbola tūm ex Obeliscis, tūm ex alijs monumentis deprompta dictorum Numinum simulachris eo ingenio incidebant, vt nullus ferè ijs in simulachris locus vacuus appareret; quemadmodum ex præsentis statuæ fragmento vide-re est, vbi vides primò truncum statuæ sine capite, totum hieroglyphicis exornatum. Amuletum verò F ligaculo pectori appensum, est omnino idem cum eo, quod in præcedentibus solijs descriptissimus. Figura præ-

Numina pri-
mae Classis
Ægyptiorum


Truncus sta-
tuæ sine ca-
pite.



terea pectori incisa, & C literâ signata, statua est auerrunca, tutulo polymorpho insignis, ingeniculata, & forma fœminina, quam utrinque duo stipant Accipitres, versus humeros verò octo Genij Solares *ιεραρχίμορφοι* ordine ponuntur, Pantamorphæ naturæ administri, cui & expansis brachijs supplicare videntur; quorum expositio hæc est. Simulachrum fuit Pantamorphæ naturæ, cuius principalis ministra figura est pectori incisa & ingeniculata, immediate inferioris Genialis ordinis choraga, vti tutulus globo *σφιρόφεω*, & tribus cucurbitis, id est, signaculo triformis Numinis, & fundi paterni, id est, Pantamorphæ naturæ signaculo

Hiero-glyphi-
corum dicta
statuæ expli-
catio.

culo conspicuo significat. Accipitres E assidentes Intelligentias Solares eiusdem administras notant. Circulo imponitur, quia in Vniuersum dominium suum exerit; cui & octo Genij Solares Accipitrino capite transformati, manibus extensis veluti supplicare, eiusq; iusta, rerumq; fidei suæ commissarum influxus executionem operiri videntur. Reliqua hieroglyphica tūm quia nota sunt (nihil enim aliud quām effectus & operationes dictorum monstrant,) tūm quia minutiora sunt quām ut dignosci possint, ob magnam corruptionem quam, ut in huiusmodi ferè omnibus minutioribus characteribus vsu venit, passa sunt, omittenda duxi. Quare ad ea tantūm hieroglyphica maiora, quorum figuræ certò sibi constant, exponenda nos accingamus.



Dorsum statuæ pariter innumeris hieroglyphicis ornatum est; inter quæ medium spatum continet figuræ in variæ Classes diuisæ: verùm cùm statua truncata sit, prima & vltima hieroglyphica schemata desunt; medias autem schematum Classes signauimus literis A B C D E. In spacio A ponitur figura Bous alati humanâ facie, cuius capiti flammæ euibranti globus imminet, Serpentique vndulato insit. Bos humanâ facie flammæ capite euibans cum globo superposito, indicat Mētēm Apidis, vitalis motus per quatuor Mundi stationes propagati præsidem, cuius symbolum Serpens est, cuius 4 gyris 4 pedibus insit; globus diuinitatem, flammæ igneam vim, ala velocitatem quâ omnes peruadit Mundi semitas, significant. Quem sequitur paulò post in spacio B principalis eius minister Cynocephalum Numen, Scarabæum in capite globis intermediū pro tutulo habens, manibus binos Serpentes, infra pedes pariter vndulatum Serpentem continens; quibus symbolis vita Lunæ-solaris indicatur, quam in inferioris Mundi portiones distribuit; è regione Crocodilus receptaculo inclusus cum phallo oculato, quem sequitur globus Serpente fœtus cum alio Crocodilo; quo indicatur Typhonia vis, vitalis, & fœcundæ propagationis destruētrix, quā Cynocephalus vi suâ antitechna dissipat & eliminat. Porrò in plano C sequitur Scarabæus raniformis Accipitrino capite conspicuus, pedibus anterioribus tutulum è tribus phialis Niloticis compositum continens, posterioribus pedibus aræ insitens; quo significatur Solaris vis materiali potentia, quæ in humida Nili substantia consistit, dominans, quæ per Scarabæum raniformem & tres phialas indicatur; quem Ibis Mercurialis, siue Lunaris Agathodæmon stipite in hernalpham transformato, promouet. Figura verò humana pennam in capite gestans, & manibus bina vase præferens, ei quasi supplicare videtur, ad humidam substantiam virtute suâ imbuedandam. In plano D sequuntur Momphæa Numinæ Leoninis capitibus transformata, quorum prius Crucem portat, alterâ manu alteram statuam ingeniculatam, manu capiti eius imposta, veluti protegere videtur, quæ omnia symbola sunt Momphææ Potentiaæ aquæ inferioris Præsidis, & notæ sunt imperij & dominationis. Figura verò quæ immediatè sequitur ingeniculata, calathum in capite gestans Serpente fœtum, indicate auerruncum Momphæi Numinis administrum, quem ponere oportebat ad eas, quæ vitæ, bonorumque inde resultantium vberati insidiantur, potestates aduersas reprimendas. Quæ denique in ultimo piano E continentur, trium Numinum effigies sunt, Agathodæmonis ministri polymorphi Numinis, Anubis, & Osridis; quæ cùm alias sæpe sèpius expositæ sint, ijs non immoror.

Quæ verò è latere ponuntur utrumque quaterna Numinæ, omnia a fatis Crucibus instructæ, & miris modis transformata, hucusque dictorum Numinum administrî sunt, qui omnia Mundi corpora peruagantes, quæ ad bonum Vniuersi sunt, exequuntur, omnibus aduersis Potestatibus profligatis. Verùm cùm hæ figuræ in Mensa Iisiaca fusè expositæ sint, vti & in alijs Obeliscis, tempus perdam si ijs diutiùs inhæsero.

Hieroglyphica
dotio piaz
dicitæ statuæ
meaga.

Bos' humana
facie flammæ
capite eu-
braas.

*Notapittorem
capita Leonini
na non hæc
expressisse
in exta origina-
le.*

Momphææ
Potentia sym-
bolum.

Conjectarium.

Simulachrum
supremum Chor-
agi Mundi
Genialis.

Psellus.

Potentiae
Mundi Du-
ces & Repto-
res iuxta
Chaldeos.

Psellus.

EX his itaque patet, simulachrum hoc præsens totum hieroglyphicis ex omnibus naturæ ordinibus compositis inscriptum, nihil aliud expressisse, nisi supremum Genialis Mundi choragum; reliqua verò recensita Numina eius administratores, dicuntur Mundi duces siue rectores, quia dicto archichorago substant, & ad imperium eius mouentur. Quæ omnia pulchre sane describuntur à Psello in Zoroastræorum Ora- cularum expositione his verbis: Διωάμετος τῷ κόσμῳ χαλδαιοὶ τίθενται, τῷ οὐρανῷ παραπομονήσας, ὡς Τύχη κόσμου αὔγεσσας προνοτικῆς κατίστηται. Ταῦτα εἰ τὰς διωάμετος αἰσχύνεις καλεῖ Τύχην, ὡς Τύχη κόσμου αἰσχύλας, τῷ τῷ πατέρερχῳ τίθενται). Chaldae posuerunt Potentias in Mundo, quas nominarunt Mundi Duces & Re- ctores, quod Mundum motibus cum prouidendi curâ regant; quas Potentias Oraculorum sustentatores vocant, eò quod Mundum uniuersum sustineant; et hæ subduntur imperio supremi Duci, quem Panarchum vocant. Scant, quia ut Psellus ait, Τῷ μὴ αναπατεῖν συντρεπταῖς αὐτοῖς διατεμένοις, immobili vide- licet statione illarum vis firma & stabilis declaratur. Τῷ δὲ αἰσχυνθεῖν φεγγοτικοῖς, Sustentatione vero custodie atque conseruationis cura. Ταῦτα δὲ τὰς διωάμετος εἴ- πορν τῷ κόσμῳ αἰτίας τῇ αἰλινῇ οἰζονται). Itas autem Potestates per solis Mundorum causas & immobilitatem designant. His enim uti sublunt omnes infe- riores Dæmones, ita veluti ipsis supplicare videntur, ab ijs benignas im- periorum executiones depositentes, uti figuræ ultimæ post quatuor hinc inde cosinagogos, genibus inclinatis luculenter demonstrant. Nam ut rectè Psellus in libello de Dæmonibus, sicuti sese habet Princeps in regno suo ad officiales suos, ita Numina maiora ad sibi subditos Dæmo- nes. Hoc itaque simulachro ab Ægyptijs posito, & rectè culto, omnem sibi felicitatem, ob infandorum symbolorum potestatem & efficaciam, spondebant. Hieroglyphica minora, cum, ut dixi, vix discernantur, non explico, cum nihil aliud quam effectus & operationes dictorum Nu- minum contineant. Quare hæc pauca de statuis Polymorphis sufficient, & Lector curiosus ex huius vnius expositione, quid de similibus statuen- dum sit, facile iudicabit.

Graci Deo-
rum Simula-
chra literis
exornabant.

Bulingerus.

Arabes vne-
filiis literas
intculpebant.

Ægyptios secuti Græci, & sua pariter simulachra simili literarum contextu exornare sunt soliti, quemadmodum in Magia Hieroglyphica de Diana Ephesia dictum fuit; quam literis, quæ ea de causa Ephesiæ dictæ sunt, exornare consueuerunt; imò in Circis positas passim huius modi polygrammatismis exornatas Bulingerus l. de Circis docet; verba eius sunt: Circum non modo statuis & columnis ornatum fuisse, sed eas statuas ut plurimum literis exaratas, quæ aliquid significarent, & à Magis Philosophis positas, quibus verbis fatum contineretur. Græcos secuti Arabes, quibus cum ex legis præscripto statuas fabricari non licet, utensilia sua, uti vrnas, pocula, conchas, innumeris literis passim exornare solent, sententijs ex Alcorano deductis, Magicisque characteribus, quos ex Cabala deprop- pterant, admisisse. Quæ quidem consuetudo tantum potuit, ut & in vlti- mas terrarum partes, uti Chinam & Iaponiam, ramos suos extenderit,



vbi in hunc usque diem huius farinæ polygrammatica simulachra spectantur, & in Europam passim transportantur. Huius generis Idolum quoque illud est quod sequitur, à Gerardo Reinstio mihi communicatum, cuius characteres ex eorum numero sunt, quos suprà in Syntagmate de Canopis figura I V. exposuimus, ad quod Lectorem remitto.

Est autem ex eorum numero simulachrorum, quos Hermas Ægyptij nuncupabant, quorum Martialis meminit: *Truncus simillimus Hermæ; Hebræi מִרְכָּלִים Marcolis* vocant, dicebanturque à Mercurio viarum Numine Hermæ, de quibus amplè discurrimus Tomo I. fol. 388. quorum rationem pulchre sanè Empedocles apud Tzezem 11. Chiliad. ostendit, dum Hermas ita describit.

*Non enim mortali capiti membra adiuncta sunt,
Non quidem ab humeris duo rami emicant,
Non pedes, non citæ genua, nec pudenda lanuginosa,
Sed mens sacra, atque immensa est solum
Cutis Mundum omnem quâ mouet celerius.*

C A P V T II.

De prophylacticis Statuis, seu Amuletis portatilibus.

Minorum simulachrorum, quæ secum gestare solebant Ægyptij, quæ & prophylactica, à conseruando & custodiendo ab omni malorum occursu, dicebant, maxima quoque copia in Cimeliarchijs diuersis reputatur; ex quorum numero nonnulla medicatis funeribus ut plurimum insuebantur; quædam collo, brachijs, cingulis alligata gestabantur; de quibus hoc loco nonnihil dicemus, à prophylacticis funerum initium daturi.


Prophylacticæ statuæ.

Excellentissimus Medicus Ioannes Nardius Lucretio suo annexit Iconismos quosdam, in quibus simulachra aut Mumijis insuta, aut tumbris circumposita spectantur, ut sequens Iconismus siue Tabula V. docet, vbi omnes imagines eo ferè cultu & ornatu, quo Mumias ipsas amictas suis se suprà docuimus, manibus & pedibus destitutas, solo turbinato habitu, figurarumque varietate spectabili decoratas vides. Quorum mysteria citato loco exposita vide Lector. Vides hinc figuræ signatas numeris 1, 2, 3, 4, reliquaque, eodem ornatu figurisque hieroglyphicis insignitas esse, quibus inuolucra Mumiarum suprà fol. 421. exposita; ut proinde expositionem eorum hinc iterare superuacaneum ducam. Quod verò in Tabula V. figura II, schema exprimitur, id modum rationem-

Nardius.

Tet que

que corporum tūm secandorum, tūm condendorum, quo typo nonnulla medicata corpora insigniri solebant, docet; sunt autem hic linteus pectoris amictus, varijs coloribus distinctus, quem in vna è suis Mumijis spe-





Etari scribit saepe laudatus Ioannes Nardius. Figura simulachrorum præsens est Tabula V. tribus figuris distincta.

C A P V T III.

De vasis sacrīs:

Figura III eiusdem Tabulæ V, Vas indicat asphalto refertum, quo ad corpora condienda vtebantur. Hieroglyphicæ verò binæ inscri-

Vas sacrum
eiusque hie-
roglyphica.



ptiones 2 columellis comprehensæ, hanc imprecationem continent. Prior:
Dominator Osiris humore cœlesti lotas transmigrare faciat in ideam suam. Po-
Ttt 2 sterior:

sterior : *Vitâ cœlesti imbuantur ob supremi Numinis cultum temporum dominatoris, cuius prouidentia locum sortiantur ex p: ecripto Deorum debitum*. Alludunt ad mysticas operationes asphalti ab incorruptione seruantis, quasi dicent: *Sicuti asphaltum à corruptione immunita facit corpora, ita prouidentia Numinis Anubici seu Mercurialis, quod operculum Canino capite insignitum indicat, hoc animæ habitaculum conseruet incorruptum ad immortalitatem.*

Vasa sacra à
Nihusio missa Similia huic Clarissimus Nihusius ex Batauorum Museis extracta ad me transmisit; quorum prius vas cooperulum habet κωνιφαλον, uti præcedens; hieroglyphicam verò sculpturam paulò maioribus notis expressam in paulò antè posita figura seorsim exhibet. Quatuor columnis A B C D notæ continentur, quarum prior, A, hanc imprecationem efficit.

A I. *Cœlestis Intelligentia inferiorum dominatrix* & custos, auertat aduersam Beboniam vim ab hoc d. posito.

B II. *Cœlestis Intelligentia ex hylæis Mundis, eorumque contagione, transferat per Mercuriale Numen ad lucidam Zonam Osridis dominatoris temporum.*

C III. *Per cultum Numinis septo inclusi, per influxum Osiris, per sceptra Potestatum grandium, per Ibiforme Numen aquæ præsidis, per pennam Arueris, per Momphæum Numen, triformi dominio & prouidentia omnia sibi subiecti.*

D IV. *Per vitam piscinæ influentem, per Thaustum auerruncum malorum Typhoniorum auersorem, per Ibin & Accipitrem auerruncos malorum à piscina sacra.*

Atque hæc est idealis lectio inscriptionis in vase positæ, uti ex symbolis iam sæpen numero expositis patet, & nihil prorsus difficultatis habet.

Vasa sacra
ab Heurnio
transmissa. Aliud vas cum operculo Accipitris capite insignito, cineritij coloris, ad me per Nihusium transmisit Clarissimus Vir Otho Heurnius. Verum ut ipsius conditio & ratio vasis liquidiùs patefiat, hic eius ad Nihusium verba vnæ cum figura vasis addere visum fuit.

Literæ Clarissimi Viri D. Othonis Heurnij ad Nihusium datae.

VRna feralis Ægyptia, Canopum Ægyptiacum representans, in qua prisca Ægyptiorum artificiosa encheires ante illustratam Ægyptum almo Christianæ religionis lumine (quod contigit anno 300 à Saluatoris nostri salutifera Natiuitate sub Constantino Magno) depositus fuit aromatibus in Mumie massam conditus fœtus humanus, isque, ut corporis exiguitas ostendit, abortivus, lethali Matris profuso muliebri præcipitatus. Hoc designat hieroglyphicum capitum Noctua in operculo conspicuum, cruentis stigmatibus respersum, præcipue latere sinistro. Nam apud Ægyptios Sacerdotes mystico solemini ritu Noctua mortem designabat, eamque (ut conjectura ab blandiri videtur) cruentam, cum sanguinolent-

nolentis notis latere sinistro insigniretur. Adiacet Mumiae huic latere sinistro fidelis Icuncula Isidis, aromatum conditura impacta, & bona sui parte immersa; quod solenne fuit ægypcijs in omni huiusmodi cadaverum adornatione. Extrinsecus vrnæ insculptus est casus miserabilis historia à Sacerdotibus conscripta vetustissimis characteribus hieroglyphicis. Est hæc vrna columnæ apex, nam inferius manifestè apparet quod sit à saxi soliditate rescissa. Hanc ex subterraneis concameratis lantebri eruit quatuor milliar. à Cairo ultra Nilum in Pyramidum vicinia Vir præstantissimus D. David de Willem anno 1619, & in Theatri Anatomici ornamentum ibidem loci reposuit. D. Otho Heurnius, Med. Anat. & Chirurg. Prof.

Dicit itaque eruditissimus Vir, statuam Canopum exprimere, vetustâ Sacerdotum literaturâ exaratam; quod verum est. Dicit præterea Ægyptum Christianæ religionis lumine illustratam post Christum anno trecentesimo sub Constantino Magno; de quo dubito, cùm ab ipsa primævæ Ecclesiæ origine, id est, a S. Marco Euangelista, usque ad irruptionem Saracenorum nullo non tempore Ecclesia Ægyptiaca mirum in modum, vti ex tot SS. Patribus, Anachoretis, Monasterijs in Ægypto florentibus abundè constat, floruerit, eo videlicet tempore, quo iam dudum Ægyptiaca literatura defloruerat, imò prorsus perierat. In vrnula quoque cadauer nescio cuius abortiui conditum fuisse non abnuo, sed casum in ea hieroglyphicis descriptum, id nullâ ratione, bonâ Viri eruditî veniâ, approbare possum. Quare vt veritas dictorum pateat, hic expositionem scripturæ ordinar; quod optimè fiet, si quædam ad veritatem penitus dilucidandam, præmisero.

Ostendimus innumeris huius Oedipi locis, Literaturam Ægyptiacam, non temporibus Romanorum Cæsarum, aut immediatè ante Christi in carne aduentum, multò minus tempore Constantini Magni, usitatam fuisse, sed iam tūm à Cambysis Ægyptiacum Imperium inuidentis impietate & temulantia destruktam & deperditam esse; quod verum esse, ex innumeris Authoribus passim tūm in Obelisco, tūm in præsentis Operis, vti diximus, contextu docuimus. Dicimus itaque hanc vrnulam priscis temporibus, quibus hieroglyphica literatura, vti & conditura corporum, quas Mumias vocant, iuxta Sacerdotales leges, adhuc in usu erant, in cryptis subterraneis cum eo hieroglyphicorum apparatu, quem exhibet, conditam fuisse; cadauer vero fœtus humani in ea conditum, fuisse aut Regis, aut ex Proceribus Regni filium. Nam suprà in tractatu de Mumijis diximus, omnia medicata Ægyptiorum cadauera tanto studio condita, tot fasciarum involucris amicta, tam denique artificiose hieroglyphicorum contextu adornata, non plebeiorum hominum, sed vel Regum, vel Procerum, aut Sapientiæ laude conspicuorum hominum, qui-



Ægyptus fidei suscepit statu à Christi passione.

Hieroglyphica literatura Cambysis temporibus perire.

Vas ab Heurnio missum tempore sculpsit.

bus solis ad Regni gubernacula spes erat, fuisse, idque ex Herodoto, & Diodoro, alijsque Historiographis, ostendimus. Quòd verò Mumiacum in vrnula conditum, sœtum abortuum fuisse, ex pusilla corporis quantitate colligi posse afferat, id nihil probat, cùm experientia diuturna iam innotuerit, Mumiarum constrictiua asphalti vi, quæ vel ipsa ossa peruidit, corpora successu temporum ita contrahi, tantumque à naturali statu dimoueri, vt quæ in vita iustæ staturæ hominem referrent, iam pueros referre videantur. Quod experimento mihi in multis Mumiarum partibus, scilicet manuum, pedum, capitis, quarum magna in pharmacopolijs Romanis copia est, quas summo studio dimensus cum viui corporis proportione comparaui, innotuit. Quem itaque Vir eruditus embrionem putat, illum ego puerum fuisse affero, siue Regis, siue alterius cuiuspiam Primatis filium. Accedit hisce, quòd si foetus fuissest abortivus, nunquam ab Aegyptijs solito hoc cœremoniârum apparatu fuissest cohonestatus. Cùm enim omne abortuum tanquam maligni Dæmonis opus execrarentur, illud vel comburebant, vel in Nilum projiciebant, veluti maledicto boni Dæmonis subiectum, vti alibi à me demonstratum fuit. Puerile itaque corpus id esse, & asphalti qualitate in tenebrimum corpusculum maiorem vim obtinente, in huiusmodi paruitatis statum temporis diuturnitate contractum, imagincula quæ corpusculi tutelarem Genium exprimit (quæ omnibus ferè Mumijs apposita videtur) sat superque docet; immo & hieroglyphica inscriptio, cuius interpretatio vera & genuina ea est, quæ sequitur. Cooperculum non Noctuæ, sed Accipitris caput exhibit. Cùm enim Noctua Typhoniarum peruersæ & extialis naturæ Potestatum symbolum sit, eam neutquam in sacrorum simulachrorum usum adhibebant: neque enim inter omnia hieroglyphica statuam sacram reperies, aut Noctuæ, aut Coturnicis, aut Crocodili capite insignitam; foret enim hoc contra propositum finem, ad quem collimabant. Omnes igitur statuæ sacrorum tantummodo animalium vultibus, ad terrorem $\alpha\tau\tau\epsilon\chi\nu\sigma$ ijs incutiendum, transformatæ conficiebantur. Cuiusmodi & hoc vas est, cuius operculum Accipitrino capite insignitum;

N O P Q
accipitrino capite insignitum; Accipitre autem Solare Numen innuebant, vti ex innumeris huius Operis locis constat, cuius tutelæ corpusculum vas inditum committebatur. Inscriptio verò hieroglyphica vasi incisa quatuor columnas habet, quæ signantur literis N O P Q, quarum duæ priores N & O, eadem prorsus symbola habent, reliqua verò duo P & Q differunt.


In prima itaque columnâ primo loco vas occurrit, ex quo Serpens emergit; cui supponitur Horus caput, cù pennæ; sequitur cycloidescum figura oculi; deinde gnomon, cum figura Altaris; quem excipit oculus, cum

Asphaltus
cadavera con-
trahit.

Abortiu-
Aegyptijs proi-
ciebant, non
sepeliebant,

Hieroglyphi-
ca interpreta-
tio predicti
vas.

Statuæ Agy-
ptiorum sa-
crorum tan-
tum animalium
vultibus or-
nabantur.



cum tribus terminis; hos sequitur cycloides; & hanc phœnicopterus, cum tribus vasis; sequitur deinde sceptrum, cum brachio extenso, & Ibis cum quadrangulo; claudit agmen in prima columnna sacrum vas piscinæ canalibus suis instructum, cum quadrato. In secunda verò columna omnia sunt eadem, excepta ultima figura, quæ est statua Accipitri-na cum duabus peñnis. Hanc inscriptionem inuenies quoque supra in Mumiarum tractatu adductam. Symbola porrò hunc sensum efficiunt: *Liquor crateris Intelligentiae Horæ cœlestis prouidentiae religioso cultu & ritibus attractus, huic deposito superaffundatur; liquor prouido Numine in bylæorum Mundorum Vasa derinetur ope Chenofiris, id est, Osridis conseruatoris rerum, & Irimorphi Numinis Mercurialis, beneficorum dominatorum; hi enim liquorem per canales derivatum in piscinam sacram in humanarum mentium lustrationem derivant.* Columna O eandem, vt dixi, quam prima, inscriptionem habet, exceptis duabus ultimis figuris.

In columna P primò Anser occurrit, cum Serpente, Sceptro, & Hydro-schemate, & duobus apicibus angulatis; quem sequitur eadem statua cum ea quæ in secunda columna ultima est, Accipitrino capite conspicua; cui subditur Hydro-schema, cum duobus Rhomboidibus, & hemicyclo; sequitur deinde Ibis cum baculo incurvo; denique statua Irimorpha cum figura septi; quorum sensus hic est: *Chenofiris custos li- quore diuino depositi spiritum cœlesti influxu beat, Solaris intelligentia liquore cœlesti reficiat, Hermanibis influxu suo dominatio Osridis septo introducat.*

In columna Q primum locum obtinet Serpens cum hemicyclo, & brachio extenso; statua auerrunca, cum ara; funiculus contortus, cum tribus floribus Loti; avis cirrata volatum affectans insistens duobus sceptris; sequitur fauissa sacra, sceptrum, cycloides, oculus, avis volatum affectans, baculus incuruus, cum pede humano. Quorum sensus est: *Huic vitam largiatur tutelare Numen, sacrificijs & congruis sympatheticisque ritibus attractum; Spiritum huius corporis cœlestibus sphæris inuehat, Numinum occulto consortio beatum.*

Atque hic est sensus huius inscriptionis. Quod verum esse, monstrat alia prorsus huic similis inscriptio, quam Iconismo de Mumijs figura II. dorso insculptam seorsim exhibuimus, ex qua & hanc non adeo benè formatam correxiimus; vt proinde in hac inscriptione nequaquam casus huius pueri contineri putandus sit, sed is, quem expressimus, sensus verus & genuinus. Cur vero primis duabus columnis eandem inscriptionem imposuerint, id efficaciam causa factum est, cum nihil ferè frequenter occurrat huiusmodi inscriptionum symbolorumque repetitione in uno & eodem subiecto, vti in praecedentibus fuse demonstratum est.

Eadem inscri
ptio hinc gly
phica curati-
quando repe-
tatur in eodē
loco.

FINIS SYNTAGMATIS DECIMI OCTAVI.

SYNTAGMA XIX.

De Amuletis, & Periaptis, cœterisque portatili-
bus Icunculis, quibus Aegyptij vte-
bantur.



CELEBERRIMO VIRO
BERTHOLDONI HVSIO
THEOLOGO EXIMIO.



*Tuorum in hoc præsens Opus meritorum amplitudinem
grata posteritas cognoscet, Tu huic Syntagmati argumen-
tum honori dicandum statui. Quid enim mei causa non egi-
sti, mi Nihusi? Si Tua interfuisset, vereor ut plura fe-
cisse dici potueris. Tu unus omnes penè Septentrionis lite-
ratos in Operis auxiliares manus sollicitasti; mei causa Ba-
tauiæ Musea, nullis sumptibus aut laboribus, non grandaria
parcens ætati, adisti; ut si quid, quod ad meam rem faceret, reperires, excerptum
in Lit. Reipub. bonum Oedipo transmitteres. Verba, omnes sinceri amici partes
explesti. Sit itaque hoc, qualecumque tandem, mee in Te gratitudinis symbolum;
meritis Tuis quidem impar, at ex animo depromptum.*

CAPVT I.

*De varijs Aegyptiorum Amuletis,
& Periaptis.*



VID Amuleta seu periapta Ægyptiorum fuerint, innu-
meris huius Operis locis dictum est; quare remisso Le-
ctore ad iam tradita, nos in particulari eorundem inter-
pretationem hoc loco adornandam censuimus, vt si quan-
do in huiusmodi Antiquitatis studiosus inciderit, quid de
ijs sentiendum sit, sibi constare possit.

*Amuletorum
variae Clases.*

Fuerunt autem variae horum amuletorum classes: nonnulla sim-
plicem sacrorum animalium, Deorumque formam referebant; quædam
mixtæ

mistæ seu compositæ naturæ rationem exhibebant; non desunt quæ in secta, ut Scarabæum, exhibeant; quorum ingens iterum varietas est. Fuerunt & humani corporis partes in usum Amuletorum assumptæ, immo instrumenta omnis generis in sacrorum usum adhibita; adeo quidem, ut nihil sit in omnibus fere Obeliscis ita minutum, quod non in Amuletorum usum cesserit; adeoque clarè mihi innotuerit, sacram hieroglyphicorum literaturam nihil aliud, quam Amuletariz artis Syntagma quoddam summâ diligentia, nec minori ingenij industriâ dispositum indicasse, ex quibus veluti prototypis quibusdam Amuleta, seu magnæ virtutis hierogrammatismi, in peculiarem priuatumque usum decerperentur. De singulis itaque dictorum Amuletorum Classibus nonnihil dicamus.

C A P V T II.

De Amuletis quæ Deorum & sacrorum animalium formam referunt.

Intra Amuleta, quæ collo, brachijs, cingulis, fœmoribus, & cuilibet corporum parti alligabantur, erant primò Scarabæi sacrorum animalium formâ expressi; ut sunt Ibides, Accipitres, Arietes, Feles, Boues, Canes, Cynocephali, & complura alia, quorum imagines hic apponimus. Quæ quidem omnia peripta fuerunt in certos fines ab Ægyptijs destinata, qui uti diuersos Nomos sortiebantur, ita diuerso quoque cultu Nomorum Numina venerabantur.

Amuleta
Deorum, &
sacrorum ani-
malium for-
mam referen-
tia.

Ibidis Mercurialis Numinis Periapton ad dona Mercurio propria ab eodem obtinenda gestabatur, uti datum intellectus, & assiduum in notitia rerum naturalium obtinenda subsidium.



Amulera ad
bonorum im-
petrationem.

Accipiter Solis symbolum, tūm ad perfectam sanitatem, & vitalem cordis vigorem obtinendum, tūm ad contrarias cordis infirmitates dispellendas gestabatur.


Aries, & Hircus, Amuleta ad fœcunditatem obtinem-
eam adhibebantur, ut pote Ammoni & Mendeti conse-
crata.

Bouis figuram ad Apidis influxum obtinendum seruire sibi persuadebant; in publicis verò eadem figura posita ad agriculturæ bonum promouendum.

Canis Amuletum, siue homo κωνέφαλος, ad sagacitatem in scientijs, & vigilem rerum custodiam obtinem-
dam passim à Sacerdotibus in Anubidis honorem gestaba-
tur.



Amuleta ad
malorum pro-
pulsationem.




Ad malorum verò propulsionem sequentia Crocodili, Piscis, Lupi, efficacissima Periaptæ portabantur. Nam vt in Magia diximus, sicuti Numinibus beneficis, vt varijs beneficijs prodeßent, varij honores exhibebantur; ita malignis Dæmonibus nè nocerent, summo feroce sacrifocabatur. Tanti autem momenti sacra literarum synthæma putabant, vt se sine ijs à nullis infaustis occurribus immunes esse posse arbitrarentur. Hinc de hoc consulturis Oraculum respondisse fertur:

Κλυθὶ μὴ εἰς ἡθέλοντο ἐπεὶ μὲν ἐπειδή ζει αὐτόκη
Οὐροῦ απαγάπεις Τόδε καρπεῖν οὐδὲ ἐπὶ βειθὸν
Μολέ δὲ ἐσυμβίως Τόσι δὲ μύθοις
Οὐδὲ απ' εμῆς καρδίνς αὔξεγον ιεροῖς τύποισι.

*Audi me nolentem, quia me illigatis necessitate,
Nomen necessitatis hoc validum, imò etiam graue
* Veni autem festinanter his verbis
Quæ è corde meo edisco sacris notis.*


Amuleta alia
dijuxta.



Sequuntur iam Amuleta Iouis Accipitrini, Hori, Panos, Canopi, Isidis, Harpocratis, quorum gestatione diuersos sibi fauores pro Numinum proprietate obuenturos sperabant; de quibus qui plura desiderat, is adeat Obeliscum Pamphilium, vbi libro tertio de Hierogrammatinis omnia amplissimè exposita reperiet.

Sunt & alia Parte Secunda Secundi Tomi Oedipi

K



fol. 450. expressa phylacteria, puer perseæ folio inclusus, Harpocratem exprimens, quem sequuntur K Osiris *ιερομορφος*, & Ammon *κειομορφος*, quorum expositionem citato loco vide. Est & figura S pueri ad instar alati, pharetrâ instructi, baculo Serpente inuoluto innixi, pedibus adiunctis Leone, Scarabæo, & Accipitre. Puer Horum notat Solarem Genium; ala motus perniciatem, pharetra cum spiculis, Solarium radiorum efficaciam, viutate suâ omnia penetrantem; Luna capiti insidens vim influxuam in dictam Lunam; baculus Serpente inuolitus annuum motum, quo omnibus influxu suo salutifero vitam præbet; Leo pedibus appositus Momphtam refert; Accipiter Solarem Genium, & Scarabæus

rabæus Solem hylæum, qui sunt dicti Hori ministri. Hoc autem potentissimum Amuletum fuisse, ansula dorso affixa vñâ cum dicto hieroglyphicorum apparatu luculenter demonstrat. Vide in Magia hieroglyphica à fol. 445: usque ad finem huiusmodi prophylactica schemata magno numero proposita.

C A P V T III.

De mixta & monstruosa rationis Amuletis.

Proposuit sæpe laudatus Nardius in fine sui Lucretij è Museo suo peculiarem phylacteriorum figulinorum coloris varij, vitro obdutorum, tabulam; quorum expositionem hoc loco opportunè apponendum duximus. Tabulam sequenti pagina contemnere.

Amuleta mixta & monstruosa.

Tabula dicta mixta & monstruosa naturæ phylacteria exhibet; quæ quid ex mente Ægyptiorum signent, paucis explicandum duxi. Nostandum itaque phylacteria à Græco φυλακται, id est, à custodiendo dicta, eò quod qui ea portarent, contra aduersarum potestatum insidias immunes esse crederentur. Et quia nouerant, Agathodæmones terribiles luctas cum antitechnis Dæmonibus perpetuò exercere, terrorē hunc non meliori ratione, quam per formidandas species exprimendum duxerunt; siquidem formidinem vel ipsa bonorum Geniorum terribili quādam & monstrificâ architecturâ concinnata simulachra dictis aduersis Genijs incutere putabant; vnde & conceptis verbis, & adiurationibus horrore quodam ex barbararum vocum minis plenarum eadem in adytis consecrabant, quemadmodum amplè in Magia Hieroglyphica deduximus.

Phylacteria vnde dicta.

Hinc 1. 2. 3. 4. 7. 8. 9. statuæ combinatis manibus & horrendâ facie tūm hominum, tūm animalium transformata, minas nescio quas intentant; vnde & ἀμαλιτεια Græcis, Coptis μάτολεις ab audacia dicebantur. Et prima quidem, ac nona, Leonino vultu terribilis, Mophtæos Genios referunt; secunda & octaua, Caninâ facie instruētæ, Anubicos; tertia & septima, monstruosis capitibus & barbis, Isiacos; quarta & sexta, Nephtæos; quinta tandem puerum monstruosi capitib; Horum indicat; duodecima & 14, vti & 21, & 25, eosdem quos prima & nona, Genios videlicet Mophtæos signant; vndecima & 15 eosdem quos 4 & 6; decima sexta, terrificâ facie ingens saxum humeris gestans, vti & 11. 23, 19. minas intentant antitechnis, quas Demophilus describit l. de Sacrificio & Sacerdotum exorcismis; *Nisi cesseris, montibus tenuiolum, rupibus iniectis sepeliam, Baryn fistam, Osridis claustra perfringam, &c.* Nam vt Psellus, lib. de Dæmonibus, nullis verborum minis maligni Dæmones adeò, quam carcerum & exterminij, percelluntur; non quod exterminari possint, aut carceribus claudi, sed quia sunt contra ordinem ijs à naturæ authore præscriptum, cuiusmodi sunt perpetua ad vnum locum condemnatio: adeo enim huiusmodi minis terrentur, vt

Statuæ minas intentantes.

Minæ Dijs antitechnis intentatæ.
DemophilusPsellus.
Minæ Dæmones abominantur.

ipſi putant, vt ſuſtinent nequeant, neque iuagines quippiam horum exprimentes tolerare. quæ omnia fuſe proſecuti ſumus in Magia hieroglyphica fol. 454.

TAB. VI.





FIG. I.



FIG. II.



Serapis statua
Alexandriæ.


Figura decima octava omnium monſtruofiffima modium in capite gestat, cœtera tota aut caput, aut venter; notatque Serapidem; cuiusmodi statua fuiffe legitur Alexandriæ, ex omnibus naturalium rerum classibus adornata, & tam prodigioſe magnitudinis, vt amplitudine corporis molisque valitate utrumque delubri seu Serapæ latus attingeret,

ret, de quo plura adducta vide Tomo I. fol. 199. Phallus verò oculatus numero 13 signatus, quid significet, iam innumeris penè locis expositum fuit, vnumque ex præcipuis amuletis contra sterilitatem portabatur. 26 figura Harpocratem notat, de quo pluribus egimus Tomo I. fol. 212. & in Magia hieroglyphica fol. 448. & sequentibus. Figura 27 Apidem refert, de quo consule Tom I. fol. 199. & sequentia. Figura 28 Isidis Horum filium lactantis simulachrum exprimit, de qua vbertim Tomo I. Synt. III, c. 4. Figuræ numeris 17 & 20 signatae Crocodilorum sunt, & passim Typhonis placandi gratia gestabantur; siquidem, ut passim docimus, Ægyptij non tantum Agathodæmonum fauorem huiusmodi phylacteriorum gestatione procurare intendebant, sed & aduersarum potestatum molimina, nè nocerent, symbolis ijsdem congruis auertere omnibus viribus studebant. Atque hæc sunt periapta Ægyptijs propria; & portatilia fuisse ansulæ, quibus singula instruta videntur, aperè monstrant.

C A P V T I V.

De Scarabæis prophylacticis.



NVlla frequentiora in toto hieroglyphicorum ambitu Periaptare pe-
rio, quām Scarabæorum figuris insignita, vt proinde illa magaa
in æstimatione apud Ægyptios fuisse, ipsa frequentia satis superque do-
ceat. Sunt qui coronas integras ex eorundem contexuerunt multitudi-
ne. Amuleta nullis non Museis obuia, eaque variæ magnitudinis: sunt
minima, mediocria, prægrandia: differunt & antiquitate, cùm nonnul-
la Gnosticorum, alia verè Ægyptiorum partus sint, vt hieroglyphicorum
quibus signati sunt, varietas satis docet; quorum quantum ingenio nobis
permisum fuerit, expositionē hoc loco ordiemur. Primi quatuor ex Mu-
seo Reinstiano extracti sunt, vt sequitur. Qui literâ A signatur, eius quam

Scarabæi
ProphylacticiScarabæi ex
Museo Reinst.
ian.

vides, magnitudinis est: A, Scarabæum refert, in cuius ventre in planam superficiem elaborato, Draco spectatur, circulo B demonstratus, Gnosti- cisque characteribus circumdatus. Per Scarabæum masculus regis ani- mus, vti alibi docuimus, notatur. cui gestatione huius Periapti fortitu- do,


Primus Sca-
rabæus.

do, robur, & vigilantia, quas Draco siue Ophionium Numen indicat, promittitur. Characteres verò Gnosti sunt, qui cùm pessimè formati sint, eorum interpretationem omittere malui, quām fallaci coniecturā in ijsdem resoluendis tempus perdere.



Secundus
Scarabæus;

Alter eiusdem speciei C, superiori parte Scarabæum, inferiori D Draconem pariter exhibet, quem duo circumstant Genij, Ophionij Numinis nimbo illustrati asseclæ; & est, vti prius, Gnosticorum Amuletum; quod docent characteres Crucibus misti supra infraq; Draconem exhibiti. Characteres vocem ΙΔΔΙ exprimunt, quod idem est corrupta lingua Hebræa, aut Arabica, quod Deus; Cruces verò influxum Numinis indicant. Reliquam schedæ intermediæ factam inscriptionem nè penetraremus, pessima nobis characterum corruptio inuidit. Posita autem est dicta inscriptio ea in Scarabæi parte, quam E litera signat.



Tertius Scarabæus.

Scarabæus à
D. Buchaim
transmissus.

Tertium Amuletum F Scarabæi figurâ purè hieroglyphicum est; vti G inscriptio ventri eiusdem insculpta docet: quæ tametsi pessimè sit efformata, neque figuræ aut instrumenta dignosci possint; quantum tamen colligere ex varijs circumstantijs licuit, illa nihil aliud indicat, quem Regem perpetuis Osiridis, quem Scarabæus indicat, influxibus subflare; quem si Rex religionis amore ritè coluerit, Genios in eo hieroglyphicè expressos si perpetuò adfuturos, regnumque ab omni adversa fortuna liberaturos. Huic prorsū simile, olim ad me transmisit Reuerendissimus & Illustrissimus D. Georgius à Buchaim Episcopus Laubacensis, & Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgensis meritissimus Canonicus;


SYNT. XIX. DE AMULETIS, PERIAPTIS, &c. 525 . CAP. I.

cus, & Excellentiss. quidam è Gallia Philologus non ita pridem transmisit, quorum vtrumque quia eandem inscriptionem habet, in tertio schema te immediate antè expositam reiterandam non duxi.



Quareus Scarabaeus.

Quartum Amuletum pariter Scarabæi figura H, in ventre inscriptionem portat, signatam literâ I, & est Eques gladio euaginato minax; quem ambiant characteres hieroglyphici, sed eius formæ, quas currentes vocant; quorum genuina interpretatio est, ut sequitur. Prima & octaua figura indicat statuam Cynocephali seu Genij Anubici; Secunda duos pedes exhibet hemicyclo insistentes, quo occultus Numinis inferioribus se insinuantis motus notatur; Tertia & Sexta Accipitri nos Osiridis ministros indicant; Quarta Dæmonein polymorphum; Quinta Crucem ansatam diuini influxus indicem; Septima Isidis caput refert. Horum itaque Numinum præsidio, in bello (quod per Equum, & armatum hominem notatur) Regi stipato victoria contra inimicos promittitur.




Figuræ ex Reinstiano Museo.

Præsentes binæ figuræ C & D, ex Reinstiano Museo extractæ sunt; quarum prior Isidem auerruncam notat, ut instrumentum docet; eius capiti Scorpionis insidet figura, Typhoniae potestatis symbolum, quam ipsa profligat, vna cum asseclis suis, quos characteres, quibus circumdatur, indicant.

Altera D, Canopum nobis exhibet, similem illi, quem supra in Iconismo Canoporum expressimus, binis Scorpionibus circumdatum in superiori parte; Serpente tortuoso infrà posito; quod Amuletum contravim adustiuam Typhonis, quâ omnis Canopici humoris copia exsiccatæ consumitur (quod fit Mense Athyr, Sole Scorpionem subeunte) constitutum

tutum est; Serpens verò vitalem humentis naturæ vigorem Typhoniam vi suppressum medio. Canopico Numinis ^{κίνησις} vi suâ resuscitare putatur. Reliquos characteres ob summam eorundem transformationem penetrare non licuit. Habent autem hæ figuræ ex Achate lapide sculptæ, in postica parte concavitate quandam, vti signa O O monstrant,



cœterum planæ, huius, quam vides, magnitudinis; quæ gestationi idonea fuisse, foramina immediate supra capita utriusque excavata satis ostendunt. His adiecta est gemma utrinque modicè conuexa, teste Nihusio, ligamine argenteo inaurato circumdata, quasi pellucida, obscuri crystalli instar rubedine quâdam perfusæ, duobus perfossa foraminibus, vti duo circuli monstrant in facie X; in Y verò latere scriptura tenetur, quam ob malè formatos characteres dignoscere non licuit. Huius adiungere libuit aliud huius farinæ Numisma, quod præterlapso anno pro summa sua humanitate ad me transmisit Clarissimus, idemque doctissimus Drepanitanæ in Sicilia Vrbis Secretarius Iacobus Scaphilus, vt sequitur.

C A P V T V.


Phylacterium lapideum ex Museo Clarissimi Viri Iacobi Scaphili.

Phylacterium
à D. Scaphi-
lo missum.


Est hoc Phylacterium Gnosticon, quod contra febres calidas & malignas, quas vis quædam maligna Solis, quam vim Typhoniam vocabant, tribus anni temporibus, videlicet Sole in γ, Ω, ♦, ignei trigni signis constitutus efficiebat, gestare præcipiebant. Tacite itaque Solare Numen ternâ inuocatione tribus signis correspondente obtestabantur; quod & corrupta vocabula Græca & Hebraica, quibus ut plurimum in suis superstitionis sacrificijs vti consueuerant, sat superque demonstrant: IAI siquidem Aegyptiaca vox est, à Græco ιλιο, deriuata, qua Solem innuebant; voce verò IAω ab Hebræo Iehoua corrupta Deum inuocabant, hâc verborum formulâ, quam schemati insertam vides. DA ✕ scilicet subsidium ΔωC ✕ IAI IAI IAI Sol, Sol, Sol, IAω, Numen Iehoua,

εθιμίας πολιμίνης, id est, contra inimicum Draconem, qui est Typhon, atq; in
 γράμμα & τὸ ποτισσιμὸν σειραντέμ. Quæ omnia Vir Leonem equitans, Ari-
 tem ante se constitutum veluti conculcans, manu spiculo armatus, sub pe-
 dibus Draconem habens, signat. Lateris verò postici characteres sic le-
 guntur: DEVN EDNVMAV IAOLPDO KOLPOTOP MNPLAP.
 Quæ quidem verba ficta sunt, & certum numerum *λογικόν* resoluta
 monstrant, ad virtutes peculiares alicuius Numinis alludentem; de qui-
 bus omnibus fusè actum vide in Magia hieroglyphica.

*Pbylacterium lapideum ex Museo Drepanitano Excellentissimi Viri
 Domini Iacobi Scaphili.*



Sequitur aliud schema Scarabæum exhibens à Tito Liuio Burattino
 transmissum, cuius postica pars reddit hoc quod sequitur ectypon. Et



continet Aspidem Ophioniam caudâ insignem,
 quæ tamen sculptoris vitio à corpore separata
 spectatur, cum Canis iacentis forma & sistro; &
 erat Amuletum, quo vigilantiâ Anubidis, & si-
 stri motu, illa aduersa vis & potestas, quæ calori Solis vitali insidiatur,
 profligatur. Vide quæ de Aspide, Anubi, & sistrorum Ægyptiorum variâ
 formâ & significatione, varijs huius Operis locis tractauimus.

Præsens figura ex Museo Magni Ducis Hetruriæ extracta Dianam
 exhibet, cornucopiam, temone, & tutulo, Caninisque auribus insignem.

Verum cùm hæ Græcanicam potius quam Aegyptiacam literaturam sapiant, & symbola trita sint, illis explicandis tempus non terendum duxi.

C A P V T . VI.

De humani corporis partibus in usum Periaptorum ab Aegyptijs assumptis.

Amuleta quæ
humani cor-
poris partes
repræsentant.
Phallus vnujs
modis ab
Aegyptijs ef-
formatus.

INTER cœtera hieroglyphica, quibus Obelisci turgent, Phallus celebra-
rimus ac frequentissimus est. Est autem phallus imago ad veretri hu-
mani similitudinem efficta. Et inter phallos potissimum locum obtinet
phallus oculatus, nullibi non obuius; de quo vide, quæ amplissimè tra-
duimus in primo Tomo, in Pantheon Hebræorum de Phegore seu Pria-
po, vbi & totius superstitionis originem tradidimus. Consule quoque
Indices trium huius Operis Tomorum, vbi innumeris locis de eo actum
reperies. Fuit autem multiplici schematum ornatu adaptatus: modò
sub forma simplici, vt in Canoporum Iconismo in VI. figura videre est;
modò ὁφθαλμουδής, id est, oculari figurā, quemadmodum in præcedenti
Iconismo Nardiano 13 figura ostendit; & hoc pacto innumeris locis in
ter hieroglyphica Aegyptiorum monumenta occurrit. Fuerunt qui eum
sub Serpentis alati, triplici pennâ, in cauda, capite, & loco naturali con-
spicui, forma fingerent, cuiusmodi non ita pridem mihi communicauit
amplissimus idemque doctissimus Vir Dominus Franciscus Serra Eques
Romanus, Reipublicæ Literariæ promouendæ ardenterissimus zelotes; cu-
ius tamen effigiem nè poneam, pudor & verecundia inhibuerunt. Alij
humano brachio eundem inseruerunt. Hoc pacto conspicitur apud Lau-
rentium Pignorium in Mensæ Isiacæ expositione. Huius quoque vesti-
gium apparet in Iconismo seu tabula III. Nardiana, vbi & mysteriosi
schematis rationem dedimus. Tempus me deficeret, si ridicula Veterum
circa tam propugnosi simulachri cultum deliramenta & insaniae falsæ de-
scribendæ forent. Sufficiat Lectori, non alia de causa huiusmodi peria-
pta, nisi ad fascinum prohibendum, fœcunditatemque imperrandam, ge-
stata atque adhibita fuisse. Sed de his, vt dixi, vide citata loca, ubi omnia
exactè descripta reperies.

Hieroglyphicum quod sequitur numero 1 signatum, Græco Aegy-
ptiacum est, & notat Mercurium, totius Sapientiæ Præsidem. Canino ca-
pite est, quia sapiens sagacitate multa ad res inuestigandas valet. Lunam
sextilem, cui Noctua, quæ hoc loco male expressa est, insidet, capite ge-
stat, vt innuat sapientiam silentio, & nocturnis ab omnibus hominibus
strepitu semiotis lucubrationibus, comparandam. Pennam manu gestat
prægrandem, qua literatum scriptionis indefessum studium signatur.
Manu gestat Pauonem Serpente bicipiti & ventroso implicatum; quo
notatur, Sapientem perpetuò memorem esse debere, pulchritudinem
mentis quam Sapientiæ studio acquisiuit, terrenorum affectuum, quæ per-

Ser-

Serpentes notantur, mortificatione in vberrimos fructus tandem excrescere. Secunda & tertia figura manum indicant, ex Magni Duciis He-



truriz Museo extractam, candem prorsus cum illa, quam in Magia hieroglyphica fol. 451. exposuimus; quare Lector eius interpretationem citato loco videre poterit.

FINIS SYNTAGMatis DECIMINONI.



S Y N T A G M A X X .
D E L V C E R N I S V E T E R V M
A E G Y P T I O R V M .



EXCELLENTISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO COMITI
 D O M I N O

F R A N C I S C O D E N A D A S D

Equiti Aurato, S. C. Regiæque Mai. Cubiculario, Con-
 siliario, ac per Vngariam Curiæ Regiæ Magistro, &c.

Domino meo vnicè colendo.



*V*M basce Veterum Ægyptiorum Lucernas è tenebris euolu-
 tas in lucem vindico, Lucerna non dicam Cleanthea, sed
 vel Diogenis opus fuit, vt nonneminem, cui tam dignum ar-
 gumentum apposuisse congrueret, reperirem. Tu inter paucos
 unus occurristi, Illustrissime Comes, cuius celebre, &
 iamdudum Mundo notum nomen, harum splendore Lucerna-
 rum illustraretur. Tu siquidem Lucerna es, in qua tamen illustre
 fidei lumen accendit Deus, vt augustissimus Catolicæ veritatis splendor, curis Tuis
 verè cœlestibus, complures à densa Ægypti caligine prouocarit ad lucem. Cui lu-
 ci exaggerandæ Sopronij veluti igniarium (verius Prytanæum sacrum) auxisti
 adeò, vt Societatis IESV stic Fundatori Te immortalium lychnuchorum Col-
 legam Dei & Patriæ amor adiunxerit. Ut quemadmodum Magni Nicolai
 Esterhasij Soceri Tui Proregis affinitas Te Generum haud constituit degenerem;
 ita is una cum Ladislao Tuo, Te heroicarum virtutum exemplis hortatur, vt
 intermicantium tenebris cœli Lucernarum imitatus mores, pergas inclytæ pandere
 vela Virtuti, & sacro, sanitum æterni honoris thema Tibi Tuoque in spes ex-
 celsas super nato Hæredi, fastis luculentissimis conscribas. Ut dum Hungariam
 sua sat a canentem audis, ad ciuis in glorie societatem alijs Patriæ Patribus, quo-
 ties nobilem & generosam animam illustrissimo ambeitu reciprocas, roties Te,
 Tuos, ac Patriam æterno diuinæ gloriæ sacramento autboratam, sacris religionis
 legibus, & empyreâ quâdam Nadasdiani & Esterhasiani nominis, sanguinis,
 virtuti, indele, granditate, immortalitate illustres. Vale Lucerna Deo ardens,
 lucens Patriæ; cuius elychnium seu pretiosum vitæ fiuum, affuso abunde diuini
 sui nominis & Numinis oleo diu & semper prospere foueat Deus, ac perpetua di-
 uinitatis flammâ in lucem afferat gratiarum, & omnium gloriarum.

SYNTAGMA XX.

De Lucernis veterum Aegyptiorum.

C A P V T I.

De origine Lucernarum.



GNEM subterranei Osridis, quem Græci Platonem vocant, alij Vulcanum, symbolum fuisse, alibi copiose docuimus. Quemadmodum enim singulis Mundis Osiris preponerunt, Archetypum in Intelligibili, in Intellectuali Pantamorphon, in Sidereo Solarem; ita iuxta analogiam quandam ignis, id est, Solis hylæi præsidem in Hælo Mundo ponebant; qui quidem ita ad inuicem disponebantur, ut influxus supernus per intermedios in infimo terminaretur. Et utri nihil igneo colore in inferiori natura rerum præstantius est, & magis necessarium, utpote Soli analogo; ita summo quoque studio, contentis viribus, ac miro cultu cœremonijsque eum, ne quandoque deficeret, aut Numen muneri suo in eo conseruando deesset, prosequerentur. Hinc celeberrimum illud Lucernarum festum & solennitas originem inuenit, quo certis anni diebus tota Aegyptus Lucernarum fulgore illustrabatur; cuius mentionem amplam facit Herodotus in II. libro, quem Euterpen inscripsit. Ε's Σαιν δέ τολμη ἐπειδή συλλεχθῶσι τῆσι θυσίοις ἐν τῇ νυκτὶ λύχνα καίσι τοίτες πολλαὶ υπάρχεια τοῖς οὐδέποτε μητρῶ, τοῖς δὲ λύχνα τοῖς ἐμβάρισι ἔμπλεοι αἰλός, καὶ εἰλάτης θηταῖς αἰγυπτίαις ἀντοῖς τοῖς εἰλλύχνιοι, καὶ ταῦτα κατέχοντας των λύχνων, καὶ τὴν αὔρην ἔνυμα κατέχοντας· οἱ δὲ αἱ μητρὸι θυσίαι Αἰγυπτίων ἐν τούτῳ πανύγνενταί τους, φυλάττοντες τοὺς νυκτὸς θυσίας καίσοι, καὶ ἀντοῖς τοίτεροι λύχνα· καὶ ἔτοις ἐν Σαιν μέρη κατέχοντες, ἀλλαὶ γένοις ταῖς αἰγυπτίαις, οἵτινες δέ τοις φῶς εἴλατε, οὐ τιμωντες τούτην τοις αἰγυπτίοις· τοῖς δέ τοις λέγοντες λέγοντες. id est, Vbi vero San Vrbem sacrificatum conuenerunt, noctu sub dio vniuersi circa domos frequentes lucernas accenderunt, imbutas sale, & oleo plena, cu multo lycno, quod tota nocte ardet; cui festo nomen impositum est, accensio lucernarum luxionum. Ad hunc conuentum quicunque Aegyptiorum non ieint, obseruantes sacrificij noctem & ipsi vniuersi lucernas accendent, atque ita accenduntur lucernæ non in San modo, sed per vniuersam Aegyptum. Qui vero gratianox hæc lumen & honorem sortita sit, sacra quedam ratio commemoratur. Ita Herodotus. Quænam vero sacra ratio, ob quam tantum festum institutum fuerit, Manethon apud Syncellum docet, Typhonem occiso Osiri vniuersam Aegyptum tenebris & densâ caligine ossudisse; quo portento exterriti Sacerdotes Aegyptij Oraculum consalueré, quod respondit, caliginem terræ obfuscam non desiraram, nisi Osirim à Typhone occisum frequenti lucernarum fulgore placarent; quod ubi factum fuit, caligine mox discussâ, desiderata lux rediit, atque adeò Lucernarum accessionis festum institutum, maximo imposterum ardore celebratum fuit. Non desunt tamen qui velint, accensionis Lucernarum festum originem suam

Ignis symbolum subterranei Osridis.

Ignis cultus apud Antiquos Aegyptios.

Lucernarum festum apud Aegyptios.

Herodotus.

Lucernarum festum cur. institutum.

suam traxisse à decem plagis Aegypti, quibus Aegyptum Moyses diuinâ virtute percussit, inter quas tenebrae propè palpabiles vna fuit; quibus non dissensio, præsertim cùm patim toto hoc Opere ostenderimus, pleraque Aegyptios ab Hebræis mutuata sui iuris fecisse, tametsi alijs & alijs fabulis commentisque depravata, uti ex dictis patet. Hieromantias tamen mysticis rationibus inuolutum negotium Osiri cœlestium lucium astrorumque rectori id potissimum instituisse, verisimilius videtur: fuit enim nullo non tempore & loco, uti passim docuimus, Osiris veluti Numen quoddam Solare, in summa veneratione habitus, & cùm Soli, quem ignem cœlestē dicebant, nihil in inferiori Mundo similis sit igne, non alia meliori ratione eum, quam Lucernarum frequentium usu colendum censuerunt; adeo quidem, ut lucerna, Seneca teste de beata vita c. 27. & Suida, religionis hieroglyphicum euaserit, idque scitè exponit Beroaldus in 11. cap. Asini Aurei apud Apuleium. Imò Plutarcho Authore 1.7. Symp. 14 c. lucernam extinguere violentâ quâdam extincione, summæ sibi religioni ducebant; vnde oleo posito inextinctam Lucernam dimittebant, quo usque ignisoleum totum consumpsisset, & deficiente nutrimento, ipsa quoque desiceret Lucerna seipsa; quo facto, nouum suppeditabant nutrimentum, idque sacri reuerentia ignis præstabant, vñ apud Plutarchum Cosenus refert, vel ut ibidem Lucius, nè necem inferre elemento quodammodo animato, vel ut Flotus ibide existimat, nè Lucernam extinguentes lucem alijs inuidere viderentur. Sed ut eò, vnde digressi, redeamus; de festo siue solennitate accessionis Lucernarum varij varie sentiunt: alij ad inquirendum cum Iside Osridem Lucernas accendere Aegyptios confueuisse existimant; quæ quidem inuestigatio Isidis uti magna lachrymarum profusione contigisse fertur, ita luctus quoque Isiacus, lamenta, ploratusque nunquam ab huiusmodi solennitate deerant; siquidem Plutarcho teste, in plenilunio sub dio inter tenebras quasi Lunam, id est, Isidem comitaturi Luciferis accensis magno cum luctu Osirin quærebant, magnam sibi ex vana huius cultus observatione rerum abundantiam spondentes. Sed audiamus Pausaniam: Aegyptij festum Isidi cel. brare consueverunt, quando ipsi Osridem lugere dicunt; & illis quidem diebus Niliscum incipere incrementum, argumentum fluminis, agrorumque inundationem non nisi Isidis lachrymis procurari, iuxta illud Statij lib. 1. Theb.

- - melius vobis mareotica fumat
 Copros, & arisoni lugentia flumina Nili.

Quidquid sit, ille nunquam satis quæsus Osiris, ut cum Lucano loquar, nihil aliud nisi Solem indicabat, quem veluti vitæ authorem cùm sibi palpabilem tenebrarum diuinitùs immissâ caligine ereptum putarent, tenebrasque mors primogenitorum Aegypti secuta fuisset, magnus mox in Aegypto clamor, teste Sacro textu, exortus est; neque enim erat domus in qua non erat mortuus; vnde non est dubium quin ex tam

memo-

Ignis cur tan-
to honore
habitus ab
Aegyptijs.

Seneca.
Suidas.
Beroaldus.
Plutarchus.

Lucernarum
accensio cur
instaurata.

Pausanias.

Statius.

memorabili & inaudito euentu Lucernarum solennitas ad Osirin placandum quotannis per vniuersam Aegyptum instituta apud posteros vigerit ; nam id Apuleius citato paulò ante loco aperte ostendit his verbis : *Magnus præterea sexus utriusque numerus lucernis, tædis, & alio genere, facium luminis siderum cœlestium stipem propitiantes.* Qui verò plura de superstitione Lucernarum cultu desiderat, is legat Clem. Alexandr. I. 1. Strom. Eusebium l. 10. de præparatione. Lactantium l. 6. diuin. instit. Sideribus quoque quibuscumque ignis cultum , ex analogia quadam ignei fulgoris ad ignium cœlestium lucem, exhibitum, vide si placet, Tom. I. Synt. 3. de Sacrificijs & ritibus Aegyptiorum . Verùm ante omnia consulat rarum, doctissimum, & omnigenâ eruditione refectum Opus , quod non ita pridem in lucem summo Reipub. liter. bono emisit Excellentissimus Fortunius Licetus de Lucernis Veterum ; in cuius vberimam messem nè falcem immitteremus nostram, hoc loco tantum, quæ ad instituti nostri argumentum propriè spectant, id est, Aegyptiacas Lucernas aut ibi omissas, aut non nisi superficie tenus expositas, hoc Syntagma prosequamur .

*Apuleius.**Fortunius
Licetus.*

C A P V T II.

*De loco, figura, alijsque lycnuchorum, Lucernarumque
Aegyptiarum proprietatibus in genere.*

Loca in quibus Lucernæ poni solebant, erant Delubra, Adyta, Cryptæ seu cœmiteria subterranea , de quibus singulis ordine dicemus . In Delubris pro qualitate Numinis, cui litabant, Lucernam ponere consueverunt. Ita in Fano Anubidis Lucernam ponebant vel Canino capite , vel integrâ Canis figurâ conspicuam, vt postea ostendemus . In Delubro Ósridis ut plurimum Accipitrino vultu , aut etiam totius volucris habitu spectabilem . In Fano Isidis, ipsam Isidem Lunari hemicyclo, & flammis è vertice surgentibus venerabilem . In Templo Canopi, Canopici Numinis ventripotentis, & dolij instar protuberantis similitudinem adumbrabant. Haud secus in cœteris Deorum Fanis, eo ornatu Lucernas adornabant, quo ipsa Numinum in ijs coli solitorum simulachra effigiebant. Quæ omnia vera esse, testantur Lucernæ in hunc usque diem superstites ex Ægypto deportatae, quas postea adducemus . Hanc consuetudinem Græci, Romanique, qui nullo non tempore Ægyptiacæ religionis, verius superstitionis, veluti Simiæ quædam fuerunt, imitati sunt , uti ex Lucernarum à Clar. Fort. Liceto adductarum inscriptione patet, quæ eas nunc Ioui, modò Dianæ, aut Mineruæ, cœterisque Numinibus consecratas aperte docent .

*Loca in quibus Lucernæ apud Ægyptios ponabantur.**Figuræ variae Lucernarum apud Ægyptios.*

In Adytis quoque secretioribus Sacerdotum conuenticulis , præter Lucernas, ignes quoque mirâ industriâ adornatos adhibuisse comperio ; nam ignes non ex cuiuslibet materiæ nutrimento , sed Dijs sacrificijsque appropriato deputabant . Sic Horo ignis ex persez lignis, Osiri ex lauri,

Ignes quales in adyris Ægyptiorum.

Lucernæ in
Cryptis &
Sepulchris,

Isi ex seriphij, alijsque ex alijs lignis adhibebant; & ex sumo & fuligine, qui in hunc usque diem teste Burrattino, similium Adytorum forniciibus adhæret, luculenter appetet. In Cryptis denique mortuorum depositis destinatis in hunc usque diem Lucernæ vario hieroglyphicorum apparatu ornatæ in magna quantitate, teste Vallæo, & Burrattino, reperiuntur; apertum signum, ibidem proprium fuisse locum Lucernarum depositioni deputarum, de quibus nunc aliquantulum fusiùs disceptare visum est.

Ignibus cœlestes Deos
colebant
Ægyptij.

Ægyptios vt floribus, fructibusque terrenos Deos, ita ignibus cœlestes coluisse, alias dictum fuit. Fuit autem ignis diuinæ naturæ, immortalis, incorruptibilis, insectilisque symbolum; atque eam ob causam Deorum capitibus, vti Mensæ Isiacæ simulachra monstrant, ut plurimum imponebant, igneam in diuina Mente vim & efficaciam mysticè indigitantes. Hinc pyramides, ignis pariter symbolum, conficiebant eius soliditatis, quæ & oinnes temporum iniurias facile superare possent, & mentium immortalitatem vel ipsâ figurâ suâ demonstrarent. Verum cum de hisce in Geometria hieroglyphica copiosè differuerimus, eò Lectorem remittimus.

Quæ quidem colendi ignis consuetudo tantū in exterarum Gentium pectoribus obtinuit admirationis, vt nulla non natio hanc ab Ægyptijs edocet. πυρελαζέω omnibus modis reperit ad se propagatā. Quid enim Mythre sacrificia aliud sunt quam ignis illius cœlestis, Solis inquam cultus, qui apud Persas potissimum magnum sumpsit incrementum? Nam vt recte de Perseo Gregorius Monachus: Εἰδίθαξε δὲ αὐτὸς καὶ τὸν μυστικὸν τύπον, καὶ μαγίαν τὸ λεγομένην Μεδύσην. ἐφ' ἣν καὶ τῷ τε πυρελαζέων ἐν τῇ Περσίδι, ἐξ ἣν καὶ αἴσθησις, καὶ πτίσις εἰσὶν ἔθναι αὐτὸν καλίζεις τὸν πυρὸν πυρελαζάτε, κατεῖσις δὲ αἴσθησις αἱλαβῆς δημιουρῶν αὐτῷ, καὶ φυλάττειν σπέλλωσε, (! εὗρε σκέλες;) στὸν μαγόν. ὅπερ ἔως ἀρτὶ τὸ τολλοῦ τιμῇ ἔχοντες οἱ Πέρσαι πυρελαζέονται. id est, Docuit Persas ipsum exercandas ceremonias ex magiam, quæ dicitur Medusa, quo regnante in Persia ignis è Cælo delapsus est, ex quo ignem alium accendens ei fanum extruens in eo reposuit, vocauitque templum ignis immortalis, & constituens viros prudentes, ut seruissent fernarentque ignem, Magos eos appellauit, quos ritus in multa dignatione habentes Persæ ignem colunt. Sed ignem multò ante Perseum cultum, & à Zoroastro introductum, Cedrenus his verbis notat. Εἴ τε γένθη τῷ Βίλᾳ καὶ Ζωροάστρῳ ὁ σειβόντις ἐν Πέρσαις ἀσεγνομόντι, πύρετος θεὸς πυρελαζάτος καὶ αἴσθησις αἴσθησις καρδιῶν θεῖα, καὶ αἰσθαντος θεῖα τοῖς Πέρσαις Τά τοις αὐτοῖς θεῖας καῖσιν αἴσθησις, καὶ τιμᾶ. Is à Belo ipso duxit originem, & inter Persas clarissimus Astronomus fuit, qui cum nouisset, optasse que igne de cælo tangi, præcepit Persis, ut ossa sua post exustionem legerent, seruarent, & colerent. Hunc Zoroastrum ex Chamo seu Belo filium Misraim nullum alium fuisse, quam corruptum à Persis voce Mithram (quem & Osirin dictum fuisse, constat) in Obelisco Pamphilio amplè deduximus. Hic enim primus fuit, qui ignis cultum Ægyptios Chaldæosque docuit; vt proinde quæcunque de Osiri, Mythra, Zoroastro ibidem diximus, exactè ijs, quæ hic tradimus, congruant. Quemadmodum enim Ægyptij in Adytis, ita Persæ in speluncis, ignis cultum magno cœremoniarum apparatu docebant, his verbis,

Cedrenus.

Zoroaster do-
cuit Persas
cultum ignis.

vti Firmicus Maternus l. 5. restatur, *Mixtisq; mūsakō & nūoxīns suādīte pāpōs dīgāvī*.
 adeoque huius *πυργλαζέως* insania dementabantur, vt non ignem modò,
 sed & omnia ea, quæ vel ignis speciem reserrent, sacro cultu, teste Dionysio de situ Orbis, *πάντα πυργαδῶν τε φύσις*, prosecuti sint; vnde & pyropo
 quasi flamas emitenti honorem habebant Authore Strabone l. 15,
 quem neque ad mortuum admouebant, non magis quām ignem ipsu n.
 Ex quo & illa supersticio nata videtur, vt ijs nihil denegaretur, qui ignem
 in fluuim detulissent; & ni compotes fierent, ignem se mersuros aquā
 minarentur, vti Plutarchus afferit. Ignis inter ptima primò in Perside,
 non autem à plebecula tantum, sed maximè à Regibus in ædibus ad eam
 rem sancte comparatis, Theodoro teste l. 5. Eccles. histor. colebatur;
 vnde ædes istæ *πυρῆς* dictæ, ignis verò *πυραθεστοί*, inextinctus; in Pyræo
 verò ignem seruabant ad diuinationes, eo eum loco habentes, quo Ve-
 stiam Romani, ait Procopius l. 2. Strabo l. 15. Οὐ ταῦ δὲ αἱ Σύραι Θεῶν πρότρητοι
πυρὶ λέχονται. Cuiunque Deo sacrificarent, primò igni vota nuncupabant, tñaḡs
περιπλόκου πλατύτερον καθημένας in arcepsin μεχεὶ τῷ καλύπτῳ τῷ χειλὶ, η τὰς προστάσιδες;
 Tiaris operti ex lana densa verinque demissis, vt labra εῷ genas tegant, τῷ πυρὶ^{Procopius.}
Σύριοι θηροφόροι autē τὴν πυρῆς προφυλακτιλέγοντες, πώς διατρέχει, εἴδε... Sacrificarii
 igni, ei pabulum præbentes dicebant, *Ignis Domine comedere*. Quæ quidem om-
 nia ab Aegyptijs ad Persas, & hinc ad Græcos, Romanosque propagita,
 maximum fēper incrementum habuere.

Firmicus
Maternus.Dionysius
Geographus,
Strabo.

Theodorus.

Procopius.
Strabo.

Sed vt ad propositam nobis de Lucernis Veterum narrationem re-
 deamus, Notandum est, Lucernas variæ omnino figuræ fuisse, siue lychnos
 specetes, siue figuram ipsam Lucernarum. Fuerunt ijs μονόμυξοι, πολύμυξοι,
 id est, vnius, & plurium, pro ratione Numinum quæ colebant, ellychniorum
 seu myxoru.n Lucernæ; ēimuxnid est, ; ellychniorum in trianguli for-
 mam concinnatæ supremo triformi Numini; τετράμυξοι, quatuor Elemen-
 torum præsidibus Dijs; quorum vnuquisque ea figurâ animalis, quæ Nu-
 mina referebant, concinnabatur. Non defuerunt in honorem septem
 Planetarum ἑπάρμυξοι, septem ellychniorum Lucernæ constitutæ; δωδεκα-
 μυξοι, duodecim Zodiaci Genijs ordinabantur, cuiusmodi vnius ad me ex
 Aegypto transmisit delineationem Michaël Schatta, quem supra citavi,
 meus olim in Copticis Amanuensis. Scribit Demophilus peruetus Au-
 thor, in Templo Solis Heliopolitano Lucernam fuisse tot lychnorūm,
 quot diebus annus constituitur. Quos secuti videntur Tarantini tempo-
 re Dionysij Iunioris, Athēnæo teste l. 15. Ταραντῖνοι εἰς τὸ προτερεῖον ἀγαθῶν
λυχνῖον συνάμφον καίνη τοστέτες λύχνες, ὅ. Κ. οἱ τῶν ἡμερῶν έξιν ἀετοφόροι εἰς τὸν σκιαστὸν.
 Tarantinis in curia lychnuchum posicūm fuisse, tot instructum ardentibus lych-
 nis, quot dies effit in anno. Et tametsi Athenæus nuperum inventum
 lychnum dicat, Παλαιὸν δ' ὕψημα λύχνων. φλογὶ δὲ οἱ παλαιοὶ δὲ δαδός, η τὸ ἄλλων
ξύλων ἔχωντο. Veteres enim igne tæda εῷ aliorum lignorum utebantur; negan-
 dum tamen minimè est, iam primævis temporibas usum lychnorūm fuis-
 se, siquidem in hunc usque diem in abditissimis Cryptarum recon-
 ditorijs inueniuntur huiusmodi πολυλύχνοι, siue Lucernæ, tūm vni-
 co, tūm pluribus myxis instructæ, hieroglyphico ornatu spectabiles, quas

Lucernæ Ve-
terum varia
fuerunt figu-
rae.
 Nota Lettor,
 huius Lucer-
 nae figura ex
 Aegypto à
 Schatta trans-
 missam ob an-
 gustram tem-
 poris incide-
 non potuisse.
 Demophilus.
 Lucerna in
 templo Helio
 politano.
 Athenæus.
Lucernæ an-
 tiquissimis
 temporibus
 in usu fuere.

CAP. II. 536 OEDIPI AEGYPTIACI THEAT. HIÉROGL.

non nisi ante Romanam conditam impositas fuisse, suprà in Syntagmate de Mumis suse docuimus. Voco autem lychnum ellychnium, lineam & papyraceam stupam, oleo imponi solitam, ignis quoddam nutrimentum, quæ scitè sanè describit Prudentius in hymnis :

*Vinax flamma viget seu caua fistula,
Succum linteolo fuggerit ebrio,
Seu pinus piceam fert alimoniam,
Seu ceram teretem stuppa calens bibit.*

Ægyptij itaque non Lucernis tantùm, ellychnijs stupeis, papyraceis, iunceis instructis, sed & cereis, facibus seu tædis è cortice, quam λαφία vocat Athenæus (Alexidi dicitur ξυλολυχνεῖα, Ciceroni lychnuchus ligneus & obelisco lychnus, cùm lignum in verruculo pro lampade ardet) thyrsis iunceis, quas λύχνη θρυσσαλίδας vocat Aristophanes in Vespis; thyrsis lotinis cera & resina circumductis, ut interim varias lignorum strues in Adytis omittam, vtebantur; accensionem verò ipsam vocat Aristophanes λυχνικάτια, λυχνιφία, φωφέες, Herodianus I. 4. θαυμάτια. Sed & in hisce omnibus magna differentia intercedebat. Erant aliæ Lucernæ pendulæ, aliæ posititæ; de ijs Virgil. I. 1. Æneid.

*dependent lycni laquearibus aureis
Incensi, eorum noctena funeralia vincunt.*

Paul. Nat. 9.

*Tectoque superne
Pendentes lycni spiris retinentur abenis,
Et nsedio in vacuo laxis vagis lumina nstant
Funibus, undantes flamas leuis aura fatigat,*

De hisce idem Nat. 3. Paulinus

*Clara coronantur densis altaria lycnis.
Lumina ceratis adolentur odora papyris,
Nocte diuque micant.*

Ex his, ni fallor, luculenter patet, ratio Lucernarum Ægyptiarum; quare iam ad particularem earundem descriptionem paulò propius accedamus.

C A P V T III.

De Lucernis Aegyptijs in peculiari.

§ I.

MYcerinum Regem tūm sibi, tūm filiæ suæ Lucernas affabré factas posuisse ante Bouem, cui cadauer filiæ inclus erat, Herodotus ad longum describit; sed quoniam historia digna est, quæ ex ipso Authore percipiatur, verba eius hic apponam:

Post hunc Chephrenem regnasse in Ægypto dicebant Mycerinum Cheopis filium, eumque paterna pero sum facta, & templo reseruisse, & populo ad ultimum calamitatis afflictio fecisse potestatem res agendi & sacrificandi: quin etiam super omnes Reges iustitiam exercuisse. Quo nomine ex uniuersis R̄gibus hunc Ægyptij maximè prædicabant, tūm ob alia quæ bene indicabat, tūm vero quid conquerenti de ipsius sententia, de suo donabat, ut indignationi hominis satisficeret. Cūm autem esset in ciues ita clemens Mycerinus, atque ita studiosus, principium ei malorum contigisse obitum filiae, quæ domi unica soboles erat. Quā clade supra modum dum dolor et, vellet & filiam excellentiori aliquo genere sepeliri quam cæteros, fecisse ligneam Bouem cauam; quam cūm inaurasset, in ea filiam sepelisse defunctam. neque humo Bos hac condita est, sed ad meam usque memoriam in propatulo fuit in vrbe Sai apud regiam, in conclavi quodam ex ornato posita, cui singulis diebus omnifarij odores inferuntur: noctibus autem perpetuò incensa Lucerna astat. In altero contiguo conclavi imagines stant Concubinarum Mycerini, ut in vrbe Sai Sacerdotes aiebant. Stant enim Colossi, id est, grandia simulachra, circiter Viginti, è ligno fabricati, nudi plerique: qui quarum sunt mulierum, non possum dicere, præterquam quæ narrantur. Sunt qui de hac Boue & Colossis hac referant: Mycerinum amore filie suæ captum, vim ei intulisse: deinde illam cum præ mærore se suspendisse, patrem in hac Boue sepelisse: matrem autem manus ministrarum quæ filiam patri prodidissent, præcidisse: & nunc earum hac esse simulachra eius mali quod viuæ passæ fuissent. Hæc (ut ego opinor) dicunt nugatores, ut alia, ita & de manibus Colosorum: quippe quas ipsi vidimus temporis diuturnitate delapsas, quæ ad meam usque etatem ad pedes eorum stratæ visebantur. Bos quoque cum cæterum corpus operta est Phænicæ pallio, tūm vero ceruicem & caput crasso admodum auro: cuius inter media cornua circulus annexus inest, Soli assimilatus. Neque stans est Bos, sed in genua cubans, magnitudine quanta est grandis Vacca viua. Effertur autem è conclavi quotannis. & postquam Ægyptij verberarunt Deum quendam, quem in tali negotio non puto mihi nominandum, tunc & Bouem in lucem proferunt. Aiunt enim eam orasse patrem Mycerinum, ut defuncta quotannis semel Solem intueretur. Huic Regi, post calamitatem filiae, secundo loco hoc accidisse: ex vrbe Buti venisse Oraculum, fore ut sex omnino annos viueret, septimo defuncturus. Id hunc ægrè ferentem, vicissim misisse ad Oraculum contumeliosas querimonias: quodd, cūm pater suus & patruus, qui Deorum immemores templum

Lucernæ à
Rege Myceri
no filiæ po-
sita.

Herodotus.

clauserant, hominesque perdiuerant, tamdiu vixissent, ipse piè faciens tam citò foret vita defuncturus. Rursus ei venisse dicuntur ex Oraculo responsa, eapropter ipsum properè vitam finiturum, quod non id faceret quod deberet. Oportuisse, enim Ægyptum centum quinquaginta annis affligi: idque duos qui ante eum fuissent Reges didicisse, ipsum verò nequaquam. Hæc ubi accepit Mycerinus, se iam à Numinibus damnatum, Lucernas fecisse permulcas, quibus cùm noctesce- ret accensis, potaret ac se oblectaret, neque diu neque noctu intermittentem quin per paludes per que nemora vagaretur, utque audiretur, iuuenilibus in rebus studiosissimè versari. Hæc autem idcirco excogitarat, quod vellet Oraculum conuincere mendacij, ut duodecim pro sex fierent anni, diebus factis ex noctibus. Vtrum verò Herodotus Lucernas perpetuò ardentes habuerit, vti inclitus Licetus existimat, dubium est; quid nos sentiamus, in sequentibus patet.

§ II.

De Lucernis Aegyptiorum in sacra animalia transformatis.

Lucerne à
Duce Hetruri-
x misse.

Misit pro suo in Rempub. Literar. affectu iam dudum sapientissimus Princeps, Magnus Dux Hetruriæ, è suis Museis omni antiquitatis



Lucerna Po-
uis figura in-
Apidis Fano.

genere instructissimis, nonnullas veterum Ægyptiorum Lucernas, quas hoc loco opportunè inferendas existimau. Quarum prima Bouis pro- cumbentis figuram refert, cum puer dorso eius incumbente, & folijs fici, vti præsens figura docet. Bouem Apidis figuram, Apidem verò agriculturæ præsidem Genium expressisse, passim hoc Opere docuimus. In Fano itaque Apidis Lucernam ponebant in honorem huius Numinis adornatam; & per Lucernam quidem pium & religiosum erga Numen affectum, per ignem verò calorem vitalem notabant; qui si ab agricultura abesset, omnia in ultimum exitium ruitura existimabant. Numen itaque tacite, vt hunc vitæ calorem agris campisque concederet, hoc symbolo sollicitabant. Puer dorso Bouis incubans, cum folio fici, vitam vegetabilem notat, cuius calore vitali à Numinis communicato omnia re- iuu-

iuuenescere videbantur per vim fœcundatiuam, quam folium sici, quam Aegyptiacè thrio vocant, notat; siquidem hoc folium, eò quod pudendorum virilium formam exprimeret, non incongruè, teste Plutarcho, pro fœcundæ generationis symbolo assumpserunt. Huiusmodi autem Lucernas in Apidis Fano positas expressè docet Demophilus de priscorum religione; Εν τῷ νεῳ Αἴπιδι ἡ θησαυρὸν λυχνάχαι βέμορφον, τὸ δὲ γεωπονίας σύμβολον. In templo Apidis ponebant Lucernam sub Bonis forma, symbolum culturæ agrorum. Rectè igitur Numini agrorum præsidi Lucernam hanc mysticam ponebant, eâ spe freti, futurum ut Numen religiosa ignis cœremonia sollicitatum attractumque maiori vigilantiâ in rerum fidei suæ commissarum curam incumberet. Aliam Bouino capite conspicuam vidi apud laudatissimum Licetum in Opere de Lucernis Veterum sol. 906.

Plutarchus:
Demophilus.


Lucernam
Apidis cur po-
suerint Agy-
ptij.
Licetus.

§ III.

Lucerna Aegyptia tetralychna.

HAEC Lucernam vnâ cum Mumijis ex Aegypto Magno Duci Heturiæ allatam resert Nardius, & est τετράλυχνη; quâ quidem nihil aliud, quam eorum Numinum, quæ quatuor anni stationibus præerant,

Lucernate-
tetralychna.



cultum indigitasse videntur. Hanc in solenni Comasiarum pompa, & Adytorum consecratione adhibitam fuisse, resert Scholiares in II. lib. Metam. Apuleianæ. Præferebatur, inquit, & Lucerna τετράμυχη in quatuor Numi.

*Lucernate-
teralychna in
Comasij
circumfereba
tur.*

Numinum, quæ in Comasij circumferre solebant, honorem accensa; & ea indigitabant eorum Deorum, qui quatuor anni tempestatibus præsidebant, propitiationem. Cùm enim totius Reipublicæ salus & prosperitas à rerum vberitate, cui quatuor dicta Numinia, in quadripartiti anni curriculum distributa, præerant, dependeret; aptè sanè τέλεσθαι hanc Lucernam, nè quicquam mysteriosarum cœremoniarum deesset, præferebant. Nam ut supra diximus, Aegyptij Lucernas suas tot lychnis instruebant, quot numerus Numini alicui consecratus vnitates contineret.

§ IV.

De Lucerna Canubica seu Canina, aut Κυνοφέρᾳ.

*Lucerna Ca-
nubica.*

*Lucerna Agy-
ptia apud Li-
cetum.*

Nihil frequentius fuit Aegyptijs, quam Lucernas suas Canis figurâ exprimere: erat enim Anubis inter tutelares eorum Deos præcipuus. Huius farinæ Lucernam, vñā cum alijs, Serenissimus Dux Hetruſiæ transmisit vnam, integrâ Canis iacentis figurâ expressam. Reperiuntur & aliae Lucernæ loco lychni Canino capite conspicuæ; quæ quidem omnes ad tutelaris Numinis vigiliam alludunt, quâ deposita in Cryptis subterraneis corpora custodire putantur. Hinc eadem de causa omnibus ferè Mumiarum inuolucris Canis figura impressa cernitur. Verū cùm hæc omnia amplissimè exposita sint in Syntagmate de Mumijis, hic non immorabimur. Hæc dum tracto, occurrit mihi in eximio Opere Fortunij Liceti de Veterum Lucernis fol. 1178. ex gemma depromptus schematismus, in quo si vllibi, sanè in illo Aegyptiorum ingenium maximè elucescit. Tres in eo figuræ conspiciuntur, quarum prima nudæ Φίκεθ@, η Φικέφαλ@, id est, trium femorum, cum tribus capitibus, quorum vnumquodque vni corporis adnexum trunco, Loti flore insignitum est, quæ binis manibus Lucernas gestat, tænijs hinc inde volitantibus, & Mercurium Trismegistum notat. Secunda seminuda, & palliolo tecta, in capite modium gestat, in cuius dextra arundo, vel vt Licetus putat, thyrus liliaceus, cum Cane adstante, eique ab blandiente; & Serapidem signat; cui similem à nobis propositam vide in primo Tomo fol. 198. Tertia Igitur exhibit, fistro, situlâ, & in capite Loti flore spectabilem, de qua simili habitu exposita vide Tom. I. fol. 189. Verū cùm eruditissimus Licetus pulchrâ, & ad mentem Aegyptiorum aptissimâ expositio- ne singula libro & folio citato illustrârit, operam merito perdam, si ulteriori interpretatione arcana corundem significationem euoluere atten- tauerim,

§ V.

De Lucerna Sphyngis.

Inter cœteras Lucernarum figuræ, quas Serenissimus Magnus Hetru-
riæ Dux Oedipo communicauit, Sphyngis integræ figura spectabilis
est, quæ tamen utrum Lucernæ usum habuerit, dicere nequeo, cùm for-
mina lychnorum non compareant; & illa est quæ sequitur. Quamuis

Lucerna
Sphyngis.

non-ignorem, Ægyptios Lucernas suas subinde in Sphyngis figuram adaptasse, cuius significationem cùm ex professo tradiderimus Syntagma de Sphyngibus, eò Lectorem remitto. Protulit & nobis huius generis Lucernas binas in eximio suo de Lucernis Opere Licetus, cuiusmodi est illa, quam folio 997. exponit, & alia in Sphyngis formam efficta, quam fol. 822. exhibet, quæ nescio quid Ægyptiaco-hieroglyphicum oleant. Nam vt alibi docuimus, solebant Ægyptij Sphynges passim Delubrorum coronidi, teste Clemente Alexand. incidere, tanquam intellectualium Po-
testa-

testatum symbola ; in Lucernas vero eadem adaptabant symbola , ut innuerent vel ipso lumine igneæ mentis ingentem , qua inferiora omnia illustrat , virtutem ; usq; harum maximè in Adytis , insolenti mysteriorum exhibitione celeberrimis ; fuisse videtur . Sed de his passim in toto hoc Opere actum vide .

§ VI.

De Lucernis phallicis.

Lucernæ
phallicæ .

QVANTO honore Ægyptij nullo non tempore propudosum phalli cultum prosecuti sint , innumeris huius Operis locis ostensum est .

Hunc enim non duntaxat in phallophorijs siue pammelijs Osiri dedicatis festiuitatibus semper primo pompa loco portabant , sed & eundem utriusque sexus homines collo , fœmori , brachijs alligatum contra fascinum , sterilitatisque opprobrium gestare solebant ; quin & sacris animalibus , Deorumque simulachris passim adnexum spectamus ; quid mirum , si hunc Lucernis quoque impresserint ? Nam ut saepe diximus , Lucernæ pro Numinis , cui sacrificabant , ratione efformabantur : Anubi enim Lucernam Cynomorpham , Osiri Solari , Accipitriño vultu transformatam , ita & Osiri Nilotico fœcundo Numini , Lucernam φαλλόμορφην statuebant , & sic de cœteris Numinibus idem iudicium esto , vniuersaliisque videlicet effectibus & operationibus congruam . Harum nonnullas Licetus exposuit fol . 910 . & fol . 1142 .

§ VII.

De Lucerna Typhonia.


Lucernæ
Typhonie .

Agyptij non Dijs tantum beneficis , sed & maleficis , illis vt profissent , hisce ne obessent , Lucernas statuebant ; cuiusmodi ex Ægypto olim allata , ex Museo Mediceo transmisit inclytus Nardius , Asinino capite , quod Silenus tenet , ut sequitur , ridiculam . Asinum Typhonis symbolum fuisse , passim docuimus ; & Plutarchus refert , Typhonem vocem habuisse , Asinum ruditum proxime referentem , unde & tubæ clangorem tolerare nequibant , utpote ruditui & Typhonie voce similem ; imò Mense Payni pœnas luisse Asinos , execrandi Typhonis gratia , quem Asinum tūm inertiā , stoliditateque , tūm colore retulisse narrant : Καὶ τῶναντοιωτες θητάπτοι , verba Plutarchi sunt , οὐδέποτε . Placentas facientes ipsis Asini figuram imprimunt . Cur vero Lucernam hoc Typhonij Asini symbolo exornarint , explicemus .

Lucernæ As.
ni figura cur
exornatur ,

Constat ex passim dictis , Typhonem omne id malum ab Ægyptijs habitum , quod sterilitatem , contagionem , adustionem , vim quandam ad cor-

corruptionem aptam, omniumque destructionem referret. Hanc ut amo-
lirentur à fœcundo Nili profluvio, Lucernas hoc ei apparatu, quem vi-



des, adornabant, spe freti futurum, vt imagine sui cognitâ à malis per-
petrandis cessaret. Hinc Silenum eidem veluti inequitantem, & caput
Asini constringentem aptè apposuerunt, eò quòd Silenus fœcundi Nu-
minis symbolum, & Osiridis stipator potentiam malignitate & adustiuâ vi
refertam quadantenus, ob insitam ei *αἰτιτεχνίαν*, cohibeat. Insistit autem Lu-
cerna hoc typo adornata pedi Aquilino, seu Accipitrino, vt ostendere-
tur, Typhonia vis nocua & adustiuâ in Sole latens, quam Silenus Bacchi

Z z z

seu

Plutarchus. seu Osiris Dionysij allecla, humore cui præst, temperat. Nam ut recte Plutarchus, Isis non omnino interemptum Typhonem, sed vincitum esse voluit, quia adustiva seu ignea vis tametsi subinde ob nimiam siccitatem perniciosa est, humor tamen nimio temperando suo tempore confert. Patet itaque Lucernæ Typhoniae vis & genuina significatio.

§ VIII.

De Lucernis polylychnis, quæ in Cryptis subterraneis Aegypti passim reperiuntur.

Lucernæ in Cryptis Aegypti repertæ. **L**ucernæ multiplici myxorum ordine constructæ subinde in cœmiterijis Aegypti reperiuntur; de quibus oculatus testis Titus Livius Burrattinus, quem saepè sèpius in præcedentibus allegauimus, literis ad me datis ita scribit: *In queste caue si trouano ancora gran quantità di vasi di creta cotta, fatti in guisa di Lucerne, mà capaci alcuni di quattro, & altri di sei, otto, e dodici stuppini; li quali dicono li Arabi, che erano lumi perpetui, mà io credo che fossero lumi ordinarij, poiche tutte le cause sono nella volta affumicate. Affermano però li Arabi, di ritrouare spesse volte di detti lumi perpetui, quando s'aprano li sepolcri nuovi; mà non hauendone io mai veduto, non posso affermare cosa nissuna.* Quæ quidem ea quæ de polylychnis Aegyptiorum Lucernis suprà diximus, apprimè comprobant, & Michaël Schatta suprà memoratus in suis ad me Arabicis literis datis apertè docet, his verbis:

وَتُعْرَفُ أَبُونَا لَّا فِي وَجَدَنَ فِي مَغَارَاتِ الْمَنَفِ عَجَيْقَةً كَثِيرَيْنِ مِنَ الْأَسْرَاخِ
وَهُدُّهُمْ ذَلِكَهُ وَمِنْ أَحَدِيْنِ ارْدَعَهُ وَذَمِنَهُ سَعَاعُ النَّارِ وَصُورَتُهُمْ صُورَةُ الْكَلْبِ وَالْأَنْصَانِ
وَالْقُوَّرِ وَالْبَزِيِّ وَالْكَيْهِ وَمُشَكِّلٌ غَيْرُهُمْ كَمَا تَمَظَّرَ فِي الصُّورَةِ الَّتِي سَلَحَتْ إِلَيْكَ

Sicias quoque Pater, quod in cryptis subterraneis Memphis antiqua inueni multas Lucernas, quarum aliquæ tres, aliæ quatuor, octo, aut duodecim lychnos habebant, in similitudinem Canis, Hominis, Tauri, Accipitris, & Serpentis effigiantas, & cætera similia hisce, uti vides ex figura quam misi ad te. Et est illa, quæ ob angustiam temporis incidi non potuit, δωδεκάλυχη, haud dubie duodecim Aegypti Numinum Principum honori consecrata. Non parua hoc loco nobis difficultas occurrit de Lucernis, quas perpetuo lumine fulgere in Cryptis subterraneis Burrattinus ex Arabum mente dicit; quæ vt decidatur, sic

§ IX.

Virum Ægyptij verè in subterraneis Cryptis Lucernas perpetuo lumine ardentes constituerint; & quod eorum fuerit artificium.

Quamvis Licetus in suo de Lucernis Opere fusè & doctè hanc materiam tractet, nè tamen nos tam luculentæ dignitatis argumentum transisse videamus, nostram hoc loco de eo sententiam apponendam duximus. Multi hucusque ex nonnullis Lucernis, quas in Cryptis subterraneis, indicio nescio cuius apparentis luminis repererunt, Veteres magnum hoc perpetui luminis secretum calluisse, firmiter sibi persuaserunt, idque varijs exemplis docent, ex quibus duas adducunt Lucernas proauorum nostrorum memoria detectas. Prima est *Lucerna Pallantis*, quæ temporibus Henrici tertij Imperatoris anno 1401 ab Agricola quodam non procul ab Urbe ad Tyberim, vñà cum prodigiosa & gigantæ corporis Pallantini magnitudine reperta fuit, perpetuo igne à bis mille & amplius annis ardens, quæ nec flatu, nec aquæ, aliteriusque liquoris superaffusione extingui potuerit; sed simul ac nescio quo casu fundo perforata & rupta ab importunis miræ lucis osoribus fuit, statim effuso liquore flamma euanuit. Illud autem corpus Pallantis Arcadis fuisse, filij Euandri, & à Turno olim interficti, Volaterranus refert, cum *Volaterranus* hac inscriptione:

*Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, mole suâ iacet hic.*

Altera Lucerna in via Appia reperta fertur tempore Pauli III. Pontificis Maximi, in sepulchro Tulliolæ Ciceronis filiæ, uti inscriptio tumbæ docet.

TVLLIOLÆ FILIÆ MEÆ.

Hæc inquam Lucerna inuenta, dicitur à mille septingentis serè annis perpetuo igne succensa, & ad patrum nostrorum memoriam perduravit, sed ad aëris subeuntis ingressum, vix dum flamma comparuit, ecce disparuit. Ita Quido Pancirolus in suo de memorabilium rerum deperditarum libro tradit, & fusiùs totum negotium examinat Licetus. *Pancirolius.*

Certè lubricum, & vix satis à quoquam explicatum argumentum de lumine perpetuo aggredimur; quod si neges, habebis, adductas hoc loco authoritates tanti esse momenti, vt ijs fidem non adhibere, idem sit, ac tantorum Authorum sinceritatem tacito quodam dissensu reprobare. Quid itaque de hoc negotio sentiendum sit, & quem modum Ægyptij in Lucernis perpetuo lumine souendis adhibuerint, tūm exponemus, vbi priùs nonnulla ad inceptum argumentum luculentius demonstrandum, supposuerimus.

Lucernæ perpetuæ dictæ, diuersæ modis construæ. Nempe primo miraculose.

Cedrenus;

Suppono itaque primò, inter Veterum Lucernas, quas perpetuo lumine fulsisse Authores referunt, earumque ingentem numerum ex omnibus antiquitate extractarum adducit Fortunius Licetus, scriptor sanè fortunatissimus, diuersâ ratione & modo constructas fuisse. Fuerunt quæ præternaturali & miraculoſo lumine perpetuò arserunt, vti fuit Lucerna Antiochena, quæ ad quingentos annos lumen in propatulo & publico loco supra portam Ecclesiæ conseruasse fertur, vt Author est Cedrenus apud Franciscum Citesium Pietauiensem Medicum in Opusculo, quod nuncupatur *Abstinens consolentanea*. Verum qui stellas perpetuo lumine animat, eidem minimè quoq; difficile est, materialem Lucernarum ignem omnipotenti dextrâ suâ, non in quingentos duntaxat annos, sed in perpetuas æternitates conseruare; vt proinde de huiusmodi Lucernis minimè nobis sermo sit,

Secundæ fru de Dæmonis.

S. Augustinus.

Lucernæ perpetuæ puratæ Dæmonæ constitutæ

Suppono secundò, non paucas quoque eārum Lucernarum, quæ perpetuo lumine ardere repertæ sunt, opera Dæmonum, ad male feriotorū hominum siue curiositatem, siue auaritiam, siue falsorum Deorum cultum in animis eorum accendendum, per mille fraudes, quarum Diabolus artifex est, fuisse repræsentatas. Ita S. Augustinus l. 21. cap. 5. & 6. de Cœnit. Qui enim legit, quanta prodigia & pseudodogmata in Veterum consultatione Oraculorum ope Dæmonum contigerint, is aperte facebitur, hanc ijs in Lucernis perpetuo igne putatio lucentibus conseruandis potestatem minimè esse denegatam. Est enim proprium Cacodæmonum, homines primò prodigiorum rerum obiecto, veluti illico quodam trahere, tractis ad superstitionem, & falsum Deorum cultum viam sternere, & sic tandem sui iuris facere. Hominibus itaque Deorum sepulchra explorantibus, nihil facilius fuit, quām eārum rerum specie, quæ diuinum quid saperent, vti Lucernæ ab immemorabili tempore conditæ viuâ flammâ primò in admirationem, deinde etiam in illius Numinis, cuius beneficio Lucerna perpetuo igne constituta fuisset, cultum & venerationem trahere. Potuit itaque ad primum Cryptæ cuiuspiam introitum Dæmon hominibus flammatum, vel aliam quampiam fulgidæ rei speciem oculis hominum obgerere, quam dum viribus naturæ altius quidam existimant, soli illius Deastri, cui Lucerna consecrata fuerat, potestati adscriberent; qui quidem primus est ad idolatriam gradus. Atque tales ego puto fuisse omnes eas Lucernas, quas in sepulchris Gentilium ad certi alicuius Numinis cultum positas, & deinde casu repertas perpetuo igne flagrantes, tradunt Authores; non quod perpetuo igne arserint, sed quia Dæmon vel ad primum ingressum, vti dictum est, talem speciem obtulit, quæ illis veluti quidam ad impium Deorum cultum lapis foret offensionis. Quod idem in Chimicis operationibus præstare solet, ea intentione, vt homines incautos auaritiae, *γευσαλαζεῖς*, perpetua sibi devincentia mancipia, quorum proprium est, dum irrito conatu ad abditum artis Sacramentum pertingere nequeunt, stygium mouere Acherontem, Dæmones, qui artis secretum doceant, pronocare, ac tandem cum æterno animarum exitio ijsdem se deuouere. His itaque suppositis, iam discussi-

cutiendum nobis restat, vtrum vi quâdam naturali tam mirificum perpetui luminis machinamentum confici possit.

Magnam de hoc argumento inter Authores controvèrsiam reperio. Sunt qui id fieri posse naturaliter, apertè negent; atque ita argumentantur: Omne quod in vaporem sumi resolutum tandem contabescit, perenne esse non potest: sed ignis nutrimentum pingue quodcunque dum accenditur, in vaporem mox resolutum contabescit; ergo ignis nutrimentum perenne esse nequit.

Aduersæ verò sententiæ sectatores, negant hoc loco minorem, aiuntque dari in natura rerum certas quasdam species, quæ ad æqualitatem resistunt igni, neque vñquam ab eodem penitus superantur; vrgentque argumentum inductione empyricâ, Asbesti, Amianti, auri potabilis nescio cuius; & talibus adminiculis paulò antè citatas Lucernas perpetuo lumine fulgidas fuisse. At mirum est, à tot adeoque curiosis rerum scrutatoribus huiusmodi Asbestinos lychnos, quibus dictæ Lucernæ instruebantur, nunquam fuisse repertos. Fateor & ego, si vlla res in rerum natura perpetui luminis τίχνην præstare posset, id Asbestum, & Amiantum præstare debere, quorum lychnus stupaceus vri inconsuiptibilis est, ita ex eo extractum oleum irresolubile esse nemo negare potest, qui naturam vtriusque penitus inspexerit. Et lychnus quidem ex Amianto confectus (quem iam à biennio Lucernæ meæ ardente video, nec in minimo quidem defecisse reperio, neque desitum puto) ἀφεγοῖς luculenter probat inditia; de oleo tantummodo irresolubili difficultas est, quòd si quis mihi ex Asbesto extraxerit, eum vñà mihi perpetui ignis nutrimentum suppeditaturum esse, nullum dubium est; at quis est hic? & laudabimus eum. Certè iam dudum cum summis Chemicæ artis magistris & insignibus distillatoribus de hoc negotio suscipiendo à me transactum fuit; nec defuerunt, qui in eo extrahendo nullum non lapidem mouerunt; at frustra; oleum enim inde extractum, vel non concepit ignem, vtpote aqueæ substanciæ quam oleagineæ similius; vel adeo faculentum euasit, vt igni concipiendo prorsus ineptum inidoneumque existeret; vnde desperato negotio in eam opinionem deueni, huiusmodi olei extrahendi mysterium si non ἀδυώτω, saltem difficilis esse, quam vt ad illud humanæ operationis industria pertingat. Quare merito, vti τίχνην, perpetuus motus, lapis Philosophorum, similiaque hucusque inaccessæ materiæ argumenta, ita & ignis perpetui artificium, pro desperatis habenda sunt.

Sed dices, quod aliquando fuit, & factum est, id & modò esse & fieri potest; at irrefragabiles authoritates suprà allatæ apertè monstrant, huiusmodi Lucernarum apparandarum rationem priscis fuisse cognitam; ergo & moderno tempore eam à sagacibus ingenijs peruestigari posse, non est ἀδυώτω. Respondeo nullâ ratione euinci posse, Lucernas suprà allegatas fuisse perpetuo lumine iustructas, cùm subitanea illa lux varijs modis se se operarum oculis ingerere potuerit, vel ex Dœmonum præstigijs, vel etiam naturali causa. Cùm enim aër temporum longitudine inclu-

Lucerna per-
petuo lumine
verum nau-
raliter confi-
ci possit.
Negatiæ sen-
tentiaz argu-
mentum.

Affirmatio-
ne sententiæ ar-
gumentum.

Ellychnium
inconsumpti-
ble dari po-
test.

Oleum incon-
sumptibile da-
ri non potest.

Lucerna per-
petua dati
non potest.

Obiectio.

Responsio.
Flammæ subi-
tanæ ex Cry-
ptis apertis
subinde erumpunt.

inclusa.

inclusus, exhalantium corporum pinguedine infestus fuerit, nihil facilius esse potuit, quam ut is vel ad primum subeuntis noui aëris accessum per antiperistasis accenderetur; idque experientia docet quotidiana in Cœmiterijs, vbi huiusmodi flammæ plerumque cernuntur; imò fossores metallorum, quibuscum sèpè hac de materia consultò transfigi, fassi sunt, vix unquam se nouas cauernas aperire, quin huiusmodi flammæ erumperent. Accedit quòd in huiusmodi prodigiosis luminibus primò deterritis, imaginatio magna efficacia polleat ad quidlibet sibi imaginandum, præterquam quod fuit. Hoc pacto, quòd fossores suprà memorati perpetuæ Lucernæ effectum putabant, ego subitaneum meteorologicæ impressionis effectum suisse assero; fumum se vidisse putant, at nullū alium quam proprij oris halitum, quem ut plurimum in crassiore aëre diffundere solent. Verùm cùm hanc materiam integro libro, & ex professo in Mondo subterraneo, Deo dante, discussuri simus, hic diutius non immorabor. De lumine itaque perpetuo Ægyptijs visitato, & quomodo id instruxerint, non nihil dicendum restat.

Ægyptij Ln.
cernas perpe-
tuo fulgentes
lumine qui
construxerint

Ægyptios Sacerdotes Lucernas perpetuo lumine fulgentes habuisse in Adytis, Cryptisque sepulchralibus reconditas, non tamen ex Asbesto concinnatas, sed alio summo sanè ingenij conatu adornatas, tūm ex Burrattini, tūm ex Arabum Scriptorum autoritate constat, vti postea videbitur. Sed ut omnes videant, quem in dicta Lucernarum adaptatione modum tenuerint, rem ab ouo demonstrare aggredior.

Prisci Sapientes vti summo ingenij acumine, nec minori naturalium rerum peritiā instructi erant, ita nihil quoque aggrediebantur, nisi alatum, arduum, insolens, & diuinis operibus proximum. Inter cetera quoque machinamenta, cùm animarum statum extra omnes mortis limites, ab omni contagione immunem cognoscerent, defunctorum corporibus Lucernas quasdam constituebant, quas, ut quantum fieri posset, animalium naturæ responderent, perpetuo igne animare conati sunt. Verùm cùm nulla res in natura rerum reperiatur, quæ hunc effectum præstare posset, id naturæ perennis operationibus & auxiliatrice manu perfici posse cogitarunt, eo quo sequitur modo.

Bituminosa
loca Ægypti.

Sunt in Ægypto multa loca bitumine & petroleo, vti omnes Ægyptiacarum rerum exploratores, Bellonius, Radziuilius, Vallæus, & Burratinus testantur, inexhaustæ multitudinis referta, & abdito naturæ consilio ibidem constituta. Ægyptij itaque occulta naturæ molimina penetrantes, è puteis similibus occultos canales deriuabant in ipsas subterraneas corporum sepulchris destinatas Cryptas, vbi & Lucernam adaptabant, quæ canali pinguedinis vehiculo inserto, continuò aliunde deueneti liquoris, quo Asbestinus & inconsueta lychnus seu myxus Lucernæ inditus inebrriebatur, suetu nutriebatur. Cùm itaque liquoris oleacei affluxus perennis esset, & stupa Asbestina inconsueta lychnus, perpetuum lumen ex consequenti durare necessarium erat. Atque hoc ita esse, Schiangia Arabs in historia memorabilium Ægypti testatur his verbis:


وكان في مصر بقائع مملوءاً بغار وشقير والفلسينفه. كان يعرفون هذه قوة الطبع وأعدوا للجدول منه حتى المغاراتهم وفيهم السرخ الذي يتعمل بالجدول مذكورين وكان في السرخ الخيط من الغطيل الذي لا يمكن أن هو يخترق من النار وهو نار السرخ كان يشرق أبداً من أجل القفر الذي هو يجري أبداً ومن أجل الغطيل الذي هو لا يخترق من النار

Fuit autem in Ægypto campus, cuius fossæ plenæ picis liquidi bitumi- Schianza.
nis, unde Philosophi vim naturæ cognoscentes constituebant canales quosdam ex
buiusmodi locis usque ad cryptas subterraneas, in quibus Lucernam ponebant,
quæ coniungebatur cum canalibus memoratis; Lucerna verò habebat filum ex
lino, quod ab igne comburi non potest; ὥστη hoc paetō Lucerna semel accensa
perpetuò ardebat, ob perpetuum bituminis affluxum, ὥστη ob lini filum
incombustibile.

Atque hæc, meâ quidem sententiâ, verissima perpetui luminis construendi ratio est; quæcum purè naturalis sit, non magnâ, præsertim in locis quæ petroleo abundant, ad similes Lucernas construendas, difficultatem habet; ut proinde Arabes de lumine perpetuo inter Cryptas dispositis ardentibus Lucernis non sine fundamento ratiocinentur. Scopus denique & finis, ob quem Lucernas huiusmodi concinnabant, alias non sicut, quam ut monstrarent, quod sicut ignis natura Deorum operationibus simillima est, ita Numina quoque custodiæ corporis deputata, ob abditam quandam sympathiam consensumque, quem ad eundem obtinent, veluti sensibili quadam diuinitatis symbolo, tūm ad depositi tutelam, perennemq; præsentiam, tūm ad animæ perpetuam illustrationem, attracta hisce assistere putarentur. Atque hæc de Veterum Ægyptiorum Lucernis sufficiant.

Lucernas per
petuo arden-
tes cur posue-
rint Ægypti
in Cryptis.

FINIS SYNTAGMATIS VIGESIMI.



550 OEDIPI AEGYPTIACI THEAT. HIEROGL.
ANACEPHALAE OSIS
TOTIVS OPERIS.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
LVCÆ HOLSTENIO
Bibliothecæ Vaticanæ Custodi,
NEC NON
LEONI ALLATIO
ΦΙΛΟΛΟΓΩ ΠΟΛΥΣΟΦΩ,
Viris merito suo celeberrimis, & vndiquaque
doctissimis.



XAPISTOS καὶ ἀφέστης non immerito videri possem, Viri doctissimi, si honori meritisque Vestris longè amplissimis non aliquam mearum lucubrationum partem constituerem, quorum auxilijs, consilijsque plurimis me debere ingenuè fateor. Vos enim me Herculeā argumenti mole vacillantem fulciuistis, difficultatum scopulis implexum extricauistis, necessarijs librorum subsidijs iustificauistis, et quod ciput est, autoritate quā polletis maxima contra Criticastros vindicauistis. Ardui, fateor, ausu forsitan temerario aggressus videi possim; sed nostis τὴν σοφίαν ἐν τοῖς γόνασι σωτεθημένως Τοῖς πόνοις σωλασθεῖς χρὶ τῷ καιωνιλέντων κετυείᾳ φοβητέα; μηδὲμῶς, Αὐτοις μέγιστῃ φεβεῖ τὸν φόρος· οὐδὲ πατεισάντων, ἀπαν διποσεν ποσειμονέσι· μᾶλλον δὲ τῇ τολμῃ δικαίᾳ, καὶ Θεος συλλαμβαίνει. Vestris itaque meritis hæc totius Operis, tanquam peritis rerum in ea digestorum Censoribus, debebatur αἰακεφαλάρωσις: quam si haud Vobis difficiisse cognōrim, oppidè gaudēbo, οὐλιγωρήσω τὸ δοκεῖν ὅτι ἄλλων, aliorum nunquam veriturus iudicium, si Vestro vndiquaque limatissimo responderet.



A N A C E P H A L A E O S I S

TOTIVS OPERIS,

Quà abditarum, abstrusissimarumque rerum expositio-
nem & interpretationem ab Authore verè iuxta Vete-
rum Aegyptiorum mentem factam esse, Aegyptiosque
nihil aliud per celebres hieroglyphicorum notas,
quàm quod dictum est, intellexisse, varijs ijsque ir-
refragabilibus argumentis & rationibus
demonstratur.

P R A E F A T I O.



NT E Q V A M ex immenso huius Operis Oceano, & pelago prorsùs inexhausto, contractis velis portui nos committeremus, hoc loco ostendere visum fuit, nos hoc in Opere veri, genuini, & ab omni fuso alieni Oedipi munere functos, interpretationem nostram ita veterum Sacerdotum menti accommodasse, vt ipsa preter id, quod ipsi senserunt, nibil aliud diuersum, aut commentitia ingenij impostura fucatum exhibeat; sed hanc, quam interpretati sumus, veram prisorum seculorum doctrinam esse, ab Aegyptiis primùm inuentam, à cæteris deinde propagatam, ac tandem, quæ est ineuitabilis temporum inconstan-
tia & vicissitudo, perditam abolitamque, denuo à nobis singulari Dei beneficio in-
stauratam, quemadmodum contra nescio quos Zoilos & Sycophantas paulò post demonstrare conabimur.

Rogo autem ante omnia Lectorem benevolum, vt ea quæ de hoc arguento tradidimus vberimè in Epistola parænetica, quam Obelisco Pamphilio præfixi-
mus, consulat, vbi Lectio occasionem, quâ primò in huius molitionem Operis de-
uenerimus, reperiet; modum quoque quem in eruderanda euoluendaque omnium
disciplinarum abstrusissima obseruauimus, mirabitur; Autiores Latinos, Græcos,
Hebreos, Chaldeos, Arabes, Armenos, Æthiopes, Coptos, Persicos, innumerorum-
que Orientalium idiomatum monumentis celeberrimos Scriptores, quorum usu &
lectione profecimus, ordine allegatos contemplabitur; Antiquitatum quoque
Cimeliarchia totius Europæ celeberrima, quorum scrutinio vñsumus, inueniet;
Obiectiones denique Philologorum quorundam, & Nasutolorum imperitas censu-
ras confutatas intuebitur. Hanc itaque paræneticam epistolam antequam Cani-
no nos dente, & præpostero liuoris æstu agitatus impetrat, adeundam censeo, vt
tandem æquiori iudicij trutina operam meam in hoc Opere præstitam ponderet.
Nè itaque eadem cum nausea Lectoris repetere cogamur, remisso ad citatam pa-
ræneticam Lectore, loco tantum ex expositorum rerum conditione, & hierogly-
phica literatura contextu & proprietate, doctrinam à nobis expositam, eandem
esse quæ olim à Sacerdotibus intenta fuit, Deo dante demonstrabimus.

Tria sunt, quæ maximè Oedipum Aegyptiacum scire oportuit. Primum

Epistola paræ-
netica Obelu-
ki Pamphili
legenda.

Oedipum
Aegyptiacum
tria oportet
scire.

est, ver.e & genuinæ veterum Ægyptiorum doctrinæ seu sapientiæ noticia: Secundum, Obeliscorum cæterorumque monumentorum, quibus hieroglyphica doctrina incisa fuit, in hunc usque diem, ab immemorabili antiquitatis tempore superstitem, duratio: Tertium, modus tūm doctrinæ Ægyptiacæ cum Obeliscis, tūm horum cum illa exactè combinandi peritia. Quibus instructus Oedipus, tantæ molis Opus, diuinâ cooperante gratiâ aggressus, ni fallor, perfecit. Verum singula, per totidem Capita, non uti nonnulli sibi persuadere possent, demonstratione Mathematicâ; sed illâ, quam moralē vocant, ex veterum authoritate Scriptorum potissimum inititur, cum bono Deo demonstrare conabimur.

C A P V T . I.

De veterum Aegyptiorum doctrina et sapientia.

Ægyptiorum
Veterum do-
ctrina hoc
Opere restau-
rata.

Nihil passim toto hoc Opere egimus, quām quōd ex Veterorum monumentis Authorum, hanc sapientiam ab omni æuo memorabilem venati, longè sublimiori carpento quām quo Triptolemum vēdum legimus, per omnium artium & scientiarum Hieromantis vītaturum adyta diuagati inquisuerimus. Quo quidem intenso studio, speculatione pertinaci, & Herculeo prorsū labore id consecuti esse videmur, vt hanc doctrinam veteratę temporum veluti abolitam, aut non nisi sparsim Veterum Authorum monumentis insertam, ac veluti in mille frusta discerptam, studiosè collectam suę integratati restituemus; vt proinde superuacaneum esse rear, illaq̄i hoc loco repetere.

Huius incunabula in primo Tomo tradunt Syntagma ferè omnia; hanc in secundo Tomo per Sphyngem Mystagogam reconditis Veterum effatis definitam, ac sub vario scientiarum cortice veluti medullam latentem eruimus; hoc ultimo tandem Tomo hieroglyphicis symbolis expressam, integrā exposuimus; scopumque ac finem, quo Prisci impulsū Mysteriæ, eam adeo additis notis obuelarunt, enucleauimus. Ut proinde modò nihil aliud restet, nisi vt nos recto tramite, & ad filum Ariadnæ, quæ est Sapientum Ægypti mens & ratio, adyta à bis mille annis clausa inaccessaque adiisse, claustra referasse, thesaurum abditum, tanto tempore conditum, non fucatum, aut in minimo adulteratum, sed veris genuisque veteris Sapientiæ sigillis obsignatum, eruisse demonstremus.

Obelisci sa-
perstices con-
tinent doctri-
nam Veterū
Ægyptiorum

Si non superfluisserent Obelisci, aut cœtera monumenta hieroglyphica, certum est, omne studium in hieroglyphica doctrina instauranda irritum fuisse. Cūm verò illos in hunc usque diem à bis mille annis & amplius durasse tūm in Ægypto, tūm hīc Romæ cernamus; certè in illis quidquid hieroglyphicorum à Prisci prolatum fuit, contineri nullus insciabitur, qui nostrum hoc Opus studiosè peruvoluerit. Si itaque doctrina paulò antè indigitata, atque in Authoribus sparsim hinc inde dissipata cum hisce assidua mentis trutina ritè comparetur combineturque; nulli dubium esse debet, quin sagaci mentis scrutinio Oedipus ad veram corundem significationem sit penetratus; quemadmodum nos, vt ius

Ius huius Operis perioche docet, diuinâ gratiâ præstimus. Nam sicuti in phrenoschematis seu impresijs, nec sententia sine adiuncta symbolica figura, nec symbolicæ signiæ sine adiunctæ sententiæ vocibus intelligi possunt, sed ad latentis argutiæ viæ penetrandam utriusque positione opus est; ita prorsùs in hieroglyphicis vsu venit. Doctrina seu Sapientia hucusque incorrupta ad nos veluti per fragmenta quædam & frusta hinc inde dispersa, propagata fuit, at sine symbolis: symbola quoque solis Obeliscis cœterisque monumentis incisa extiterunt quidem, at nemo hucusque fuit, qui symbola cum doctrina combinaret, combinando examinaret; vt proinde mirum non sit, à tanto tempore, veram hieroglyphicorum significationem latuisse. Ego ab ineunte ætate, nescio quo instinctu agitatus, Opus tandem aggressus, symbola cum doctrina spacio viginti annorum, continuo mentis scrutinio fatigatus, combinaui, singula singulis iuxta combinatoriæ artis regulas scitè adaptando comparaui, & tandem adytis referatis, corticibusque ruptis, nucleus inueni, id est, veram & infallibilem hieroglyphicæ significationis veritatem adeptus sum; quam & hoc ingenti Opere posteritati consecrandam statui. Sed vt Critici imperiti videant, dictarum rerum irrefragabiles rationes, nonnulla argumenta, quibus dictorum veritas luculentius patesiat, primò proponam.

Authoris studium in era eada Ægyptiorum doctrina ex monumentis hieroglyphicis.

ARGUMENTVM I.

Symbolorum Hieroglyphicorum multitudinem non esse innumerabilem, uti nonnulli Censores obijciunt.

FVerunt nonnulli, qui in hanc opinionem deuenere, hieroglyphicorum doctrinam, ob innumerabilem symbolorum multitudinem, adūatur esse; contra quos h̄ic decertandum duxi. Verumtamen cùm tota h̄ec ab exhibitione figurarum dependeat demonstratio, exhibitio autem in singulari & specifica consistat rerum omnium enumeratione; fieri non potest, vt proposito fini satisfiat, nisi omnes Anatomici partes probè expleam: explebo itaque.

Hieroglyphica non sunt innumerabilia.

Totus sacrarum sculpturarum contextus ex triplici potissimum ordine constitutus absolvitur. In primo ordine diuersa constituuntur animalia, ex hominum, quadrupedum, volucrum, Serpentum, insectorumque Republica in symbolorum fabricam assumpta. Quæ quidem vario ac diuerso significandarum rerum munere funguntur: vel enim significant integra per se posita, vel per positas eorum partes, vel per assumptionam alterius diuersi animantis portionem, cum quo vnum quid constituent multiforme, quales sunt sculpturæ ιερωμοφι, κυναιθερποι, ιερωκοστιγμι, aliaque sexcenta monstra, quæ passim in Obeliscis nostris exhibui-

Hieroglyphicorum triplex ordo.

In secundo ordine diuersi generis res continentur, veluti sunt her-

bæ, flores, vasa, baculi, sceptra, cruces, aræ, sedilia, instrumenta artificum, habitus varij, ornamenta capitis, mitræ, calathi, tutuli, instrumenta Musica, figuræ Geometricæ; verbo, omnia ea, quibus vel in festis & solennitatibus Deorū passim vtebantur, aut quæ Osridem, vel Isidem, vel reliquorum Deorum progeniem aliquando usurpasse credebant, tanquam sacra ad significandum symbola assumebant.

In tertio ordine ea continentur, quæ à Clemente Alexandrino ~~ægyptiæ~~ dicuntur, hoc est, quæ similitudinem quandam ad res, quas denotant, obtinent, ut figura Solis & Lunæ, portuum, murorum, coronarum, limitum, flammarum, ignis, aquæ, craterum, piscinarumque figuræ, similiaque plurimæ; quæ quidem nihil aliud, quam rem, quam referebant, significabant; quæ omnia hoc libro passim exposita vide. Præmissa itaque hac Anatomia videamus iam, quænam sit infinita animalium, ferarumque in hieroglyphicis Obeliscis occurrentium multitudo, quam nobis ceu scitu ~~adūxerat~~ imprudentes obtrudere possunt. Ac primò quidem supponendum est, Ægyptios raro, vel etiam nunquam philosophandi gratiâ patrium solum egredi solitos; ut qui, teste Strabone & Herodoto, reliquas gentes veluti barbaras, ignoras, & sapientiæ suæ indigas reputarent; artes quoque & disciplinas, veramque philosophandi rationem nullibi nisi in Ægypto, sicuti prima terrarum, sic prima quoque rerum productrice quærendas existimarent. Atque ex hoc supponendum secundò, nullam quoque animalium extra Ægypti limites degentium singularē cognitionem habuisse Ægyptios, sed eorum tantum, quæ fœcunda Mater Ægyptus illis producebat. Quod inde luculenter appetet,

*Ægyptij non
egredieban-
tur patro-
lo philos-
phandi gratia
Strabo.*

*Quadrupedia
Ægyptia tan-
tum assumpta
ad significan-
dum ab Ægypto.*

Plutarchus.

*Ammianus
Marcellinus.*

quia cum Ægyptij toti essent in animalium virtutibus, proprietatibus, indole, ingenio, sympatheticis & antipatheticis eorum affectionibus, alijsque naturæ dotibus perscrutandis, omnes eorum nutus, teste Plutarcho, & gelitus, minimasque actiunculas ad superstitionem usque obseruarent, in modo maximam in hisce cognoscendis secretioris Philosophiæ suæ partem ponerent; certè earum virtutum proprietatumque obseruationem, nisi in animantibus maximè obuijs, ijsque familiaribus minimè fieri potuisse verisimile est. Quod si ita, sanè nulla alia animalia præterquam Ægyptia, quorum virtutes & proprietates ex quotidiana inspectione cognitæ erant, ad symbolorum seu hierogrammatum stratarum assumpta fuisse, ex dictis patet. Vnde satis mirari non possum, quid Ammiano Marcellino l. 17. in Const. & Julian. in mentem venerit, quod in Obeliscis præter formarum innumeras notas, volucrum ferarumque etiam alieni Mundi genera multa Ægyptios insculpsisse, audeat dicere. Mihi certè huiusmodi alterius Mundi animalia in Obeliscis nostris Romanis nunquam deprehendere licuit; nisi forsitan Ammianus hic nobis utopiam aliquam, eiusque tunc Obeliscos, tunc animalia describat; quod ipse viderit. Quid enim inter hæc symbola, ignota animalia, veluti Gulo Septentrionalis, & Americus Vulpilupus, quorum indolem ingeniumque nè famâ quidem percepissent, agerent? Frustra sanè Scarabæus pro Solis symbolo poneretur, nisi actiones eius ad operum Solis similitudinem conformes cogno-

cognoscerentur. Grati quoque Ibis, aut Simia v. g. pro symbolo Lunæ, nisi in actionibus suis omnibus Lunæ Simias experti essent, assumerentur. Nam quòd in sacrís sculpturis nunquam & nusquam int̄peri liceat Elephantes, Camelopardales, Rhinocerotes, Lynces, Ceruos, Bisontes, Alces, Vrsos, Struthiones, Apodes Paradisiacas, Psittacos, similiusque virtutib⁹ maximis pollutum animalium imagines; certè nulla alia ratio esse potest, nisi quòd nullam huiusmodi animalium habuerint intimam cognitionem. Eandem ob causam species piscium veluti ignotas, & quorum virtutes difficile esset inquirere, veluti hieroglyphicis symbolis ineptas, repudiabant, præter Oxyynchum & Phagrum, genus quodam piscium, quod in omnibus passim hieroglyphicis monumentis obuivum est. Cùm enim Sapientes Solaria & Lunaria maximè inquirerent, aut quæ dotibus naturalibus Deorum suorum proprietates referrent; timebant, nè si incognita animalia admitterent, Arimania seu Typhoniam pro Oromasdæis & Osiriacis selecta, quod fugere deberent, allicerent; & ideo magnâ cautione in symbolis per animalia constituendis utrebantur. Hinc etiam Gallum gallinaceum in hieroglyphicis videntur neglexisse, non alia de causa, nisi quòd Leoni, Solari nimirum animali, esset contrarius & inimicus, Typhonio spiritu plenus. Quòd si verò in multis antiquis fragmentis figuræ superiùs indicatorum animalium, veluti Ceruorum, Elephantum, Gallorum, Vrforum, similiusque incisæ reperiantur; nequaquam Ægyptiorum, sed Græcorum signata censenda sunt. Totam igitur infinitam illam quadrupedum in sacrís symbolis visitatorum multitudinem nobis superiùs obiectam vel unico hoc versiculo comprehendimus:

Simia, Bos, Aries, Hircus, Leo, Canis,
Aletris, Lepus.

quibus ex amphibijs accedunt Crocodilus, & Hippopotamus. Inter Simiarum verò genus ponimus Cynocephalum quoque. Atque præter hæc inquirat quicunque & quantumcunque velit, columnas omnes discussat, nulla alia in toto hieroglyphicorum ambitu inueniet siue integræ, siue ex alijs mixta.

Sed quæret fortassis quispiam, quæ causa fuerit tantæ quadrupedum in Ægypto raritatis? huius ego sanè aliam rationem reddere nequeo, nisi quòd nullam in ea, siue ob crebras Nili inundationes, siue ob maxima incommoda, quæ à Muscis, Culicibus, Serpentibus, alijsque noxijs bestiis stagnantis Nili reliquijs patiuntur, inuenirent stationem. Vnde ex hoc capite mihi admodum suspectus redditur Horus, vt qui eas animalium species passim in hieroglyphicorum referat album, quæ nusquam tamen in ullis hieraticis schematismis occurrant; quæque non dicam Ægypto, sed nec alijs quidem nationibus, vt Hyæna, Phœnix, similiaque, cognita reperiantur; nisi forsitan ipse Horus propriâ authoritate suâ eas hoc ἀνθεύοντα honore cohonestasse dicatur; quod verisimile est. Non negauero tamen, multa passim animalia in Ægyptum fuisse aliunde intro-

Pisces non aſſumebantur ab Ægyptijs pro hieroglyphicis.

Gallus gallinaceus cur non reperiatur inter hieroglyphica.

Raritatis qua drupedum in Ægypto cauſa.

Horus cur numeret inter hieroglyphica, animalia in Ægypto non reperita.

introductione; sed cum eorum virtutes & proprietates Aegyptiis essent incognitae, pro symbolis nequaquam fuisse assumpta: Aegyptias enim notas non decebant, nisi Aegyptiæ soboles. Exiguus itaque fuit & omnium opinione minor quadrupedum numerus; volucrum aliquantum maior, non tantus tamen, quantum ignari rerum sibi imaginantur. Nam si Accipitres, Ibides, Columbas, Anseres, Ciconias, Vpupas, Meleagrides, Hirundines, Phœnicopteros, Cornices, Noctuas, Corurnices, Passeres, & ex insectorum familia Scarabæum, Muscam, Papilionem *δεκατέμορφαν*, cognitoris; omnem volucrum hieroglyphicarum notitiam complexus fueris. E reptilium vero numero Serpentes, Ranas, Aspides, Dracunculos si adscueris; totam animantium hieroglyphicorum summam confeceris.

Altera portò classis symbolorum tanta quoque non est, nec tam difficilis, ut earum significatio ex Authoribus antiquis haberi non possit. Et ad plantas quidem quod attinet, illarum certè, si Perseam, Palmam, Loto, Colocasiam, Satyrium, Seriphium, Hederam, Omomi, Papyrum, Arundinem, Acaciam, Motmuti, Iuncos, folia Querus & Ficus excipias; nullæ aliæ inter sacras notas conspiciuntur, de quibus vide Diatribem de herbis hieroglyphicis suprà fol. 65. propositam.

Kyriologica
symbola pau-
ca sunt.

Tertiæ denique Classis symbola cum *κυριολογικα* sint, eaque, quæ referunt, significant; superuacaneum esse existimauit de ijs hic fusiùs loqui; quis enim Solis, aut Lunæ imaginem conspiciens, non subito conceptum Solis & Lunæ in animo exprimit? sunt enim eiusmodi symbola talia, ut ea vidisse tantum, explicasse sit.

*Hieroglyphi-
ca ultra 300
non extant.*

Atque ex his omnibus positis colligo primò, non tantum esse sacrarū notarum, quantam ad nobilia ingenia à tam egregio conatu absterenda, ignari rerum censores passim obtrudunt, multitudinem. Quare idem ijs contingere videtur in sua censura, quod rudiori plebi, quæ stellatam Cœli faciem intuens, Astronomos, eò quod innumerabilem stellarum multitudinem ad calculum reuocare audeant, nescio cuius temeritatis insimulant, cum tamen tantum abest, ut sint iunumerabiles quo ad visum, ut etiam quotquot hactenus astra libero humani oculi acumine conspici potuerunt ab Astronomis, non nisi ad 1022 (exceptis ijs, quæ hisce nouissimis temporibus telescopij ope in galaxia & in nouo Orbe notata sunt) reducantur. Pari ratione illa hieroglyphica, quæ multi, cum pyramides tanta scriptilium elementorum varietate insignitas intuentur, in infinitum excurrere falso sibi persuadent, mihi rem ad calculum reducenti, corrasis hinc inde ex Asia, & Africa, atque è celebrioribus Germaniæ, Galliæ, Italiæ, ac Romanæ Vrbis Antiquarijs, sacris sculpturis, instituta singulari industriâ comparatione, certaque combinatoriæ artis adhibita methodo, destinata hieroglyphicâ ultra trecenta deprehendere non licuit; quod quidem *ωδίσθησον* videri posset.

*Hieroglyphi-
ca ad res sub-
limales signifi-
candas adhi-
bita.*

Colligitur ex hoc secundò, symbola hæc non ad quamvis materiam, & quosvis animi conceptus indifferenter significandos exprimendosque, sicuti in reliquis literarum notis fieri videmus, vniuersali ratione fuisse accommodata; sed solùm à Sapientibus ad sublimia de Deo,

de

de Genijs Mundi, de Daemonibus, de Astris & Elementis, mysteria,
indicanda, fuisse instituta. Maiorem quoque hieroglyphicorum partem
nihil aliud esse, nisi amuleta quædam seu phalacterica, ad malorum in-
cursus ab Aegypto arcendos posita, vti passim in hoc theatro ostendimus.

Hieroglyphica multa sunt amuleta.

Quare maximopere falluntur ijs, qui sub hieroglyphicis inscriptiō-
nibus res gestas, diuitias, itinera, victorias, redditus annuos Sesostris,
Psammetici, Ramessis, aliorumque Regum Aegypti, contineri fabulan-
tur. Non parum quoque errant ijs, qui Aegyptios nullam aliam præter
scripturam hieroglyphicam primis temporibus habuisse, eaque proinde
gesta Regum expressisse arbitrantur. Quæ sanè opiniones ijs, qui vel pau-
xillum de reconditiori Ægyptiorum literatura hauserunt, ridiculæ vide-
buntur, nulloque nixæ fundamento. Si enim ad æterni nominis gloriam
consequendam, hæc veluti suæ apud posteros excellentiæ testimonia re-
linquere statuissent; quid opus erat, rerum gestarum gloriam ex se sua-
que natura lucis appetentem, adeo obscuris & abditis ænigmatum inuo-
lucris, qualia hieroglyphica erant, obscurare? Irritum enim, nè dicam,
stolidum foret, egregiè peractas à quopiam Rege aut Imperatore res ge-
stas, incognito omnibus velle characterum genere explicare. Quòd si
res gestæ, Regumque potentissimorum admiranda molimina ijs refere-
bantur, cur nulli profanorum communicabantur? Cur ab earum lectio-
ne plebs (cui tamen maximè ad admirationem & reverentiam erga Re-
ges concitandam prælegi debebant) arcebatur? Vides igitur non hīc
historias scriptas, non vitas Principum, non præclarè gesta Regum, sed
mysteria nulli, nisi ijs, qui rerum in Ægypto potiebantur, quique ea ap-
plicare nōrānt, communicata fuisse.

Hieroglyphica non conti-
nent res ge-
stas Regum.

Quod porrò Herodotus dicat, in pyramidibus nihil aliud contineri,
nisi sumptus in earum erectione factos, & sexcenta talenta in allium,
cœpas, aliaque cibaria operarum expensa literis hieroglyphicis scri-
pta; omnes superat fabulas. Et apparet sanè hunc Herodotum sim-
plici ingenio fuisse, & nimis ad cuiusvis etiam leuissimæ narratiunculæ
credendum facili, obvia quævis etiam ioco dicta pro veris & certissimis
arripiēntem, quemadmodum alibi quoque de ridicula illa Nili è duobus
montibus Crophi & Mophi scaturientis origine, à sacro Scriba iocosè
narrata & credita appareat. Hermaphionis denique apud Ammianum
Marcellinum interpretationem hieroglyphicam magna ex parte confi-
ctam esse, ex eo patet, quòd ille plurima in ea ponat ab hieroglyphico-
rum ratione penitus aliena, quorū nè concipi quidem potest ex Obelisci
sacris notis veritas. Sed quia hæc omnia fusè in Obelisci Pamphilij in-
terpretatione ostendimus, de ijs plura dicere modò supersedemus.

De requisitis ad Hieroglyphicorum interpretationem.

Requisita ad
hieroglyphi-
corum inter-
pretationem.

CVm hieroglyphica symbola non idem semper significant, sed pro diuersitate situs, partium, aliarumque notarum ijs adiunctarum, diuersam sortiantur significationem (aliud enim v. g. Accipiter sedendo, aliud volando, aliud solo capite, pennâ, tutulo, aliud in alio habitu refert, vti in hoc theatro hieroglyphico visum fuit) Sisyphi saxum absque dubio hoc in negotio voluet Oedipus, nisi duobus maximè ad negotium expediendum conducentibus probè fuerit instructus. Ac primò quidem, vt sacrorum animalium virtutes & proprietates, item plantarum, seu herbarum, quas Ægyptus profert Diis consecratarum, instrumentorum ad hæc occurrentium qualitates & accidentia non optimè tantum perspecta habeat, verùm aptè quoque ac congruè iuxta intentam à priscis *αιλογίας* secretiori Philosophiæ & Theosophiæ, quæ in trium Mundi similitudine & concatenatione consistit, dextrè nouetit applicare. Ad quod cum ea, quâ par est, sagacitate præstandum, alterum continuò requiritur, Philosophiæ nimirum & Theosophiæ dictæ omnimoda cognitio, vt in quo eius ratio, & quod dicitur, essentia potissimum constat, quis eius in rebus humanis usus, quis in sacrificijs, quis in diuinatorijs artibus, quis in coniurandis Dæmonibus, & alliciendis Mundi Genijs, similibusque abditis actionibus modus & ratio. Quæ quidem nequam haberi poterunt, nisi ex occultis totius Philologiæ penetralibus; ex varia quoque antiquorum Poëtarum, Mythologorum, Historicorum collatione summo ingenio, & studio pertinaci facta; quin ex Hebræorum etiam, quorum (vti suprà diximus) æmuli fuerunt Ægyptij, ex Arabum quoque, Æthiopum, Persarum, Græcorum, qui in ea præ alijs Gentibus hæreditate successisse videntur, relictis monumentis deducantur. Nisi itaque quispiam mediocri saltem linguarum Orientalium, Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, Chaldaicæ, vtpote ex eorum fontibus petendâ cognitione fuerit imbutus, nisi totius Antiquitatis consultus, nisi eximia reconditoris Philosophiæ notitiâ præditus; ad perfectionem requisitam Opus deducere minimè poterit, vt ex præsenti Opere satis patet. Quicquid enim in Masura Hebræorum, Chaldæorum Cabala, Persarum Magia, Astrologia Phœnicum, Græcorum Philosophia, Pythagoræ Mathematica, Arabum Chimia, Theologia denique Platonis arcanum & reconditum, hoc vnicè sibi sacra & symbolica Ægyptiorum Sapientia vendicare videtur. Vides igitur quantus apparatus necessarius, quot monumenta peregrina adeunda fuerint. Ex quibus, ni fallor, clare liquet, Oedipum non nisi dicta artium reconditarum suppellectile institutum, intentionam hieroglyphicæ doctrinæ veram significationem exhibuisse; cum hæc omnia, non nisi ex Ægyptiorum Gymnasio, vti vberrimè docuimus, procederint,

ARGUMENTVM II.

Hieroglyphica non syllabis, vocibus, ac periodis constare, uti reliqua idiomata, sed idealium rerum cognitionem esse.

MUlti perperam opinati sunt, Aegyptios, non secūs ac in reliquis idiomatis vñu venit, alphabetaria quādam methodo hieroglyphica, quæ voces reddat, periodos distinguat, & non secūs atque orationem quandam oculis legentium præfigat, concinnasse. Quod falsum esse, paſſim toto hoc Opere demonstratum fuit, & ex ſuppositionibus huic Tomo præfixis ſatis patet. Siquidem ex Obeliscorum inscriptione prorsus patet, hieroglyphica ſymbola, non secūs ac Chinensium literaturam, quomodo cunque posita ſemper ſuum ſenſum integrum conſeruare. Patuit hoc ex varijs tūm Obeliscorum, tūm cœterorum monimentorum inscriptionibus in hoc Tomo adductis, quæ vti prorsus eadem ſunt, ita nullam ſitus differentiam feruant, cum eæ in alijs iam perpendiculari, modò ſurſum, modò deorsum, iam ſitu declivi, nunc dextro, paulò post ſinistro ordine descriptæ exhibeantur; quod minimè fieret, ſi ex alphabeticis elementis contextæ fuiffent; in quibus tamen ſinistra lectio nil aliud docet, quām quod dextrâ exhibetur; nam hieroglyphica, quomodo cunque lectio instituatur, ſemper integrum ac perfectum ſenſum obtinent.

Hieroglyphica non ſunt literæ.

Præterea hanc literaturam minimè ex Alphabeto quoipiam compofitam, ſed purè ſymbolicam eſſe, ex eo patet, quod omnes ferè Obelisci in superiori parte eandem quaſi inscriptionem figurarum exhibeant.

Hieroglyphica literatura eſt ſymbolica.




Primò enim ſemper ſpectatur hæc epigraphe ſimulachris ſymbolicè adornatis mirè trāſformata; quas literas eſſe, nullâ ratione dici aut debet, aut potest. Vel enim tota figura, v. g. Accipitrinus homo ſceptro Cruceque armatus, vnam vocem, vel multas ſimul, quæ deinde vocem reddant, indicat: neutrū dici potest: ſi enim ſingulæ figuræ eandem literam figurant (loquor ſemper de elementis ſeu literis Alphabeticis) & in ſingulis lateribus Obelisci quinque prima ſchemata, vti in appoſita figura liquet, ferè ſemper eadem ſunt; neceſſariò inde pentasyllaba vox emerget, quæ in ſingulis lateribus ter poſita eadem prorsus foret, ſine ullo fructu duodecies repetitā. Sic hæc vox v. g. *Anima*, duodecies reperita, nullum prorsus in legentis animo conceptum formaret, nec quicquam determinaret, ſed otiosa foret, ſine vlla determinata ſignificatione; quod vti ridiculum ſtolidumque figmentum foret, ita longè à priscæ Sapientiæ Myſtarum iſtituto abeſſe iſ ſolus nescire potest, qui quæ in hoc Opere tradidimus, penitiū non ponderauerit. Neque dicas, ſenſum de-

terminari consequentium literarum contextu : cùm enim in vel maxima columnna, vna normalis inscriptio nunquam ultra centum literas contineat ; fieri non potest, vt tot ac tanta mysteria, quæ Ægyptij in huiusmodi inscriptionibus exhibebant, tam ex quo literarū numero contineantur. Literæ itaque Alphabeticæ nullā ratione dici possunt. Neque dici potest, figuræ huiusmodi complurium literarum congerie adornatas, ita ut aliam literam corpus humanum aut belluimum, aliam tutulus, sceptrum denique, aut Crux ansata aliam, aliam sedes constituant : si enim ex pluribus huiusmodi literis constitueretur hierogrammatismus, quæri iam posset, quemnam locum prima, quem secunda, quem tertia, & sic de cœteris, ad vocem quampiam constituantur, obtineat ; cùm literæ nulla certo ordine, vti ex ipsis columnarum solidibus patet, vbi nunc recto, nunc inuerso ordine exhibentur, constet. Nullā itaque ratione fieri potest, vt schematismi hi ex alijs literis veluti ex syllabis conflatae voces constructi componantur. Accedit quòd faciæ tabulæ seu amuleta, quæ ousalibus inclusa figuris in nullis non Obeliscis spectantur, nullā ratione Alphabeticum sensum constituere possint ; frustra enim toties vel in uno Obelisco repeterentur. Magna itaque illa virtutis symbola censenda sunt, Numinum attractiva, & idealibus rationibus expressa, quibus veluti ad occultæ & appropriata symbola Numinia sese sisterent, & votis supplicum fauerent. Hinc ea non Obeliscis tantum, sed & reliquis simulachris Sphyngibusque, quin & Mumiarum inuolucris inscripta eadem de causa fuerunt. Symbolica itaque & mystica quædam scriptura est, in qua, vt rectè Iamblichus docet, *dimitte voces, et accipe sensus*. Nam sicuti, vti antè diximus, & Tomo secundo de institutione phrenoschematon seu Impresiarum fol. 8. assatim docuimus, in Implesia quavis duo continentur, symbolum, & sententia, quârum coniunctione in abditam tandem eius, quod præfert, symboli significationem deuenimus; Verbi gratia in hoc Phrenoschemate præsente Magnetem vides, à quo concatenata annulorum series trahitur ; vidisti symbolum, considera gnomen, quæ est, *Arcanis nodis* : quæ verba nisi apposita fuissent, nihil in symbolo certi innotuisset, sed gnomen addita symbolo, iam Parthenia Congregatio Collegij Romani Soc. IESV, cui inscripta est, hoc veluti occulto interioris animi incremento docetur, incrementum dictæ Congregationis non nisi occulto quodam diuinæ inspirations tractu perfici ; in qua dum quisq; boni exempli, sanctæ conuersationis, ac mutuæ ædificationis attractu proximos quosque allicit, sic vt omnes fratrnæ dilectionis & concordiæ vinculis colligati, uberrimam iunctis viribus frugem eo in statu, ad quem eos diuina bonitas constituit, reportent, ac tandem cum beatis mentibus scientur æternum beati. Ecce quanta significationum & contemplationum vel sub uno phrenoschemate copia latet. Eodem prorsus

Tabulæ ousalibus Obelisco- rum non sunt literæ.

Hieroglyphi- ca similia Phrenosche- matis.



bi gratia in hoc Phrenoschemate præsente Magnetem vides, à quo concatenata annulorum series trahitur ; vidisti symbolum, considera gnomen, quæ est, *Arcanis nodis* : quæ verba nisi apposita fuissent, nihil in symbolo certi innotuisset, sed gnomen addita symbolo, iam Parthenia Congregatio Collegij Romani Soc. IESV, cui inscripta est, hoc veluti occulto interioris animi incremento docetur, incrementum dictæ Congregationis non nisi occulto quodam diuinæ inspirations tractu perfici ; in qua dum quisq; boni exempli, sanctæ conuersationis, ac mutuæ ædificationis attractu proximos quosque allicit, sic vt omnes fratrnæ dilectionis & concordiæ vinculis colligati, uberrimam iunctis viribus frugem eo in statu, ad quem eos diuina bonitas constituit, reportent, ac tandem cum beatis mentibus scientur æternum beati. Ecce quanta significationum & contemplationum vel sub uno phrenoschemate copia latet. Eodem prorsus

pa-

pacto, dico, in hieroglyphica doctrina contingit, in qua per abstractos conceptus, vel in unico symbolo, integræ alicuius Philosophicæ speculationis materia & argumentum comparet, ut in sequenti figura, vbi vides statuam variegato throno insidentem Accipitrino


vultu transformatam, cidiari calathoide, cucurbita, & capreolo ei insertis spectabilem, dextrâ thyrum præ se ferentem, sinistrâ iisperiosè aliquid mandantem; quo quidem mysterioso symbolorum apparatu supremi intellectus operationes occultè, non per verborum in discursu quendam concinnatorum modum, sed per idealem quendam conceptum, virtutes in suprema Mente latentes signantem, intellectus contemplatiui vi, veluti in speculo quodam repræsentatum innuuntur; ita ut literaturæ hieroglyphicæ peritus dum schematismum hunc præsentem intuetur, mox diuinæ

mentis operationes, in Mundorum œconomiam imperium, lucis, vitæ, & caloris copiam, quâ omnia producit, animat, conseruat, infinitâ maiestate & potestate coruscans, Numen cognoscat; hic comparet idealium fœtura conceptuum; hic vitæ, lucis, calorisque in omnes Mundi semitas diffusa potestas; hic Mundi sensibilis & elementaris varietas rerum, ac summa consono-dissonorum harmonica miscella, ex immensa diuini intellectus unitate resultans, aliaque innumera, quæ cum alibi exposuerimus, Lectorem eò amandamus.

Iterum in omnibus ferè Obeliscis epigraphes loco vides sequentes ideales diuinorum virtutum schematismos, quos sequitur tandem Accipiter, deinde Bos, iam in singulis lateribus unus, iam triplicatus; quibus quidem nihil aliud, quam diuinæ unitatis in trium Mundorum ordines diffusa vis & influxus, ut passim in hoc Opere demonstrauimus, indicatur. Atque hanc minimè syllabicam esse literaturam, sed intellectualem, vel ipse Aristoteles cognouit, & his verbis docet in sua Theologia Ægyptiaca l. 14. c. 14. *Conceptus animorum acceptos Ægyptij Sapientes scribebant, uti oculata fide legimus, in lapides per figuræ, idem in omnibus scientijs artibusque facientes, quos locabant in templis, tanquam paginas perlegendas, talesque erant eorum libri utensiles; quod fecerunt, ut indicarent etiam, quod intellectus agens immaterialis creauit omnia secundum propriam essentiæ cuiuslibet rationem similitudinemque; quod optimum fuit, pulcherrimumque documentum, &c. Deinde l. 1. c. 1. prorsus huius paulò ante insinuatæ interpretationis rationem his verbis attingit. Nostra in hoc Opere intentio est, considerare Uniuersum secundum mentem eorum, qui docuerunt per notas figurarum adeo occultas, ut non aliis possit ad secreta huiusmodi scientiæ peruenire citra difficultatem, quantumuis ingenij sit subtilis & recti, nec utatur negligentia. Indi-*

Aristoteles.





Ægyptiorum
sapientia à sa-
cra Scriptura com-
menda-
tur.

adeo ipse Plato, & Aristoteles, eorumq; sectatores non tantum assertuerunt, sed tanquam dogma sacrosanctū amplexati sunt. Authoritates circa hoc negotium propositas, vide in huius Tomi vestibulo folio secundo, & in Classe Sexta, Systematica Mundorum circa finem allatas, ex qui-

cant itaque hisce Sapientes, quomodo Deus differt ab alijs, quod Mundus.
A Et tempus existant sub eo; amplius quod Deus est author causarum, quodque creauit singula pro ratione singulorum: Et quod in ijs illuminat Intelligentias, per eas autem medium intellectum, per intellectum vero medium animam uniuersalem, cælestemque, et per animam medium illustrat naturam generabilium corruptibiliumque. Quis non videt, haec aptissimè huic præsenti Iconismo congruere? Vbi globus diuinæ mentis ac triformis Numinis symbolum exhibet, quod pyramidi vertici proximum, ostendit diuinæ Mentis veluti ex centro quodam in omnes Mundorum series ordine consequentes effusionem, primò in Intellectualem seu Angelicum, ut figuræ B docent; deinde in Sidereum C, quem Accipiter Solaris Numinis symbolum exprimit; ac tandem in Hylæum D, cuius Bos typus est, videlicet, Osiris Archetypus & Supramundanus, in Osirin Pantamorphum, Intellectualis Mundi choragum, & hic in Osirin Solarem Siderei Mundi animam, & hic in Hylæum Osirin, Elementaris Mundi præsidem, mirâ quâdam analogiâ diuinorum influxum communicationem continuat.

Ex quibus, ni fallor, luculentissimè patet, nihil aliud hac interpretatione, quam quod dixi, innui posse & debere. Quod bus

bus apertè constat, hanc doctrinam non aliam, quam mysticam & arcanam Supremæ & Archetypæ Mantis explicatricem fuisse. Quod si quis negare audeat, is eadē audaciā summorum humani generis ingeniorum apertè id asserentium autoritatē, imò dicam amplius, vel ipsis sacris literis, se obtrectaturum nōrit, in quibus Sapientia Aegyptiacæ frequens sit mentio, Moysemque in ea institutum manifestè docetur; notum autem est omnibus sublimiorum palæstrarum exedris, Sapientiam non aliam scientiam esse posse, nisi altissimarum rerum in abdito diuinitatis recessu latētium inuestigatricem, prout allata huius Operis fol. 2. primā doceat definitio; ut proinde frustra quis sub hisce symbolis rerum à Regibus Aegypti gestarum historias inquirat: vti enim sapientia artium omnium & scientiarum regina est, ita sibi omnes quoque subditas habet; unde & ordinis necessitate sic postulante in hieroglyphicam doctrinam ex consequenti præter Theologiam, Medicina quoq;, Magia, atque Mathematicæ scientiæ irrepserunt, tanquam à fonte unde omnia scaturiunt dependentes riui. Sed iam hæc omnia luculentius ostendamus.

ARGUMENTVM III.

Hieroglyphica ex mente Aegyptiorum non tantum symbola significativa rerum altissimarum, sed et) ob occultam quandam cum supramundanis causis connexionem, attractiva Numinum, atque ab aduersis præseruativa fuisse.

Symbola hieroglyphica vti ex omnibus mundialium rerum Classibus assumpta fuerunt; ita magnæ quoque virtutis & efficaciæ, ob miram & occultam cum supramundanis causis connexionem fuisse, ex Aegyptiorum opinione amplè in hoc Opere demonstratum ex omnigena eruditione fuit: neque enim quicquam sibi persuadeat, primos huius literaturæ institutores temerè & fortuitò quarumlibet obuiarum rerum imagines ad sacræ sculpturæ institutum adhibuisse, sed eas sibi potissimum, quas longo studio & experientiâ ex abditis naturalium characterismorum sigillis, ad mundanus Geniorum catenas magnam habere similitudinem, proprietatem, & analogiam nōrant, assumendas duxerunt. Quæ quidem tanto putabantur efficaciores, quanto maiorem ad mundanæ alicuius catenæ Numen choragum similitudinem exprimebant; vt proinde hinc Numinum catenæ, quas Saras vocant, originem traxerint; ad quas omnia ea, quæ sive in Sidereis, sive Hylæo Mundo, in quadruplicibus, volatilibus, vegetabilibus, mineralibus, ad Numen certæ catenæ cuiuspiam præsidem, analogiam quadam virtutibus suis præseferre videbantur, tanquam Numini istius catenæ tutelæ commissa, assumerent. Hoc pacto catena Osiriaca, Hermetica, Isiaca, Serapica, Momphæa, atque innumeræ aliæ, quas in Astrologia & Medicina adduximus, erant

Hieroglyphica ad Numina attrahebantur, vim habebant.

Catenarum quas Syras vocant, origo.

Magia origo.

Oraculorum

Amuletaria
artis origo.Hieroglyphic
cal literatura
quid.

certæ quædam rerum ex diuersorum Mundorum ordinibus assumptarum Classes, in quibus singulæ res, quantumvis etiam disparatæ, Numinis catenæ alicui præsidentis virtutes & proprietates exprimebant. Et quemadmodum dictas res ab istiusmodi catenæ Archichorago profluxisse autemabant, ita eam quoque sympathiam cum Numine illo habere credebant, vt illâ positiâ Numen infallibiliter & necessariò, tanquam ad rem vehementer sibi symbolam & maximè appropriatam, afficeretur, attrahereturque; vnde Magia nata est, quâ per magicam inferiorum cum supernis Entibus veluti passiuorum cum actiuis applicationem mirificos effectus producere se posse credebant. Ex hoc fonte quoque Oraculorum architectura profluxit, quâ per dictam Magicam periodam Dæmones in statuas compingebant, eorumque verbis barbaris & prodigiosis ad quæstiones propositas responsa extorquebant; vnde diuinatoria ars natales suos inuenit. Ex hoc denique capite ars Amuletaria reperta, quâ sacra symbola dicto modo catenis mundilibus accommodata, loco periaptorum, ad bonum, quod ambibant, assequendum, ad malum verò, quod fugiebant, auertendum, portabant. Quæ quidem magnæ efficaciæ symbola summâ connexione ad rationes in idearum idea contentas primò quidem in Obeliscorum durissimis fäxis, veluti prototypa quædam æternum duratûr insculpebant; ex quibus deinde quisque sibi depromeret in priuatos vñs, siue bonorum attractiua, siue malorum auersiua periapta prophylactica. Sacerdotes quoque iuxta ideales rationes, quas multiplex symbolorum in simulachris apparatus exhibebat, sacrificia sua, in ordine ad θεμάζωσιν obtinendam, in Adytis peragebant. His itaque suppositis

Dico primò, Hieroglyphicam literaturam in Obeliscis exhibitam nihil aliud fuisse, quâm scientiam theoricam & practicam de Deo, diuinisque ordinibus Mundorum Præsidibus, ex quorum concatenato influxu omnia in Mundorum œconomia administrarentur. Atq; hanc Theoria sectabatur; Practica verò Numinum quam Theoria demonstrabat, quâ propitiandorum, quâ sui iuris faciendorum rationem suppeditabat. Sed hoc ita esse, sic ostendo.

Obelisci mi-
nores inter se
similes sunt.

Si Obelisci, præter hanc Theosophiam aliud quidpiam, vti historias, prophetias, laudes Regum, similiaque continerent; certum est, Obeliscos singulos vti diuersa exhibebant, sic diuersis symbolis, diuersoque eorumdem contextu fuisse insignitos: quod tamen nullâ ratione dici potest, & res ad oculum patet; siquidem vix Obeliscus est, qui non eadem quasi contineat; in singulis non tantum symbola eadem, sed & integræ figuratum syntagma, vti in actuali interpretatione demonstrauimus, ex uno in alium translata spectantur. Et vt paulò proprius rem adoriar; Minores Obelisci, quos Monti-cœlium, Mahutæum, Mediceum nuncupauimus, adeo similes sunt, vt eos sine iniuria eosdem dicere possis. Obeliscos quoque maiores, tametsi fusori pro argumenti ratione contextu signati sint, ad eundem tamen scopum, ad eandem prorsus metam tendunt, in quam minores. Iterum Obeliscus Flaminius & Sallustius, vti ostensum

fuit

suit suis locis, prorsus ijdem sunt. Patet id quoque ex epigraphe omnium ferè Obeliscorum, quæ influxum supremæ Mentis veluti ex centro quodam in vniuersas Mundorum sibi subiectorum Classes diffusum indigitant. Atque adeo idem Ægyptijs contigisse videtur, quod moderno tempore in nostræ Christianæ religionis mysterijs exhibendis praestari videntur; in quibus tametsi diuinitatis mysteria, ut SS. Triadis, Incarnationis Verbi æterni, sub alia & alia ratione depicta videoas, vnum tamen semper & idem, quoad essentialē significationem, exhibit. Quemadmodum itaque Ægyptij supremam causarum causam pro virtutum ab ea promanantium varietate vnâ cum Fundo Paterno, Verbo suo, diuersis omnino modis & symbolorum structura exhibebant; ita hodie SS. Triadis, & Christi in terris peracta mysteria pro conceptu cuiusque passim varia & differenti pictura exprimuntur; ita tamen, vt nullus sere sit, qui dum huiusmodi, tametsi differentes picturas penitus inspicit, non mox quò colliment, intelligat. Idem de Geniorum, Secundorumque, quos Orthodoxa doctrina Angelos nominat, egyptorum varietate sentiendum est. Ut proinde Obeliscos nihil aliud, quam quod dixi, repræsentare ex dictis pateat.

Dixi suprà, Obelicos non Theosophiæ duntaxat maxima quævis sacramenta symbolis suis expressisse, sed & insuper fuisse apud Ægyptiorum existimationem magnæ virtutis sigilla, ad Numina non placanda tantum, sed & eadem attrahenda, & sui iuris facienda, à Sacerdotibus constituta. Quod adeo verum est, vt ad id demonstrandum nihil aliud requiri videatur, nisi vt quæ suprà in Syntagmatis proprijs, de Mumijis, Canopis, Sphyngibus, cœterisque auertuncis simulachris tradidimus, assiduâ comparatione examines: nam ipso facto, nullam ferè siue simulachri formam, siue symboli alicuius egyptpon teorism extare, quod non in ipsis etiam Cbeliscis spectatur, reperties; Argumentum sanè prorsus irrefragabile, omnia symbola nō tantum significativa, sed & effectiva apud in ipsis suis, id est, magnæ efficaciæ Sigilla, quæ Amuleta, Periaptæ, Phylacteria, vel Alexiteria ab Authoribus passim nuncupantur. Cum vero huiusmodi Amuleta nun nisi ad supernas potestates propitiandas dirigantur; certum est, præter hanc, altissimarum quoque rerum, diuinarumque virtutum fuisse symbola, quæ mirum cum supramundanis causis ordinem & proportionem dicebant. Ita dictorum ordinum Choragos, quos exprimebant, ad id quod intendebant impetrandum, reciprocæ & occultæ actionis proprietate, solis Sacerdotibus nota, mirè sollicitari opinabantur, eo ferè pacto (si superstitiona veræ religionis nostræ ritibus compare fas est) quo hodierno die laudabili sanè Christi fidelium instituto sacrosanctæ Crucis, Beatissimæ Virginis, & Agni Dei cæræ sacræ impressæ imagines, medalia, sacrasancta lipsana collo, brachijs, lateribus, tūm ad perpetuam beneficiorum in nos collatorum memoriam, tūm ad honorem & reuerentiam cultumque Deo, Christo, Beatæ Virgini, Sanctisque debitum attestandum, tūm denique in aduersis succursum viuâ fide impetrandum, laude dignissimâ consuetudine, portare consuevimus: sicut enim hæc efficacia conceptæ in Deum Sanctosque fiduciaz sigilla,

Hieroglyphicæ ad Numina attrahenda putabantur efficacia.

quæ-

quædam, mirè Deo beneplacita, & quæ Deum ad gratiam animæ amoris in Deum affectibus agitatæ conferendam, hâc veluti dispositione præuiâ sollicitant. Differentia itaque præscæ religionis in hoc tantum intercessit, quod Sapientes vero fidei lumine destituti, ac proinde Satanicæ illusionis versutia in transuersum acti, latricum soli Deo debitum cultum ipsis creaturis & insensatis rebus attribuerint. Sed ad institutum nostrum reuertamur.

Continebant itaque Obelisci, non tantum symbola rerum diuinarum significatiua, sed & effectiua Numinum attractus; quin ipsi singuli Obelisci, tûm in templis, tûm locis publicis, veluti prototypon quoddam seu catholicum ex innumeris particularibus constitutum Amuletum, mysteriosa pyramidis figura spectabile præseferebant; quod quâm diu duraret, tamdiu tellurem Ægyptiam, Deorum immortalium, quos referebant, munere, ab omni hostium assultu, bellorumque sinistris euentibus immunem fore sibi persuadebant, vti alias passim docuimus.

Ægyptiorum intentio in Obeliscis erit gendis.

Cùm itaque Obelisci tales sint; certè hinc concluditur, aliam pri- scos Sacerdotes in Obeliscis tûm erigendis, tûm tanto figurarum apparatu insigniendis intentionem nullam habuisse, nisi eam, quâm tûm paulò antè, tûm in operosis apparatus huius Oedipi passim demonstrauimus. Manet itaque, interpretationem nostram verè & genuinè ad Veterum mentem esse institutam.

Hieroglyphicorum interpretatio diffedit.

Sed obijciet hoc loco forsan nonnemo hisce verbis: Fuisse hanc Veterum Mystarum sapientiam, & in hoc constitisse, minimè abnuo; verùm cùm hæc tantum sub vniuersalibus quibusdam conceptibus demonstrata sit, non proinde video, quomodo ad particularia, aut quibus subsidijs descenderis, aut singula verè ad mentem Veterum descripseris. Sed qui huius Operis contextum ritè examinauerit, & Epistolam parenæticam accentè legerit; apertè videbit, nihil eorum me, siue vniuersalia, siue particularia species, præteriisse, quorum rationem non reddiderim. Fateor tamen, nonnullorum symbolorum typos adeo primâ fronte mihi ignotos visos esse, vt parum abs fuerit, quin cum Apuleio ignorabiles dixerim. Quia tamen constans & impertæsus animus omnia vincit; hinc factum est, vt omnia cum omnibus, & singula cum singulis combinando, quod primò incomprehensibile, id vnda prudente vndam, non dicam adiuuare, sed facile diuini Numinis gratiâ, visum fuerit. Et prima quidem difficultas sanè maxima, tûm in instrumentis, vasis, sceptris, similibusque, tûm in animalium specie genuina dignoscenda, quæ omnia rudi tantum.

Hieroglyphicorum notitia quibus subsidijs acquiescevit Author.

Mineruâ saxis incisa spectantur, occurrebat. Verùm diuinâ potius, quâm humanâ dispositione factum est, vt nihil ferè in monumentis Ægyptiacis ruditer tantum expressorum symbolorum occurreret, quod inter Museorum latibula idolis & fragmentis, vti & Amuletis hieroglyphicis, politissimè incisum non repererim: vt proinde genuinæ animalium species, vti & dictorum instrumentorum, sub simili figurarum, quo in Obeliscis exhibebantur, Syntagmate, mox innotuerint. Accessit hisce non Latino-rum duntaxat, Græcorumque, sed & Hebræorum, Chaldæorum, Arabum- que,

que, ut & Coptitarum authoritas, quâ dictæ res ita confirmabantur, ut eorum verba adduxisse, vel totum mysterium explicasse, prout toto hoc Opere passim demonstratum vides, sufficeret. Fontibus itaque vniuersalium detectis, nihil facilius fuit, quām riuulos vndiquaque diffusos, id est, particularia, detegere; cùm hæc ab ijs tanquam effectus à causa, ideatum ab idea, signatum à sigillo dependerent; adeoque fieri non potuerit, ut diligenti mentis indagine ex uno in alterum transilientes, tandem in particularium notitiam non deueniremus. Vides itaque Lector beneuole, quibus subsidijs, quā arte in vniuersalem paulatim hieroglyphicorum notitiam deuenerim; atque adeo verè inferre possum, hanc, quam hoc Tomo protulimus hieroglyphicorum expositionem, non fictam aut commentitiam, sed veram & genuinam, à Priscis intentam, esse. Quod ita ostendo.

Hieroglyphica Ægyptiorum Sapientia, testantibus omnibus Veterum Scriptorum monumentis, nihil aliud erat, quām scientia de Deo, diuinisque virtutibus, scientia ordinis Vniuersi, scientia Intelligentiarum Mundi præsidū, quam Pythagoras & Plato, teste Plutarcho, ex Mercurij columnis, id est, ex Obeliscis didicerunt. At hanc nos toto hoc Ope re non tractauimus tantum, sed & eam, quæ abditis hieroglyphicorum inuolucris in dictis columnis comprehendebatur, exposuimus: Ergo. Si enim aliam contineret præter dictam scientiam Theosophicam, illa vel Mathematica, aut Historica, aut Physica, aut Moralis foret: sed iam in præcedentibus demonstratum fuit, nihil horum in Obeliscis contineri, & non contineri quidem posse. Aliam itaque non exposuimus, nisi quam diximus, veram & genuinam Ægyptiorum sapientiam, in cognitione Dei, diuinarum virtutum, eiusque in vniuersas Mundorum series diffusione consistentem: reliquas enim scientias Mathematicas, Physicas, Morales, Diuinatorias, quas in publicis palæstris tradere solebant, non hieroglyphicis, sed lingua omnibus notâ, & idiomaticâ, quam Pharaonicam & Coptam appellamus, Ægyptij consignabant. Et ut hieroglyphica Sapientia maximarum rerum arcanarumque sacramenta continebat, ita quoque non nisi ijs, quibus ad Regni solium spes erat, Sacerdotalis ordinis hominibus, sub arcto & rigoroso silentio in Adytis, ut probatum fuit, tradebatur. Cùm enim totius Regni spes & salus, in sola Numinum tutela, posita videretur, Numina verò hieroglyphicæ sapientiæ cultu & religione, mirum in modum in Regni conseruationem sollicitari crederentur; certè nulli maiori iure ad eam addiscendam tenebantur, quām Sacerdotalis ordinis homines, è quorum numero primus Rex erat, qui per sacrificia, iuxta hieroglyphicas leges instituta, consortio Deorum beati, vel ipsis Numinibus imperare, mala Regno imminentia auertere, atque adeo Regnum ab omni hostili assaultu tutum securumque solis hieroglyphicorum Amuletorum præsidijs reddere se posse credebant. Sed vide quæ de hisce copiosè in Politica Ægyptiorum, & alibi tractauimus. Quòd si quispiam versutioris ingenij, aliam nostrâ hâc præfenti traditâ meliorrem, magisque Ægyptiorum ingenio mentique consentaneam attulerit,

Hieroglyphica sapientia quid sit.

Hieroglyphica doctrina vera hoc Opere exposita.

Hieroglyphica doctrina solis Sacerdotibus tradebatur.

ei non tantum me subscriptum, sed ambobus illam brachijs me amplexum polliceor,

ARGUMENTVM IV.

Consensus omnium Philosophorum, & Poëtarum, circa Theologiam Aegyptiorum, demonstratur.

Trismegistus
hieroglyphicorum
institutor.

Hermes Trismegistus, Agyptius, vti primus Hieroglyphicorum institutor, ita meritò totius Theologiæ & Philosophiæ Aegyptiacæ Princeps & Parens, primus fuit omnium & vetustissimus inter Agyptios qui de diuinis rebus rectè sensit; suamque de ijs opinionem veluti æternum duraturis lapidibus & ingentibus saxorum molibus insculpsit, vti fusè alias probatum fuit. Ab hoc, quidquid Orpheus, Musæus, Linus, Pythagoras, Plato, Eudoxus, Parmenides, Melissus, Homerus, Euripides, cœterique laude dignum de Deo, diuinisque rebus protulerunt, profetum esse, non Ethnici tantum veteris Philosophiæ commentatores, sed & orthodoxa Sanctorum Patrum monimenta sat superque demonstrant. Et primò quidem Trismegistus in Pimandro & Asclepio Deum vnum & bonum essentialiter asserit, quem deinde reliqui Philosophi secuti sunt. Verum ut hæc omnia pateant, totidem singula paragraphis expediemus.

§ I.

De unitate & bonitate Dei, vti & rerum omnium causa, & rerum principio productio.

Trismegistus
Dei Unitatem
cognovit.

Trismegistus.

Trismegistus ex Ethnicis primus diuinam descripsit Unitatem. Patriarchis enim primitus didicerat vnum esse Deum, cœli terræque Conditorem omnium supremum; ob id in secunda parte Pyramidi sermone primo sic loquitur Mens ad Mercurium. Quod autem hæc omnia genita sint, ò dulcissime mi Mercuri, nequaquam opus est, vt me differente perdiscas; nam corpora sunt, habentq; animam, & mouentur. Hec autem in vnum congregari absq; congregantis virtute impossibile est. Oportet igitur aliquem esse talem, & penitus vnum. Nam cum multi varijque sint mortuus, & dissimilia corpora, unus autem ordo velocitatis in omnibus; impossibile est duos, aut plures esse factores: neque enim ordo unus servaretur in multis. Præterea qui inter illos imbecillior esset, potentiori nimium inuidaret, ex quo seditione quædam exoriretur... Itaque si unus eorum Author mutabilium animantium extitisset, cuperet quoque immortalia gignere, quemadmodum genitor immortalium affectaret mortalitia. Quinetiam una existente anima, unaque materia; ad quemnam illorum potissimum fabricatio pertineret? Quod si ad utrumque, ad quem Provin- cia maior? &c. Et paulò inferiùs: *Esse itaque borum omnium unum Au- thorem præ ceteris, est conspicuum;* nam anima una, vita una, unaque mate- ria.

ria. Quisnam iste? Quis alter præter unicum Deum? Num alteri cuiquam, quam soli Deo conuenit procreare viuentia? Unus itaque Deus Mundum unum esse confessus est, Solem unum, unicam Lunam, unam quoque diuinitatem, ipsum verò Deum quotum vis esse? Unus igitur singula facit in multis. Sic ibi. Subdit autem quasi horum rationem reddens. Num censes arduum quidam & laboriosum Deo, vitam, animam immortalem, mutationemque efficere? Dum enim tu tot tantaque potes, vides, audis, odoras, gustas, tangis, loqueris, graderis, spiras, intelligis, nec alter est in te qui videt, quiue audit alter, nec loquitur unus, graditur aliis, hic odorat, ille gustat, hic spirat, intelligit ille, at unus hæc omnia præstat, neque etiam possibile est illa sine Dei numine fieri. Ut enim qui cessat ab his, non est amplius animal, sic qui ab illorum constructione cessaret, minimè Deus; id autem suspicari nefarium. Quod si concessum est, nihil in rerum natura consistere, cui non insit naturalis quidam agendi vigor, simulque certi operis exequitio: quantò magis assuerandum est Deo non deesse potestatem omnium & effectum? Nam quicquid otiosum, imperfectum; imperfectum dicere Deum nefas. Facit igitur unus omnia Deus. Sic ille.

Deus unus
iuxta Trismegistum.

Altissima & profundissima est hæc Mercurij Theologia, quandoquidem viuis rationibus diuinam probat unitatem; quotquot verò alij de Dei unitate disputatione, ijsdem usi sunt rationibus, ut Xenophanes Cœlophonus, Zeno Citticus, & Aristoteles Stagirites. Hinc Parmenides, hinc Melissus omnia quoad unitatem Dei desumpserunt. Ab hoc Empedocles didicit, omnia ab uno profecta visibilia, inuisibilia, præsentia, præterita, & futura, quicquid mari terraque nascitur, feras, aues, pisces, demum & Deos ipsos; intellige, Angelos. Huius igitur vetustissimæ Philosophiæ primum Sacramentum fuit Dei unitas, quod admiratus & imitatus Pythagoras ab Ægypto reuersus, sub ænigmatica numerorum significatione propalauit dicens. Unitas radix omnium, fons & origo, Unitatem appellans Deum, quod Syrianus Simplicij Præceptor in Metaphysicis apertissime scripsit, ubi collaudans & defendens sententias Pythagoræ & Platonis de numeris, sic perhibet. Archemachus & diuinus Plato, quos secutus est Plotinus; qui quidem Viri Unitatem dicebant Deum, ut Unitatis in rebus omnibus causam, omnisque rei vitæque Authorem. Eudoxus etiam referens placita vetustæ Theologiæ, præcipue Pythagorærum, Authore Simplicio primò Physic. ait: Et secundum alium modum, principium dixerunt omnium rerum ipsam Unitatem, quod ab ea nata sunt omnia, etiam materia prima. Damascius Platonicus ad aures Pythagoræ de Unitate differens scripsit. Unitas tanquam Sol procul obscurè quasi videtur; si proprius acceperis, obscurius; demum ceterarum rerum tollit apprehensionem. Verè igitur est lux incomprehensibilis, inaccessible, & profundè Soli comparatur, in quem quod magis intueraris, eò magis cœcutias & caligēs, oculosque stupefactos reportes. Rursus ait Damascius. Unitas honoretur silentio. Et alibi. Unitas omnia producit. Ferax rerum omnium Unitas. Hæc autem, & si quæ alia sunt, à Trismegisto desumpta cognoscuntur, qui eodem pariter modo de Unitate philosophatus est, dum in quarto sermone Pymandri sic scripsit: Monas, id est Unitas, omnium principium, radix, atque origo, absque,

Philosophi
Veteres Dei
Unitatem à
Trismegisto
didicerunt.

Pythagoras.

Unitas secun-
dum Pytha-
goram Deus est.

Damascius.
Unitas, id est,
Deus rerum
omnium prin-
cipium.

Trismegistus.

vero principio nihil. Initium autem ex nullo, nisi ex se ipso dependens. Initium autem non est principij, sed alterius. Mens ergo principium omnem numerum continet, à nullo contenta. Et paulò inferius. Id sanè quod augescit, virtute Monadis augescit: evanescit autem inbecillitate propriâ, cùm alterius Monadem capere nequeat. Hinc non sine causa circulo usus est veluti hieroglyphico quodam Vnitatis diuinæ. Quæ omnia fusè prosecuti sumus in 12 Classe Tomo II. quæ est Theologia Ægyptiorum, & in Geometria hieroglyphica. Hunc secutus Anaxagoras Clazomenius, cuius hæc est sententia; Mens author vna omnium quæ cernimus. Omnia inquit simul erant, deinde accessit Mens, eaque composit. Scitiùs sanè Pythagoras Deum absolute Monadem dixit; Ipse, inquit, extra Mundum est, quia infinitus est, in ipso etiam est totis in toto, omnes circumquaque considerans generationes; quæ omnia hieroglyphicâ ratione inuoluta ab Ægyptijs iam læpe exposuimus. Sed audiamus aurea Pythagoræ Carmina.

Pythagoræ
sententia de
Deo.

Si quis Deus præter vnum? is debet
Mundum hunc parem condere, & dicere, hic meus est,
Nec solum condere, & dicere, hic meus eit, sed habitare,
Ipse in eo quem fecerit, hic autem ab eo factus est.

Parmenidis
de Deo sen-
tentia,

Digna sanè Pythagorâ sententia. Cùm enim opus Dei sit Mundus, quisquis se Deum dicit præter vnum illum Deum Mundi effectorem, alterum Mundum producat necesse est, ut se Deum comprobet. Quem secutus Parmenides, tanta de Deo sublimitate discurrit, ut Christianus Theologus altiora dicere vix possit. Hic Socratis Præceptor, & Ægyptiorum Discipulus cùm diuinam considerasset naturam rerum omnium fontem, altius eleuatus Deum ipsum congruentissimâ vocis significatione, *Id quod est*, appellavit, atque id ipsum, vnum, immobile, immateriale, inuariabile, infinitum, æternum, ingenitum, & independens esse voluit, atque hanc ob causam omnia vnum esse, & vnum omnia arbitratus est; contra quem temerè inuehitur Aristoteles i. Physic. damnans eum quòd omnia confuderit. Etenim nec de materialibus rerum principijs egit Parmenides eo in loco, in quo reprehenditur, quæ constat alibi explicasse; sed de principio principiorum omnium Deo, qui unus quidem est, & solus, & in quo omnia sunt vnum. Etenim in eo sunt omnia, & in omnibus ipse est solus.

Parmenides
quo sensu vo-
cet Deum
finitum.

Deum igitur per id, quod est, intellexit Parmenides, atque illud ingenitum, & ab interitu alienum, sine principio, sine fine assuerat, integrum item & vniogenum, seu totum & vnum. Ei etiam conuenire illud simul totum, & quòd in eo nullum locum habeat id, quod non est, & præterea quod diuidi nequeat, sitque immobile in omni specie diuisionis & motus, & quod eodem modo & similiter se habeat, & quod sit extreum, id est, finis omnium; qua de re illud finitum appellat, quasi dicat, absolutum, perfectum, & completum. Finitum enim perfectionem quandam & absolutionem indicare consuevit, ex eo quòd imperfectum quod ha-

be-

betur, id infinitum, hoc est, si ne frustrari & egere dici consueuerit. Vnde à posterioribus Theologis infinitum priuatiè dici solet, quia priuatum est congruenti fine, quo modo infinitam primam materiam dixerunt multi, hoc est, debita formâ & termino suapte natura carentem. Deum autem, cuius virtutis & potestatis nullus terminus, nullus limes, finis est nullus, negatiè dixerunt infinitum. Quare primâ illâ acceptione infiniti, qua infinitum pro carentia perfectionis capit, Parmenides primum illud Ens noluit infinitum haberi, sed finitum & perfectum; vnde cecinit:

*Permanet id firmum, valida illud namque coercet
Vn finis.*

Quasi nihil ei perfectionis addi possit, cùm nulla re indigeat. Si enim Deus (vt inquit Simplicius 1. Physic. comm. 3.) est id quod est, nulli re indiget, & est perfectus; quod autem perfectum est, habet finem, & non est expers finis; quod autem finem habet, finitum est. Finitus ergo est, id est, completus, in essentiæ perfectione, licet virtute infinitus. Atque hoc modo à Parmenide & Melisso, modò finitus, modò infinitus appellatur. Quod etiam à Bessarione obseruatum est primo libro contra Trapezuntium, licet id optimè explicet citato loco Simplicius, ubi Xenophanis ac Parmenidis sententiam, dicentium vnum esse & finitum principium, cum Melisso concordat asserente illud vnum esse & infinitum: illi enim finitum appellant perfeatum, quod omnibus finis & termini causa sit, sicut est etiam omnium principium; ille verò pronunciauit infinitum, quia infinitam in eo considerauit tūm in vigore, tūm in duratione potentiam. Indivisible etiam illud esse voluit, & simile sibi vndique totum; quod desumpsit à Trismegisto, qui 2. parte Pythagorici, sermone primo sic inquit: *Nihil quippe simile eius est, quod dissimile, solumque & unum est.*

Sed vide quò Parmenidis cognitio peruerterit, vt id quod est, idem manens, & positum quoque per se esse dixerit, non indigum, non egenum? non enim bonorum nostrorum eget Dominus, sumque intelligere idem esse contendit cum Intellectu, & re quæ intelligentia percipitur. Ex omni etiam vndiq; parte integrum nominat, & in totis finibus æquum, instar circuli, qui circumferentiam habet lineis omnibus æqualem. Quā fortasse ratione moli orbis benè tornati illud persimile asseuerat, vt eius perfectionem, & absolutam in omnibus monstrat æqualitatem: sicut enim æqualis est vndique circulus, sic etiam vndequaque uniformis est DEVS. Id autem ab eo poëticè dictum putat Simplicius, sicut etiam ab Orpheo dictum existimat.

Sed & alij quoque Deum vel circulum, vel circulo similem esse designarunt. Primus enim omnium Trismegistus Deum dixit esse Sphæram Intellectualem. Democritus quoque Deum in igneo circulo contineri demonstrauit ex Gal. lib. de hist. Philosophica. Aegyptij Deum etiam ex circuli hieroglyphico intelligebant, sicut & Persæ Iouem Cœli circulum nuncupabant. Verūm Parmenides id habuit à Xenophane

Parmenides.

Simplicius.

Finitus quo sensu dicatur Deus.

Trismegistus.

Circulus est DEVS, ex Parmenidis & aliorum sententia.

Præ-

Præceptore, qui Dei substantiam rotundam esse & globosam asseruit, nihilque cum hominibus habere commune, ex Laërtio in vita Xenophanis; omnes ab Hermete, qui hieroglyphicè Deum diuinaque semper per circulum expressit.

Parmenidis
Theologia
nostræ summis
est.

Hæc igitur altissima illa est Parmenidis Theologia, nostræ quidem valde consimilis, quæ credit Deum à se, ex se, & per se esse, esseque ingenitum sine principio, sine fine, immateriale, indiuisibilem, perfectum, æternum, esse in omnibus, esse omnia, idem ipsum, per se positum, independentem, inuariabilem, impermixtum, incomprehensibilem, inestimabilem, quod nec substineri, nec ferri, nec indagari possit. Vnde enim, & quò, & vbi, aut quomodo, aut qualis sit, ignotum est, ut præter nostros Mercurius etiam in Asclepio scriptum reliquit. Ex quibus patet Parmenidem non inter Physicos, sed inter Theologos esse numerandum; sua enim dogmata profundo indigent natatore, vel Platone ipso teste in Parmenide. Theologum autem appellant eum, & Xenophanem eius Præceptorem Theophrastus ex Simplicio, Nicolaus similiter Damascius, & Alexander Aphrodisæus ex eodem; ut profectò accusandus sit Aristoteles, qui scripta illius de Deo uno, ingenito, incorruptibili, æterno, inuariabili, infinito, ad principia naturalia traduxerit, eumque reprehenderit, quod dixerit principium rerum omnium unum & immobile.

Aristoteles
male repræ-
hendit Par-
menidem.

Melissus de
Deo senten-
cia.

Melissus.

Melissus igitur Parmenidis Præceptoris vestigia secutus eadem profectò de Deo protulit, quem similiter, id quod est, appellauit; hoc unum addidit, quod nihil de Deo definiendum censuit, neque enim illius certam dicebat à nobis haberi cognitionem ex Laërtio. Ipse autem primum omnium Ens, quod unum, verum, ingenitum, incorruptibile, infinitum, independens asseruit, hac methodo rationis investigauit. Sic enim incipit opus suum, ut primo Physic. refert Simplicius comm. 18. Si nihil quidem est, quomodo de eo dicitur aliquid tanquam sit aliquid? Si autem est aliquid, aut est genitum, aut semper est. Sed si est genitum; vel genitum ex eo quod est, vel ex eo quod non est: sed neque fieri potest, ut ex eo quod non est, fiat aliquid, nec aliud quidem nihil quod est, multò autem magis id quod est absolute: neque ex eo quod est; ita enim illud fuerit id, quod est, non autem fieri, aut gignetur. Non gignitur ergo id quod est; est ergo semper id quod est. Neque interierit id quod est; neque enim fieri potest, ut id quod est, mutetur in id quod non est, neque in id, quod est: ita enim manserit, & non interierit. Non ergo genitum est id quod est, neque interierit; semper ergo fuit, & erit. Sed quoniam quod genitum est, habet principium; quod non genitum est, non habet principium. Id autem quod est non genitum, non habuerit ergo principium. Præterea quod interierit, habet finem; si quid autem est, quod non possit interire, finem non habet. Quod autem non habet principium, neque finem, est infinitum; est ergo id quod est, infinitum; si autem infinitum, unum est; si enim duo fuerint, fieri non poterit ut sint infinita, sed inter se fines habuerint. Infinitum autem est id quod est. Non sunt ergo plura quæ sunt. Unum est ergo id quod est. Atqui si unum est, est immobile. Id enim quod est, est sibi ipsi semper simile; quod est autem simile, neque perierit, neque maius evaserit, neque in aliud ornatum conuerti posse;

terit, neque vlo dolore aut molestiâ afficietur. Si quid enim horum in eum caderet, nequaquam vnum esset. Quod enim aliquo motu mouetur, ex aliquo & in aliquid aliud mutatur. Nihil autem erat aliud præter id quod est, id ergo non mouetur, cum præsertim nihil sit vacuum eo quod est: non mouetur igitur id quod est, secedere enim non potest, cum nusquam sit quod est vacuum. Vacuum autem nihil est. &c.

Vniuersam profectò Hebræorum & Christianorum Theologiam in his licuit agnoscere. Deum enim appellat Melissus, sicuti & Præceptor eius Parmenides; id quod est, secutus non tantum Moysem Exodi tertio, verum etiam & Trismegistum in Asclepio cum dixit; *Solus Deus est, & merito solus ipse in se, & à se, & circum se totus, plenus atque perfectus.* Isque sua forma stabilitus est, nec alicuius impulsu, nec loco moueri potest, cum in eo sint omnia, & in omnibus ipse sit solus. Sic ille. Hac de causa Melissus id quod est, principio & fine carere afferuit, quia ingenitum & à se est. Quod si ingenitum, & nunquam interitum sit, infinitum merito dicitur: si infinitum, vnum; neque enim duo, vel plura potuerunt esse infinita, cum inter se finis habeant: & si infinitum, immobile, & sibi semper simile, non diffusum, non fluens, non distinctum, sed totum simul, semper idem, semper plenum, semper perfectum; non igitur mouetur, quia ex aliquo in aliud non mutatur, nec de loco transit in locum, cum impleat omnia, contineat omnia, ad omnia se extendens: ut enim dicebat Trismegistus. *Extra Deum nihil; extra nihil Deus.*

Hæc est illa altissima Melissi Theologia de Deo, quam reprehendit Aristoteles, eam deducens ad Physica. Hoc est illud Ens vnum, quod & Plato quoque tradidit in Parmenide, eius excellentiam celebrans. Hoc etiam est illud vnum, quod Aristoteles, parum sibi constans, in opere quod dicitur Metaphysica, adeo celebrauit exclamans, Deos plures esse non posse, & necesse esse vnum esse Deum. Multorum, inquit, haud bonus est principatus, nolunt enim Entia male disponi. *Vnus ergo sit Princeps, unus sit Rex.* Hoc idem est Ens illud vnum, cuius Intelligere & Intellexus idem est cum re quæ intelligentiâ percipitur, sicut dixit Parmenides, & à quo illud ipsum mutuatus est Aristoteles tertio de Anima. tex. 19. Hoc est illud Ens vnum Parmenidis intransmutabile, simplex, purum, sincerum, & quod nullius eger, à quo mutuatus Aristoteles 1. de Cœlo tex. 100. scripsit, *Divinum ipsum intransmutabile esse necesse est omne primum, ac maxime summum; neque enim habet prauitatem ullam; neque indigens suorum bonorum vlo est.*

Sed & Plato in Parmenide hæc eadem ab horum Theologorum fontibus hausta confirmavit, ut vel ex his agnoscas altissimè hos Viros de Deitate locutos. In eo enim Dialogo, in quo de uno edisserit Plato, similia profectò docet, quæ Parmenides & Melissus de Deitate statuerunt. Hæc autem hinc inde per Dialogum illum sparsa sic in vnum collecta sonant ex Camperio libro tertio de Platonica Philosophia cap. primo. *Vnum ipsum (inquit Plato) non multa est, nec partem, nec totum, nec principium, nec finem, nec medium habet, infinitum, informeque est, nullo loco circumscribitur,*

Melissi Theologia nostra similis est.
Trismegistus.

Trismegistus

Aristoteles
malè repre-
hendit Melis-
sum.

Platonis de
Deo senten-
cia.

bitur, nusquam permanet, nullo siue loci, siue alterationis motu mouetur, ne^c ullo modo fit, nec sibi alterius idem aut diuersum est, nec simile aut dissimile, nec æquale aut inæquale, nec antiquum aut nouum, nec in tempore ullo, sed omnino siue tempore, quamobrem nec generatum, nec generatur, nec erat vñquam, nec modo factum est, nec fit, nec est, nec post fiet, nec generabitur, nec erit, nec substantia particeps seu Princeps est. Ista enim verba, erat, fiebat, generatum est, præteritum tempus significant; erit autem, & fiet, & generabitur, futurum; est verò, & generatur, & fit, praesens. Quod autem nulli subiacet temporis, id nec erat, nec est, nec erit. Ex quo sic, ut nullum etiam nomen ei inditum sit, nulla definitio detur, nulla scientia, nec dicitur, nec cogitatur, nec cognoscitur, nec ab aliquo ente sentitur. Hæc Platonis verba sunt in Parmenide, licet ex multis pauca collecta.

Plotini de
Deo senten-
tia.

Sed & Plotinus libro quinto Enneadis 6. hoc ipsum multis confirmavit, probans quod Ens vnum idemque existens simul sit vbiique totum. Quæ prosector à Parmenide & Melisso deprompta, Plato primus accepit, atq; ipse postmodum tanquam à Theologicis fontibus haustæ propalauit. Multis etiam ibi probat, omnia vnum esse, ut Parmenides Melissusque dicebant, non quidem individualis essentiæ vnicate; id enim nullus dixisset; sed quia omnia sint in uno tanquam in idea, & ab uno tanquam à principio effluent, & ad vnum tanquam ad finem naturali quædam desiderij inclinatione reducantur & confluant. Plura ibi de his, quæ altissimæ huic Theologiæ consona, reperies, quam Parmenides & Melissus tradiderunt.

Delphici tem-
pli inscriptio.

Templum Delphicum, Plutarcho teste, hanc inscriptionem præsebat, Ei: id est, Es; in quod ingredientes Deum salutantes dicebant si, id est, Tu es; quasi dicerent, Tu solus vnum es, in quo nihil prius est, nihil posterius, nihil futurum, nihil præteritum, nihil antiquius, nihil recentius; sed vnum cum sis & verum Ens, in vno nunc sempiternam impletæ durationem, & huius ratione quod esse dicitur, verè es, non futurum, non præteritum, neque ortum, neque desitum. Quibus omnibus Orthodoxi Scriptores consentiunt.

Non sine causa itaque Aegyptij incomprehensam Dei naturam expressuri Sigalionem pingebant puerum dito silentium suadentem, quo innueretur, Deum incomprehensem non tam curiosâ inuestigatione, quam sacro silentio colendum & adorandum. Verum qui hæc omnium luculentius cognoscere desiderat, is adeat Sphyngem Mystagogam, Arithmeticam, & Geometriam, vti & Musicam, & Theologiam hieroglyphicam, vbi omnia de Deo, de bonitate, prouidentia eius, & quomodo ab uno igne omnia, quomodo in creaturas influat, amplissimè iuxta mentem Veterum hieroglyphicè descripta reperiet. Quæcumque enim dicti Authores de diuina natura fusè tradiderunt, illa omnia ex columnis Mercurij processisse is solus nescire poterit, qui interpretationes hoc Opere allatas non penetrauerit.

Consecrarium.


EX dictis patent Illationes illæ sequentes. Si Deus bonum, vnum, principium & primum est, ergo ante primum nihil, post primum omnia, à principio omnia, à bono omnia, à supremo triuno Numinе omnia: ab uno vnitas primæua, ab unitate primum vnitates omnes, ab unitibus essentiæ, ab essentijs vitæ, à vitiis mentes, à mentibus animi, ab animis naturæ, à naturis qualitates, à qualitatibus formæ, à formis corpora; hæc omnia in Mundana hac vniuersi domo continentur; per quæ quidem omnia à primo ad ultimum descensus, & ex ultimo ad primum, ad Deum ascensus reditusque paratut. Ecce totius Ægyptiacæ Philosophiæ compendium.

Theologie
Ægyptiorum
compendium

§ II.*De triuno principio Aegyptiorum dogmate.*

Agyptios triunum rerum omnium principium credidisse, quod & triforme Numen vocant, è Suida passim ostendimus, quod & globo alato Serpente fœto hieroglyphicōs exprimebant. Hoc dogma omnes ferè Pythagoricæ & Platonicae Scholæ sectatores amplexati sunt. Quo modo autem triunum in uno cognouerint, aperiam.

Triunum
Deum Ægy-
ptij cognoue-
runt.



Ex Hermeticis fragmentis colligitur, à principio, ab uno, à Deo facta esse omnia; sine principio enim factum est nihil; principium autem ex nullo, nisi ex seipso; at principium, vt demonstratum est, vnum ipsum est, vnum quoque & monas apud eundem Hermetem idem sunt, ἡ μονὰς ταῖρων εἰς αἴχνην, τοι πίλατος, τοι πάσιν ἔστι. Est enim Monas omnium principium, εἰς radix in omnibus existens. Monas ergo cùm principium sit, omnem numerum continet, à nullo contenta; omnem numerum generat, à nullo alio numero genita. Vnde non sine ratione ab Hermete μονὰς πατέρικη, Monas paterna dicitur; si paterna est, ergo generat; at quid? id nimis, quod post ipsum primum est natura, duo videlicet. Duo ergo ante omnia generat Monas. Ταῦτα δέ μονάς, η δύο γενναῖς, protensa εἰς Monas, quæ duo generat, dicit Zoroaster; quam & dyadem nominat apud Patrem sedentem, οὐας γόνος τῷ πατέρᾳ τῷ καθεδῃ, Dyas verò apud hunc sedet; Monas itaque dyadi iuncta triadem constituit, quam vbique fulgere docet, πατέρι γόνοι κόσμῳ λέμπεται, ής μονὰς αἴχνη. Toto enim Mundo trias fulget; cuius Monas Princeps est. Tota autem hæc Monas iuxta eos tria principia euadit (quia tria hæc vnum principium sunt: quæ Mundo dominantur, vt omnia eis seruant: αἴχνης γόνος ζεύς ή διός λάβας δύος δέντρον αἴπαντα, tribus enim hisce principijs, accipias, seruire omnia. Hinc Monadem illam sæpe patrem vocat, & primum principium secundum verò πατέρικὸν νόον ἀντογένεθλον

Monas om-
nium prin-
cipur & radix
quomodo.

Dyadem ge-
nerat Monas.

Zoroaster.
Zoroastri de
Trinitate sen-
tentia.

potentiam patris nominat, his verbis, & διά την θωματικήν σύνασιον τοῦ. Neque in sua potentia clausit proprium ignem. Tertium verò principium Mensem secundam vocat, πάντα τὸ οἰκτέλετε πατήρ, καὶ τῷ παρέδωκε θύτερῳ. Omnis perfecit Pater, εἶ Menti tradidit secundæ. Mensem vocat secundam, quia illa ἀυτογένεσθαι per se & ex se genita est prima, estque terminus fundi paterni, ita tamen ut maneat in fundo paterno, μήτε θεοῖς αλλ' εἰ μηδον ἐν τῷ πατέρικῷ βαθῷ. Hanc præterea ἀπεγόν τῷ τῷ πνείσ τεχνίτης κόσμος, καὶ τῷ νοῦ νόος.

Ex se ipso operantem, Mundi artificem, Mensem Mensis vocat. Trismegistus verò παῖτων Τρικύρος, καὶ Θεοὺς, καὶ πνεύματος, καὶ ζωῆς, καὶ θωμάτων, καὶ νοούντων, καὶ πνεύματος, vocat, & in unitate trinum his verbis asserit: Una sola lux fuit intellectualis ante lucem intellegibilem, εἶ fuit semper Mens Mensis lucida: εἶ nihil aliud fuit huius unio, quam spiritus omnia connectens, semper in se existens, αὐτὸν οὐτεν τῷ, καὶ φωτὶ, καὶ πνεύματι παῖται πελεχών. Semper sua Mente, εἶ luce, εἶ spiritu cuncta continens. Vbi sanè per mentem, lucem, spiritum nihil aliud innuere videtur, nisi Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Et hoc ita eum sentire, expresse docet citato loco. Ex mente, inquit, prima lucidum Verbum Filius Dei, idem cum Patre, & τὸ δύσαράπ' αλλήλων. ἔνωσις τὸ τέτων οὐ ξων.

Neque enim distant à se inuicem, sed unio eorum est vita, & alibi quoque eam τὸ δύναμις τοῦ πνεύματος, id est, Patri consubstantiale dixit. Mente vero cum Verbo septem condidisse, ait, Rectores, qui sensibilem Mundum circulis continent. Οὐδὲ λόγος αὐτὸς περιγράφων παῖτελεῖς οὐ καὶ γόνιμος, καὶ δημιουργὸς οὐ γονίμων οὐδεὶς. Verbum enim ex eo procedens perfectissimum existens, in secundam naturam decidens, generativam aquam gravidam fecit. Τὸν παῖτα κοζμον ἐποίησεν οὐ δημιουργὸς οὐ πατήρ, εἰ χερσῶν, αλλὰ λόγος. Uniuersum fecit mundum Conditor Pater, non manibus, sed Verbo. Atque hæc sunt vetustissima omnia sacræ Theologiae dogmata, à Zoroastre & Hermete (quos nos tamen in Obelisco Pamphilio confidimus) Mundo primæuo propalata; ut proinde hanc doctrinam non immerito Proclus Θεοδότος, καὶ Θεόδοτος, à Deo traditam & datam asserat. Hanc SS. Patres nullo non tempore veluti ab hominibus diuino spiritu afflatis eructatam admirati sunt. Orpheus deinde huius doctrinæ illustratus splendore, &

Orphei & Platonis de Trinitate sententia. *is triadem hanc agnouit, quam Phanem, Vranum, Cronum, unum Numen tribus distinctum nominibus, asserit; Plato verò tres Reges appellauit, & Theologia Ægyptiaca, à Platone orctenus tradita, ab Aristotele propalata, his verbis dicta confirmat. Ideo nos asserimus, quod Deus creauit Intellectum primum, εἶ constituit eum Procreatorem aliarum rerum; creauit autem eum medio Verbo; quomodo? neque enim inter Deum εἶ Intellectum aliud medium intercedit nisi Verbum, quod εἶ fuit coagens Intellectus. Atque ex hisce Authoribus plerique Platonici sequentium sententiarum*

Platoniconum de Trinitate sententia. *suorum de tribus principijs tractatum occasionem sumpserunt; vti Porphyrius, Plotinus, Iamblichus, Proclus, Syrianus, & Damascius; in quibus tametsi inter se in tribus hisce principijs dissenserunt, omnes tamen in hoc consensisse videntur, quod hæc tria rerum omnium, & Mundi totius facerent principia seu tres substantias conditrices.*

Sed

Sed quomodo primi isti Theosophi ad tantam ingenij illustrationem prouecti fuerint, merito cuiquam mirum videri posset. Sed qui nostra passim in hoc Opere tradita legerit, is facile à concepto dubio liberabitur. Cùm enim Hermetem è Chananæa stirpe, & Abrahamo ~~et~~ patrem demonstrauerimus, fieri non potuit, quin multa curiosum & omniscium ingenium, ab ijs de vera & recta Theologia, quam oretenus à protoplasto profectam, & continuâ successione usque ad Noënum deriuatam habebant (inter quæ diuinæ reuelationis sacramenta non insimum erat, Sacrosanctæ Triadis mysterium) expiscatus fuerit: quæ deinde varijs symbolorum inuolucris vestita, posteris tradiderit. Triunum hoc Sacro-sanctæ Triadis Numen omnes Veteres Philosophi, insuperabilem, incomprehensibilem, semper & ubique existentem, æternam, infinitam potentiam & mentem dixerunt, Ægyptios secuti. Insuperabilis potentia est, quia infinita virtute pollet, ideoq; comprehendi non potest. ubique & semper existit, qui omnia implet infinitâ suâ existentiâ. Hinc Orpheus, *Qui omnes Mundi partes contines, generationis expers;* & Virgilius, *Iouis omnia plena.* Cùm itaque omnia vi suâ impleat; omnibusque insit, vitam motumque præbendo singulis Mundi corporibus; hinc non sine ratione Dionysius eundem *κόσμον, αἰσθητὸν, ἀνθρώπινον, ἀπεργατικόν, καὶ ἀπέστρωτον. Mundanum, circummundanum, supramundinum, supercœlestem, & supersubstantiale,* vocat; quem & Astrum, Solen, Ignem, Aquam, Spiritum, Rorem, Nubem, Lapidem, omnia existentia, & nihil existentium appellat, & sic omnia implens, omnia circumsonare facit. Quod idem & Ægyptij senserunt.

Quomodo verò Deus Optimus Maximus in triplicem Mundum, Angelicum, Sidericum, & Hylæum, per concatenationem Numinum euoluatur; quomodo eadem, & quibus cœremonijs singula catenarum Mundialium Numina allicienda sint; quibus ritibus ac sacrificijs, si quandoque irata fuerint, placanda sint; ex omnigena Orientaliū tum Theologorum, Philosophorumque, tum Poëtarum eruditione passim toto hoc Opere declaratum est.

Cùm itaque hieroglyphicæ doctrinæ institutores alium scopum & intentionem non habuerint, nisi per occultum hunc sacrorum symbolorum contextum, ad supremum Numen, mundialesque Intelligentiarum, catenas analogum, id efficere, vt diuinitatis Geniorumque eidem connessorum influxum per ritus & sacrificia simillima, non in publicum duntaxat, sed & priuatum bonum deriuarent, atque adeo hæc totius Sapientiæ Ægyptiacæ, id est, hieroglyphicæ doctrinæ summa omnium consensu fuerit, eamque nos in hoc Opere exposuerimus, vti ex innumeris authoritatibus constat; certum est, hanc nostram interpretationem veram & genuinam esse, neque ab intentione Hieromantarum diuersam.

Triunum
Sanctæ Triadis Numen
quale secundum Aegyptios.

Dionysius
Areopagita.

I.

Expiatio Mentiū apud Aegyptios ad diuinorum influxum receptionem necessaria.

Animi purgandi cura apud Aegyptios.

Pansæ.

Quoniam verò finem propositum, quæ θεομόρφωσις seu θεοληψία erat, quâ Deo penitus se conformatos, bonorum omnium scientiarumque felicitate beari credebant, sine castis & religiosis actionibus, bonorumque operum exercitio, nullâ ratione se consequi posse nōrānt; hinc tanto studio ijs incubuerunt, quanto nullam aliam Nationem fecisse legimus. Verūm hæc omnia ex varia eruditione probemus, eo ordine, quo ea Pansæ, non ignobilis Author, retulit.

Cœterūm purgandum esse à vitijs animū, vt similis Deo quis efficiatur, prisci omnes monent Sapientes. Sic enim diuinorum nobis innotescet cognitio. Extat Lysidis Pythagorei epistola ad Hipparchum de purgatione ante Philosophiam necessaria, quâ docet omnia vitia ab animis expellenda, vt quis verani nanciscatur humanarum diuinarumque rerum cognitionem. Plato certè existimauit necessariam esse successiūam & continuatam quandam animi purgationem, antequam ad altissima philosophiæ admittamur mysteria: quod in principio Septimi de Republica docuit, dum homines in tenebrosa ipēcu nutritos ad splendidissimum Solis iubar aspiciendum protrahere volebat. Clariūs autem in Sophista vniuersam hanc purgationem declarauit atque distinxit, vbi purgationem hanc nihil aliud esse demonstrauit, quām quod prauum est, ab animo eīcere, reliquum verò seruare; discurritque ibidem, quomodo duæ sint prauitatis species in anima, Improbitas scilicet & Ignorantia, quibus animi impediuntur, nè ad altissimarum rerum cognitionem ascendant. Primus autem omnium id Trismegistus asseruit, dum in primo sermone Pimandri interrogatus, quo pacto quis ad vitam possit ascendere, respondit, id fieri posse, cùm homo mentis particeps seipsum animaduerterit: neque enim omnibus esse menteā, sed ijs tantūm qui pijs, boni, puri, religiosi, sanctique sunt, qui que concedunt corpus morti suæ, sensuum illecebras fastidientes, lethifera putantes sensuum lenocinia, aditum turpibus blanditijs intercludentes, libidinumque somites extinguentes; contra verò abesse ab ignaris, inuidis, improbis, ignavis, iniquis, homicidis, & impijs, & ab eis procul admodum habitare.

Animi purgatio necessaria ante Dei illuminationem.

Quibus ex verbis habemus clarissimè, ante Dei illuminationem, necessariam esse animi purgationem quandam, quæ ab affectu in Deum directo, exordium sumere solet. siquidem apud Platonem quinto de Repub. Philosophia nihil aliud, quām ipsum Deum meditatur; nec enim in alijs, quām in ipsius Boni, Verique scientia Philosophia versari debet, cùm sit ipsa Dei donum, vt Plato ait in Timæo.

I I.

Silentium necessarium.

Consistit autem hæc animorum purgatio non solum in vitiorum ab animis expulsione, verum etiam in conuenienti mysteriorum taciturnitate. Secreta enim Philosophiæ non omnibus sunt diuulganda. Vulgarum etenim animarum oculi nequeunt radios diuinitatis sifferre, ut dicebat Melissus. Ob id Pythagoras æquè impios & iniustos putabat, qui Sapientiæ dona ijs, qui nè per somnium quidem mundati purgatiq; es- fent animis, communia fecissent, illos quoque qui Eleusinæ Deæ myste- ria prophanis exposuissent. Non enim fas est quibusuis offerre, quæ tan- tis laboribus comparata seruantur. Quod & Christus Dominus docuit di- cens, non esse dandum Sanctum Canibus, nec proijciendas Marga- ritas ante Porcos, Matthæi 7. Hanc ob causam Hipparchum Pythagori- cum ferunt accusatum, & expulsum ex Schola, & propter ipsum tanquam propter mortuum factam esse columnam, quòd apertè scripsisset decreta Pythagoræ, quæ ipse semper celauerat, ut testis est Clemens lib. 5 Stro- matum, & Nazianzenus in epistola ad Nissenum, nec non Cantherus li- bro primo variarum lectionum cap. 12. Quin etiam & Plato in epistola secunda ad Dionysium idem asseuerat, quo in loco de non vulganda om- nibus Sapientia, & de habenda animi purgatione luculenter edisserit. Ait enim *inuestigationem diuinorum non rectè factam, id est, non debit is tūm purga- tionis, tūm disciplinarum gradibus instruclam, malorum omnium esse causam, quod videlicet qui sic inuestigant Deum, tandem eò perueniant, ut vel negent Deum esse, vel de Deo affirment, quæ non sunt Dei.* Sic ille. Hac de causa Pythago- ras, quem Plato in omnibus veneratur, sacra doctrinarum mysteria ab exa- ctissima mentis expiatione exordiebatur, & Plato similiter præcipit, nè arcana efferantur in vulgum, nè vulgus accepta peruersè vel con- temnat, vel incidat in errores. Arcana autem Deitatis tutius ibidem censet verbis committenda quām literis, literæ namque cuiuis communia faciunt. Quibus verbis Plato antiquam Iudæorum consuetudinem secu- tus videtur, qui mysticum legis sensum ab ipso Deo per Moysem non tam literis traditum, quām animis commendatum asseuerant. Pythagori- ci certè id obseruabant, & Pythagoras ipse publicè vetuit philosophari, ut Author est Lysias in epistola ad Hipparchum. Quinimò Damæ filiæ suæ propositis monumentis, ea cuipiam extra familiam tradere vetuit. Illa verò cùm multis pecunijs vendere huiuscmodi libros posset, noluit, sed egestatem & parentis mandatum auro potius esse & antiquius iudica- uit. Aiunt autem eandem morituram Bistaliæ filiæ suæ hoc idem præce- ptum dedisse, atque id omne, nè Deitatis mysteria omnibus communia fierent.

Animi purga-
rio in quo
consistat.Mysteria diui-
na sunt ce-
landa.Clemens.
Nazianzen.
Cantherus.
Plato.

III.

Modus & ratio in purgatione seruanda.

*Animus quoniam
modo purgandus.
Trismegistus.*

Trismegistus.

Mortificationis studio purgatur animus

Verum nunc quomodo purgandus sit animus, differamus, ut diuinorum nobis innotescat cognitio. Audiendus itaque imprimis est Trismegistus in 7. Serm. Pyramandi, dum in hunc modum loquitur. Imprimis autem oportet (inquit) vestem, quam circumfers exuere, quod est induimentum inscitiae, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem, sensituum cadaver, sepulchrum circumuectile, domesticum denique furem; qui, dum blanditur, odit; dum odit, inuidet. Huiuscmodi est quod circumfertis umbraculum inimicum. Ad se ipsum te dorsum raptat, ne forte conspiciens veritatis decorem ac proximum bonum; huius oderis prauitatem, ne huius infidias, quas in te assidue machinatur, aliquando persentias. Hoc aciem interiorum sensuum hebetat atque obtundit, crassissimam materia suffocat, abominabilis fastidiosaque inebriat voluptate, ne audias unquam, neusc perspicias ea, quae iure & audienda sunt, & imprimis inspectienda. Sic ille. Exuere igitur oportet veterem hominem, deponereque corporis sensualitatem, ut quis purgatus animo diuina valeat intueri; sed nec ista sufficiunt, attollendus est in Deum animus, atque ut ita dixerim, deificandus, ut quis Deum intelligere valeat. Ob id rursus in secunda parte Pyramandi Serm. 1. sic exclamat Trismegistus. *Nisi, inquit, te Deo aquaseris, Deum nunquam intelliges. Nam simile semper à suo simili cognoscitur.* Sic ille. Quid est autem Deo se æquare, nisi Deo inhærente, & nouum cum Deo fieri? *Qui adhæret Deo,* inquit Paulus, *unus spiritus fit cum Deo.* 1. Corint. 6. Adhæremus autem Deo maximè per animi rectitudinem, non ut Stoici voluerunt, & præsertim Chrysippus, qui in lib. de Natura volunt nullum Sapientem à Iove superari, atque ob id rectitudinem, quæ virtus bonus operatur, Dei æqualitatem existimans, sed ut per gratiam Deo coniunctus ea faciat, quæ Deus iubeat, quæve fieri iudicet & exoptet. Pythagoras autem ad æquationem hanc traxit ad transmutationem in Deum, dum sic in aureis suis Carminibus cecinit.

Pythagoras.

*Cum autem reliquo corpore ad æthera liber iueris,
Eris immortalis Deus incorruptibilis, non autem mortalis.*

Hoc autem sumpsit a Trismegisto, qui in primo Serm. Pyramandi sic scriptum reliquit. Atque, inquit, id est, summum bonum eorum, quibus cognosciendi fors competit, Deum scilicet fieri. Exuendus igitur à corpore animus, non per veram separationem, sed per voluptatum sensibilium mortificationem, ut diuina quis valeat intelligere: & ut in Deum possit transmutari, deificandus est animus, hoc est reddendus Deo quam simillimus; unde & Zoroaster in Oraculo dixit. *Homo quodammodo lo Deum trahit in seipsum, quando nihil retinens mortale, totus diuinis haustibus ebriatur.*

Trans-

Transit igitur in Deum homo per separationem à carnis illecebris, transit etiam & per fidem, iuxta Ioannis Theologam, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*, Ioan. 1. Vnde & hi filii Dei dicuntur per adoptionem, iuxta illud ad Romanos 8. *In quo clamamus Abba pater*. Pulchrè autem id Mercurius edisserit in 2. par. Pymandri Serm. 1. vbi de hac adæquatione cum Deo verba faciens sic loquitur. *Extende te ipsum in magnitudinem sine termino, emerge ex corpore, totum supergredere tempus, æternitas esto*. Sic Deum denique noueris. Quo in loco non solùm animi purgationem insinuat, verùm etiam & realem animi separationem à corpore, quam Græci extasim, Hebræi verò osculum mortis appellant. Sequitur autem purgatio hæc secunda priorem. Verùm quod attinet ad vitia deponenda, animumque in altissima subleuandum, audi quomodo id Mercurius expresserit in decimo Serm. Pymandri. *Impossibile o fili, inquit, animam hominis in corporis fæce iacentem diuinam, trismegistus. assumere formam, neque licet etiam Dei pulchritudinem intueri, nisi quis inde in Deum fuerit reformatus*. Vide quomodo à corporis fæce resurgendum asserat, & in Deum hominem reformare iubeat, ut diuina valeat intelligere. Zoroaster animi expulsores aduocando voluit in Oraculis, ut quis diuinam assumere formam possit; sic enim scripsit. *Animi expulsores aduoca*. Quod dictum est, quia cùm duo præcipue animi morbi sint, ignorantia videlicet, & malitia seu improbitas, qnod in Sophista docuit Plato; duo quoque requiruntur expulsores, aut Medici constantes, doctrina videlicet atque vitæ puritas; doctrina autem non omnis, sed cœlestis & diuina, qua accedente D E I in nos descendit cognitio, propulsatâ ignorantia. Hæc maximè consistit in Fide, nam diuina nisi credantur, non intelliguntur.

Et nè quis in hac expositione eum existimet somniare, audiendus est etiam Proclus qui hæc ita confirmat. *His qui ad summum bonum peruenire cupiunt, non scientia & exercitatione ingenij opus est, sed animi firmitate, quiete & tranquillitate, quæ quidem diuina Fides est, quæ nos ad summum bonum diuinaque omnia ineffabili ratione trahit aequo coniungit*. Profectò non per scientiam aut actionem ullam ingenij exquirere summum bonum, aut ad ipsum aspirare debemus, sed offerre commendareque nos diuinæ luci, & præclusis sensibus in illa cognita & occulta Entium Unitate quiescere. Hoc enim fidei genus omni doctrinâ antiquius est. Hæc Proclus altissimè de fide ad Deum cognoscendum necessaria scripsit, ut proinde multi à S. Paulo eruditum, utpote ei synchronū opinentur, verùm id ipsum verius accepit à Trismeg. qui in nono Serm. Pymandri, Fidem volenti Deum intelligere necessariam docet, non secùs ac Paulus, qui captiuandum in fide intellectum voluit; sic enim habet Mercurius. *Intelligere enim Deum, credere est; & non credere, procul dubio ignorare*. & paulò inseriùs. Nam quæ de diuinis dicuntur, intellecta creduntur quidem, non intellecta negantur. Plato certè in Theæteto fugiendum à Mundo in Cœlum docuit, ut Deo quis similimus euadat; sic autem habet. *Quippe tentandum est, ut hinc eò quamœcysimè fugiamus, & seipsum, quid per fugam intelligat, declarans, subdit*.

Zoroaster.

Animi expulsores duo re-
quicuntur ad purgandum ipsum.Trismegisti
de credendo
sententia.

Plato.

Fuga è Mun-
do quid fe-
cundum Pla-
tonem.

dit. *Est autem fuga ipsa Dei similitudo, quantum in nobis est: similitudo autem, ut cum prudentia sancti & iusti simus.* Hæc est altissima Platonis Theologia de præparatione ad intelligendum Deum, & ea quæ Dei sunt, necessaria, scilicet ut iusti & sancti simus; & in sexto de Repub. dixit, *Hominem reddi Deo similem, cum diuina imitatur.* Hinc Deo similem dixit hominem temperatum, intemperatum verò dissimilem in suo de legibus libro. Quo factum est, ut Theodoretus lib. Græcarum affection. 11. dixerit, finem bonorum statuisse Platonem, ut quantum in nobis sit, Dei similitudinem acquireremus, sic enim Deum poterimus intelligere.

I V.

Crater purgationi necessarius.

Trismegisti
locus enoda-
tur.

POstquam autem in id incidimus, enodandus est Mercurij locus in quarto serm. Pymandri, quem in Timæo secutus est Plato. Scribit enim ibi Mercurius, *Deum sermonem quidem omnibus hominibus fuisse impartitum, Mentem verò nequaquam, non quia inuiditerit, omnis enim ab eo liuor abest, sed quia voluit eam tanquam certamen præmiumque animarum in medio propnere.* Craterem igitur patulum Mente implens, præconem misericordiæ iubens talia quædam animis hominum nuntiare: *Mergat seipsum in hanc pateram quæcumque potest, quæ videlicet credit craterem animam ad eum, qui dimiserat reducturum; quæve finem noscit, cuius gratiâ nata fuerit.* Quicunque igitur præconium exaudierunt, seque merserunt in Mentem, iij cognitionis participes effecti sunt, Mensemque suscipientes in homines perfectos euasere. At qui præconium neglexerunt, iij sermonis quidem participes, Mentis autem expertes relicti sunt, ignorantes, & cuius gratiâ, & à quo geniti fuerint. Sic ille. Sublimis hæc est Mercurij Theologia & omni speculatione dignissima. Etenim Mentem nominat radius diuinum, quo præter rationalem discursum à quo sermo prouenit, illustrantur homines, de quo Ioannes ait cap. 1. *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem.* Aristoteles 3. de anima vocat Intellectum agentem. Plotinus verò Intellectum simpliciter, & ante hos David lumen, cùm dixit Psalmo 35. *In lumine tuo videbimus lumen.* Pythagoras eodem similiter luminis nomine nuncupauit. Augustinus verò vocat portionem superiorem. Hebræi Nessemah, vel spiraculum vitarum. Hæc igitur Mens, radius seu lux non data est omnibus, licet ut Mercurius edifferit 4. serm. Pymandri, vna habitet cum animis hominum mente parentibus, nam et si omnibus insit, non tamen ab omnibus deprehenditur, ut cap. 9. de Pulchro Plotinus restatur, vbi eam vocat oculum, dicens: *Quem oculum habent quidem omnes, utuntur verò pauci.* Quod Ioannes ante dixerat capite primo. *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt.* Vocatur & à Christo Regnum Dei, quod nihil aliud est, nisi habitatio diuinitatis in nobis, per lumen & amorem Dei nobis reuelatum. Quod profectò lumen cùm Christus nobis attulerit, non immergit de se ipso

ipso loquens dixit Ioannis 17. *Regnum Dei intra vos est*. Quod quidem Regnum ante omnia quærendum esse idem monuit dicens Matthæi 6. *Querite primum Regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis*; Lumen autem istud vocatur Regnum, quia diuinum illud, quod in nobis habitat, à loco venit, qui apud secretiores Theologos Hebraicè dicitur Malchut, quod Regnum significat, nam per virtutem in nobis habitantis Deitatis Reges sumus, & omnibus dominari & imperare possumus, iuxta illud Lucæ 9. *Ecce dedi vobis (per communicationem videlicet diuinitatis) potestatem calcandi super Serpentes & Scorpiones, & super omnem virtutem inimici*. Vocatur etiam vita æterna, iuxta illud: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum, & quem misisti IESVM Christum*, Ioan. 17. Cognitio ergo Deitatis Mens est, seu lumen diuinum, lux inquam, quâ omnes homines illuminantur; vnde Dauid: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. Hæc igitur Mente seu Lumine Craterem patulum impleuit Deus, inquit Mercurius, præconemque misit, vt animis nunciaret sese in illum mergerent, vt sic & Mentem & Sapientiam nanciserentur. Est autem Crater patulus, af. fluens & superabundans diuinarum humanarumq; rerum cognitio, quem in Verbo condidit Pater, in quo (vt inquit Paulus) sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei. Præco autem clamans ille nobis innatus est appetitus & cupiditas sciendi, de qua dictum est ab Aristotele 1. Metaphys. Omnes homines naturâ scire desiderant, vel est Veritas ipsa, quæ sola est pabulum animæ, incredibili quâdam iucunditate refertum; vel est synderesis hortans & impellens ad bonum. Quicunque igitur se in Cratere immerserunt, Mentem consecuti Deum cognouerunt. In hoc igitur Cratere immergendus & abluendus est animus, vt ad diuina valeat peruenire. Et vt aperte & detecto velamine loquar, Crater Mentis plenus, est Filij cognitio, per quem solum ad Patrem ascendimus; *Nemo enim nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare*; & rursus: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me*, Ioann. 14. Hunc igitur priùs cognoscendum, ad hunc animum priùs applicandum monet Mercurius, vt cœtera, quæ de Deo sunt, valeamus intelligere. Hoc enim Verbum Dei, Dei Nuncius & Interpres non aliam ob causam venit in Mundum, nisi vt nomen Patris manifestaret hominibus. Hic potest animam reducere, vnde venit, vt Mercurius edisserit.

Constat autem Mundus duobus Crateribus, vt prisci monent Sapientes, quorum unus superior est, in quo omnia munda sunt, estque Mundus ille intelligibilis & exemplaris, ad cuius similitudinem factū hunc Mundum sensibilem testatur Plato in Timæo, de quo dixit Christus Ioann. 8. *Regnum meum non est de hoc Mundo*. Regnum suum illius Mundi superioris affirmans, quod alibi vocat Regnum amicis præparatum. Crater alias est inferior, rerum sensibilium cognitione plenissimus, de quo qui plus bibunt, plus sitiunt, & in quo omnia immunda sunt, veluti bona malis admixta. Qui igitur ex primo Cratere biberit, ad quem inuitat Mercurius, fiet in eo sensus aquæ salientis in vitam æternam. Qui verò ex secundo, sitiet iterum. In primo autem Cratere quis bibere non potest, nisi priùs suum

Malchut quid

Mundus con-
stat duobus
Crateribus
superiori, in
quo omnia
munda, infe-
riori, in quo
omnia im-
munda sunt.

Mercurius.

corpus oderit atq; conculcārit, quod ibidem innuit Mercurius dicens: *Nisi prius, ò fili, tuum corpus oderis, te ipsum amare poteris, quām primum verò te ipsum dilexeris, Mentem protinus consequeris.* Quod sic accipiendum est, ut quis verum hominem, qui est anima rationalis iuxta Platonem, amare non possit, nisi suum contrarium hominem scilicet animalem odio habuerit, quod & Christus ipse met docuit Ioann. 12. *Qui amat animam suam, perdet eam, et qui odit animam suam in hoc Mundo, in vitam aeternam custodit eam.* Hujus autem rei illa adducitur ratio à Mercurio ibidem, quod impossibile sit, utrisque simul intendere mortalibus atque diuinis, vnde & Christus ipse met dixit Matthæi 6. *Non potestis Deo servire et Mammonæ.* In hoc igitur Cratere diuinatatis immergendus est animus.

Hesiodus. Ex hac ablutione in Cratere quam posuit Mercurius, morem ablutionis traxere Gymnosophistæ, quibus interdiu ter, noctu verò bis lauari aquâ frigidâ sanctum fuit, priusquam possent veneranda sacrorum penetralia ingredi. Erat ijs pariter linea vestis quotidie recens abluta, nam lanam prophanum vestitum arbitrabantur, quippe tanquam belluiniæ sordis excrementum pecori detractum. Idem obseruarunt Indiæ Sapientissimi, quos Brachmanas vocant. His enim in quodam fonte lauari mos fuerat exutis vestibus, oblito prius capite guttis electricis & odribus ei rei aptis, deinde postquam se pro ritu satis mundos putarant, exhibant circa meridiem quantocyùs ad sacra illic in Chori speciem vestiti lino candido, & mitra alba, in digitis ferentes anulos, & baculos gestantes manibus, quæ munditia corporis & amictus, aliaq; similia, animi quoque puritatem adiuuare non parum credebantur. Hinc cecinit Hesiodus in libro, cui nomen est *Opera & Dies*.

*Mane Ioni, ac reliquis superis libare cauetō
illotis manibus. Dij sordida sacra recusant.*

Homerus.

Morem hunc diligentissimè in suo Opere obseruauit Homerus, dum enim describit Thelemaclum Palladi supplicaturum, illum in æquore prius inducit manus lauare, & dum matrem Achillis Thetidem Iouem producit exoraturam, illam maris fluctus exuere facit. 6. etiam Iliados sic cecinit.

*Non decet illotis manibus libare superno
Vina Ioui, pudor hoc probibet fecisse, crurore
Turpatum me, et cede Virum Dijs fundere vota.*

Mars.

Sed & Mars noster Homeri Simia id ipsum varijs in locis sui Operis obseruauit, 2. præsertim Æneidos, dum cecinit.

*Tu genitor cape sacra manus, patriosque penates
Me bello è tanto digressum et cede recenti
Attriccare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.*

Ablu-

Ablutiones igitur corporis apud gentes symbolum erant ablutionis in mente, ut ex his quæ scripsimus, elici potest. Existimarent enim Antiqui eandem esse animi & corporis purgationem, ut cum quis in flumine manus aut corpus abluisset, purus statim efficeretur. De hac autem re sic scribit Anticlides lib. 74. reddituum. Erat, inquit, Antiquorum mos, qui nunc etiam seruatur, ut qui cædem hominum vel aliorum animalium commissent, perenni aquâ manus abluerent ad commissi piaculi lustrationem. Non modo autem ad aras accedere pollutis non licebat, sed neque Deos quidem precari, qui omnem iracundiam sive indignationem in impure preantes conuertebant. Cuius rei testis est Tymarchides in libro de Coronis, qui Asterium fulmine fuisse percussum cecinit, quia manibus impuris aram Iouis attigisset. Sic autem habet.

*Illotis manibus libans Iouis attigit aram,
Quo pater hunc usit flagrantis fulminis igne,
Egregie purum fas est contingere sacra.*

Sed & hi omnes Gentium ritus tracti sunt ab Hebraeorum monumentis, quibus dictum est, *Lauamini, mundi estote, & purgamini ab omnibus inquinationis vestris*, Isaiae 1. Ozam autem quia Arcam Domini tangere ausus est, ante ipsam mortuum cecidisse sacra testatur Historia 2 Regum 6.

Puris igitur purgatisque animis se Deus præbet cognoscendum. Pythagoras: Purgandus autem à vitijs & sensibus animus est; unde iussit Pythagoras, nudis pedibus Deo esse sacrificandum, id est, affectus esse deponendos, cum à Deo aliquid impetrare volumus; affectus enim nostri per pèdes denotati discalciandi sunt, dum Deo sacrificamus. Sic Dominus mandauit Moysi, ut discalciaret pedes, quando ei loquebatur in rubo Exodi 3. Plato autem alas suscipiendas & affibulandas in Phœdone animis nostris edocuit, ut quodammodo corpore exuti ad altiora conscendamus. Sunt autem alæ hæ ad Platonis mentem contemplativa scientia, & moralis, speculatio scilicet & operatio; secundum Christianam verò Theologiam, Fides & Charitas, vel Dei dilectio & proximi. Quod igitur per ablutionem in Cratere faciendam censet Mercurius, id ipsum per alas animis nostris affibulandas fieri posse Plato contendit. Quod profectò dogma Zoroastris prius fuit, quem Chaldæi quidam solitum dicere asseuerant; altam esse animam, fractis verò alis in Elementa serri præcipitem, tum illis succrescentibus ad superos reuolare; quod profectò dogma secutus est etiam Pythagoras & Plato, & à magno fuit Plotino confirmatum lib. 8. Enneadis 4. de descensu animarum in corpora. Geminas autem alas geminum instinctum menti ingenitum ad superna significare Rhodiginus est Author lib. 9. lectio. antiqu. cap. 39. in intellectu quidem instinctum ad diuinum Verum, in voluntate instinctum ad diuinum Bonum pro viribus conuertentem: his verò remissis è cœlo labi animam Pythagoricis placet.

Sed audiendus est nunc Plotinus in lib. de Pulchro qui quām elegan-
tissimè hanc puræ mentis necessitatem indicauit. Efficiatur igitur, inquit
Plotinus.
Eeee z. Plo-

Ablutio cor-
poris symbo-
lum abluto-
nis in mente.

Anticlides.

Tymarchides.

Isaiae.
2 Regum. 6.

Exodi.

Pythagoras.
Plato.
Plotinus.

Rhodiginus.

Puritas Men-
tis necessaria.
Exemplum
de puritate
Mentis.

Plotinus, quis diuinus, pulcher, atque Deiformis, necesse est, si modò Dcum, sit ερωτικό pulchritudinem inspecturus. Et paulò superiùs. Si nondum cognoscis te mundum & pulchrum, statuarium imitabere, hic enim ubi statuam optat pulchram, partim abs. indit, partim quoque dirigit & expositurus abradit, partim levigat & abstergit, donec faciem in statua exprimat speciosam: ita & tu tolle superuacua, obliqua dirige, obscura purgando collustra, neque desinas circa statuam tuam elaborare, quoisque diuinus Virtutis fulgor tibi subrutiler. Si hoc ipsum enaseris, ac purus iam habitaueris ipse tecum, nihil habens impedimenti, nec duce amplius indicque egeas; tunc solitarius effectus ingentem poteris aspicere pulchritudinem. Oportet enim visurum videndo cognatum similemque effici. Haec tenus Plotinus.

Orpheus.

Verùm audiamus & Orpheum, qui in Carminibus, quæ de virtute descripsit, quia abdita de Deo referare proposuerat, eos tantum inuitat, qui purgati mente virtutem excolunt, prophanos verò arcet quam longissimè. Sic enim cecinit.

*Vos qui virtatem colitis, vos ad mea tantum,
Dicla aures adhibete, animosque intendite vestros.
Contrà qui sanctas leges contemnitis, hinc vos
Effugite, & procul hinc miseri, procul ite prophani.*

Mars.

Similia & Maro cecinit in 6. ubi Sybillam mox Oracula reddituram exclamantem inducit:

- - - *Procul & procul este prophani.
Conclamat Vates.*

Plato.

Philo.

Plutarchus.

Philoponus.

Hac de causa ut de Zoroastri secreta sapientia aliquid etiam attingamus, condescendum esse vehiculum quoddam Zoroaster asseruit, ut illuc redeat anima, unde venit. Vehiculum autem hoc nihil aliud est, quam mentis eleuatio in Deum, quæ oratione perficitur; quasi dicas, est boni operis cum oratione coniunctio, ut Gemistio placet. Plato certè currum quendam in Phœdro statuit ab Equis hinnientibus tractum, quo unaquaque fertur anima, sed ab auriga regendum & moderandum dicit, nè in præceps feratur. Cuius dicti expositorem habemus Philonem lib. de agricultura. *Equi, inquit, sunt furor & concupiscentia, ille mas, haec fæmina; ideoque ille ut mas gestit elata ceruice, libertatem appetens, haec verò seruilius & callidior domum depascit ac deuorat ut fæmina. In seffor autem & auriga unus est, nempe intellectus; sed auriga tunc, quando ascendit cum prudentia, quando autem cum imprudentia, in seffor est.* Plutarchus in 8. quæst. Platonica hos Equos concupiscibilem & irascibilem vim similiter interpretatur: concupiscibilem appellans Equum omnino contumacem, refractarium, hirtum, circa aures surdum, & qui vix flagello stimulisque pareat. Irascibilem verò facile rationi obsequentem eiusque adiutricem. Scio Philoponum aliter i. de anima utrumque Equum explicasse, quippe qui credit

dit eos esse facultatem ad superiora & ad inferiora deducentem. Hoc igitur vehiculum quo vehimur semper & ducimur, concendendum esse fortasse monuit Zoroaster, quem explicans Plato in Phœdro Aurigam & Rectorem apposuit, ut recte possit gubernari. Crater ergo seu Pater Mercurij, Platonis alæ, Zoroastri vehiculum, exutio corporis Pythagorica, & ablutio Gymnosophistica idem sonare videntur, mysteriumque indicant subigendas esse corporis passiones, ut quis diuina valeat intelligere. Quæ ideo fusiùs deduximus, ut hieroglyphica doctrina ex omnium Scriptorum quâ sacrorum, quâ profanorum consensu sibi constet.

Verūm ut quæ hucusque dicta sunt, Hebræorum sententiâ confirmantur; subiungam hic discursum Rabbi Schabthe, quo SS. Triadem eiusque in Mundanos ordines influxum & emanationem satis appositè describit: ita autem dicit. *Et ecce nobis perspicuum est id quod explicauimus in capitibus prioribus mysterium nempe, quod dixerint Sapientes Cabalæ seu Theologie tres primarias Numerationes, quæ sunt Corona summa, Sapientia, & Intelligentia in æquali dignitate quasi summè unum quid esse. Animaduertendum quoque est, quare dixerint eas in æquili dignitate quasi summè unum quid esse; & non dixerint unum propriè et simpliciter, cum tamen omnes Numerationes sunt Unitas, ob hanc rationem.* Licet enim tres primarie, Corona summa, Sapientia, Intelligentia, quæ sunt tres Mentes, non sint, nisi patefactio & diffusio centri, quod comprehenditur tribus delubris in mysterio luminis primordialis, luminis splendidissimi, & luminis splendidissimorum omnium splendidissimi, quæ uniuntur ipsi centro in mysterio nominis radicalis & essentialis, sicuti explicauimus in cap. I. eà ratione, quod illud centrum sit simpliciter & absolute unum ex omnibus partibus, & omnia comprehendantur in eo, nempe in unitate eius. Tres tamen Mentes quæ diffunduntur de eo non sunt nisi patefactio centri, quod patefacit absconditum, reconditum, & occultum, quod est in ipseitate eius, & nulla differencia est inter eas, nisi quod centrum sint tria delubra, quæ comprehenduntur in abscondito, in unitate nempe centri. Verūm in tribus Mentibus diffunduntur & patefiunt, quod qualibet illarum sit Mens per se, & propter hoc sunt illæ in æquali dignitate, quasi summè unum quid: verūm non unum propriè & simpliciter, uti sunt in ipso centro; quia in ipso centro nullum certatur delubrum, sed tantum unitas centri. Verum hæc tria delubra iam antè prodierunt & distincta iam sunt in tria delubra, quæ sunt Corona summa, Sapientia, Intelligentia, tria inquam delubra distincta. Nec est obiciendum: Si ita? non erunt itaque in æquali dignitate quasi summè unum quid, sed erunt in dignitate æquali ut tria. Hæc nulla est obiectio. Quia hæ tres (Mentes inquam) non sunt nisi manifestatio Unitatis centri, & illæ unitur se radici suæ, eo modo, quod illæ nihil aliud sint nisi Unitas centri; & manifestum nihil est, nisi id quod in abscondito latuit, propter hoc illæ sunt in æquali dignitate quasi summè unum quid; ac si diceret æquales dignitate sicuti Unitas centri, quia de centro uno prodierunt, & centrum patefactum est in illis. Et inde percipitur quoque Unitas omnium Numerationum, quoniā licet hæ tres Mentes propinquæ sint emanatio suo (illi scilicet, qui fecit emanare eas) ecce propter

Descriptio
SS. Triadis
eiusque in
mundanos
ordinis influ-
xus & emana-
tiones.

pro-

propinquitatem earum lumen earum magnum valde; ita ut impossibile sit creatis frui lumine earum. Hanc igitur ob causam necesse fuit in ramos sepe extendere & diffundere, in Caput, Medium & Finem, qui sunt septem Numerationes; Magnificentia seu Misericordia, Fortitudo seu Seueritas, Pulchritudo, Victoria, Triumphus seu Aeternitas, Gloria, Fundamentum, Regnum ad manifestandum Delubra earum creatis, ut fruantur ijs, quatenus sunt tres gradus seu ordines. Ordo primus est mysterium centri; Ordo secundus mysterium trium Mentium; Ordo tertius mysterium diffusionis Mentium in septem Numerationes (id est attributa tribus Mentibus communia) que omnes conficiunt decem Numerationes; & sunt unum, tria, & septem. Et ecce hac ex parte omnes simul sunt Unitas perfecta, quia centrum manifestauit delubra sua in tribus Mentibus, & tres Mentes manifestae sunt in septem Numerationibus, & quidquid inuenitur in septem Numerationibus, inuenitur quoque in tribus Mentibus, & quidquid inuenitur in tribus Mentibus, inuenitur quoque in unitate centri, inuenitur etiam in infinitudine; benedicta sit illa. Et nulla differentia est inter illas, inter Numerationes, inquam, nisi quod in septem Numerationibus ille sunt in manifesto, & in tribus Mentibus praemagnificentia luminis earum ille in abscondito latent. Et etiam in tribus Mentibus respectu centri praelegantia luminis eius, illæ (Mentes scilicet) sunt in manifesto, & in ipso centro illæ latent in abscondito. Et sic quoque centrum respectu infinitudinis, benedicta sit illa; eò quod infinitudini respectu luminis sui magnificissimi, nullus est finis nec terminus: illæ verò sunt in manifesto. At in infinitudine, benedicta sit illa, illæ in abscondito latent usque in omnem non finem infinitatis & non termini. Omnes sunt virtus una unitatis sue summæ, perfectissime & absolutissime que absq; fine et termino comprehendit totum numerum decem in mysterio unitatis infinitudinis, benedicta sit illa, & patefacit virtutem unitatis sue in mysterio Recessus per mysterium decem, & nihil est in manifesto, nisi quod & latet in abscondito & si cuti in abscondito illa est virtus una, sic etiam in manifesto est virtus una. Acque hæc ad intentionem nostram Lectori insinuandam sufficiant.

E P I L O G V S.

Tandem per immensos Oceani inexhausti anfractus, per rapidas imensi pelagi voragini; per scopulos & inaccessa præcipitia, per inuios & incognitos vastissimi maris recessus, ferocibus monstrorum portentis diuinâ assistente gratiâ domitis, monstrosa extincta Sphynge, contractis velis portum diu concupitum, anxiæ mentis inquietudine quæsum, & tandem singulari diuini Numinis præsidio inuentum, viginti annorum æstu perfunctus, portum inquam vnicum voluntatis complementum ingredimur; cuius desiderio, quot labores, quot perplexitates, quot sudores, quot pericula, quod rerum discrimina exantlauerimus, grata, ni fallor, posteritas ex præsenti Operis hucusque à nemine, quod sciām, tentato specimine recognoscet. Prudentes & iudicio exquisito pol-

pollentes Viri, quorum in similibus incognitis eruendis industria quandoque desudauit, veluti propriâ experientiâ docti, quam difficile & plenum aleæ opus sit, incognitas tentare vias, omniq[ue] monstrorum generis resertis solitudinibus sine duce sc committere, ingenuè fatebuntur; atque adeo si non omnia, saltem in omnibus eruendis conatum extollent.

Atque hæc sunt, quæ de Ægyptiorum Sapientia, hieroglyphicis velata symbolis quantum imbecilles ingenij mei vires permiserunt, dicenda duxi; nihil porrò restat, nisi vt oculis manibusque ab interpretationum tabula submotis, atque in cœlum sublatis Tibi Triuni bonorum, omnium largitori DEO & beneficentissimo lumen Patri, pro tanto beneficio non hecatomben, non Taurorum aut Vitulorum holocausta, sed puræ mentis diuino amore institutum sacrificium, humili cordis obsequio instituam. Tu enim solus es, qui linguam infantium facis esse disertam; Tu solus humanæ menti igniculos ex vena lucis tuæ, & vitæ scaturigine emanantes indis, quibus ad incomprehensam operum Tuorum magnitudinem rimandam incenditur; hisce incensus Opus hoc aggressus Tuæ benignitatis ope perfeci, inspirasti nequum volenti, vt velle; adiuuisti bonæ voluntatis conatus, vt facerem, qui in Tuis & velle & perficere operaris. Redeat ergo in Te Opus, quod à Te profluxit. Si bonum quicquam in eo, Tuum est, si malum, meum est. Qualecunque tandem fuerit id supremæ interminæ, ac incomprehensibili bonitati Tuæ, ego humilis & abiecta creatura Tua, cinis & fauilla & nihilum, vti acceptum fero, ita quoque, vt ad superexcelsæ Maiestatis Tuæ honorem & gloriam vnicè cedat, omnibus animæ meæ votis expostulo; promptus mihi semper fuit animus, ad quam emendatissimè philosophandum, si itaq; indignum consilijs Tuis quidpiam à me prolatum fuerit, id quoque inspirare pro infinita bonitate Tua, vt emendem, digneris; si Ethnicæ Theologiæ sacramenta prosecutus, in incomprehensa iudiciorum Tuorum abyssō scrutanda, in temeritatem lapsus sum, aut propriam laudem, in Opere gloriæ Tuæ destinato sectatus sum, pro ea quæ infinita es clementia mihi condones, obnoxè deprecor; si denique quicquam Orthodoxæ Fidei ac Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Sponsæ Tuæ non usquequaque consonum ignoranter attulerim, id totum expunctum, repudiatum, reuocatumque volo. Restat nunc, vt quod olim Trismegistus, idem ego Tibi Trisagion, mei erga Te amoris veluti sempiterni trophæum statuam.

Hymnus Mercurij Trismegisti in Pymandro.

Quamobrem omnibus animi viribus Patri Deo gratias ago.
Sanctus Deus Pater omnium.

1. Sanctus Deus cuius voluntas à proprijs potestatibus adimple-

bitur.

San-

Sanctus Deus qui tuis familiaribus innotescis.

Sanctus es, qui Verbo cuncta constitueristi.

Sanctus es, cuius imago est omnis natura.

Sanctus es, quem nunquam natura superauit.

Sanctus es omni potestate validior.

Sanctus es omni excellentia maior.

Sanctus es omni laude melior.

*Excipe verborum sacrificia sancta, quae ab animo ego corde deuoto in te
vnde profluxerunt, redundant.*

Omnia ad maiorem DEI gloriam, & Orthodoxæ Ecclesiæ, nec non Rei-
pub. Literariæ emolumendum.

Hoc uno arcana recluso.



F I N I S.

I N.

CATALOGVS AVTHORVM,

Quorum authoritates afferuntur hoc Ter-
tio Tomo.

A



- Bencphius
Aben Sina
Abenuaschia
Abulfeda Geogra-
phus Arabs
Ælianuſ

Ali Arabs
Ammianus Marcellinus
Antonius Musa
Apocalypſis Liber
Apollodorus
Apuleius
Aratus
Ariſtophanes
Ariſtoſteles
Arnobius
Auctor Scalæ Magnæ
S. Augustinus

B

- Bronius
Belonius
Beroaldus
Bettrillus
Brasauolus
Bulengerus

C

- Antherus
Cælius Rhodiginus
Cedrenus
Centir Arabs
Chrysippus

Cicero

- Clemens Alexandrinus
Columella
S. Cyrillus

D

- Damascius
Deenus
Demophylus
Diodorus Siculus
S. Dionysius
Dionysius Geographus
Dionysius Halicarn.
Dionysius Laertius
Dioscorides
Donatus

E

- Lias Levita
Eucherius
Eusebius
Exodus Liber
Ezechiel Propheta

F

- Eſtus
Firmicus Maternus
Fortunius Licetus

G

- Aza
Genebrardus
S. Gregorius Nazianzenus
Gutherius

F fff

Haly

H

H Aly
 Heliodorus
 Hermes Trismegistus
 Hermolaus
 Herodotus
 Hesiodus
 Hesychius
 D. Hieronymus
 Homerus
 Horus
 Hyginus

I

I Amblichus
 Iehuda Rabbinus
 Iochaides
 Ioannes Leo Africanus
 Ioannes Nardius
 Joseph à Costa Soc. IESV
 Isaias Propheta
 Julius Solinus
 Justinus Martyr

L

L Iber z. Regum
 Lucianus

M

M Acrobius
 Manethon
 Manilius
 Marsilius Ficinus.
 Matthiolus
 Mela
 Melissus
 Michaël Mercatus
 Mor Isaac

N

N Atalis Comes
 Numenius

O Ppianus
 Opopæus
 Origenes
 Orpheus
 Ouidius

P

P Ancirolus
 Pansa
 Pausanias
 Petrus de Valle
 Petrus Gyllius
 Philo Byblicus
 Philo Iudæus
 Philostratus
 Phornutus
 Pierius Valerianus
 Plato
 Plinius
 Plotinus
 Plutarchus
 Pollux
 Polybius
 Porphyrius
 Proclus
 Procopius
 Prosper Alpinus
 Prudentius
 Psellus
 Ptolomæus
 Pythagoras

S

S Amuel Purchas
 Schabde Rabbinus
 Schiangia Arabs
 Seneca
 Serapion Arabs
 Simeon Ben Iochai
 Simplicius
 Statius
 Strabo
 Stuckius
 Suidas

T

TAcitus
Thargum Yzielidis
Theodorus
Theogenes
Theophrastus
Tibullus
Trismegistus

X

XEnophon

Z


ZOhar
Zoroaster

V

VAlerius Maximus
Virgilius

Volaterranus

Reliquorum Scriptorum nomina, quorum authoritatibus dicta hoc Tomo
Tertio stabiliuntur, citata reperies in præcedentibus Libris.





INDEX

Distribarum, Syntagmatum, Capitum, aliorumque Titulorum Tomi III.



- Onnullæ Authoritates Doctrinæ hieroglyphicæ in huius decursus Operis exponendæ. 2
Artis Hermeneuticæ, siue interpretatiæ Hieroglyphicorum Suppositiones. 4

P RÆ F A T I O .

DIATRIBE I. PRÆLVSORIA DE HIEROGLYPHICIS in genere. 8

- Caput I. De etymo, origine, & propagatione hieroglyphicæ doctrine. Ibid.
II. Quomodo hieroglyphica à ceteris diuersarum Gentium literis distinguantur, & potissimum in quo characteres Sinensium ab hieroglyphicis differant. 10
Characteres hieroglyphici Sinensium. Ibid.
Veterum Sinicorum characterum anatomia. 12
Differentia inter Sinenses & hieroglyphicos Aegyptiorum characteres. 13
Characterum antiquissimorum Chinensium explicatio. 16
III. De literis Brachmanum, siue Gymnosophistarum. 21
IV. De literatura Mexicanorum, & an propriè hieroglyphica dici possit. 28
Mensum nomina. 30
V. Tabulae æneæ ex Museo Clarissimi Viri Ioannis Galuani Iuris Consulti Patauini extractæ interpretatio. 36
VI. Characterum quorundam in Cruce descriptorum interpretatio. 38

INDEX.

Caput VII. De Armentorum characteribus hieroglyphicis.	40
VIII. De alijs falsorum hieroglyphicorum Schematismis.	41
DIATRIBE II. PRÆLVSORIA.	
	42
De Alphabeto mystico Aegyptiorum, ex lingua Copta.	Ibid.
Præmna literarum Aegyptiorum fabrica, & institutio facta, à Tauto sive Mercurio Trismegisto.	47
DIATRIBE III. PRÆLVSORIA.	
	55
Quod literæ Aegyptiacæ à Cadmo primum in Græciam traductæ, & de lingua Coptæ antiquitate.	55
Vtrum hieroglyphica lectionem quandam ut in alijs scripturis confiant, & quomodo lectio instituenda.	61
DIATRIBE IV. PRÆLVSORIA.	
	62
Hierogrammatismorum reliquorum quæ in Obelisco Pamphilio expositi non fuerunt, interpretatio.	Ibid.
Caput I. Meleagridus, & Anseris hierogrammatismus.	63
II. De herbis & plantis hieroglyphicis.	65
SYNTAGMA I. MENSÆ ISIACÆ SIVE TABVLÆ BEMBINÆ interpretatio.	
	80
PROOIMATION,	
Caput I. De nomine & origine huius Tabulae Isiacæ.	Ibid.
II. Quæritur quem hec Tabula usum habuerit apud Aegyptios.	81
III. Argumentum huius Tabulae, seu Mensæ Isiacæ.	85
IV. Tabula seu Mensa Isiacæ diuisio.	87
V. Anatoma Tabulae, sive de habitibus, ornamentis, tutulis, baculis, & tota πολυμορφωσι hierogrammatismorum, eorundemque differentijs.	Ibid.
Vera & genuina Mensa Isiacæ, sive Tabula Bembinae interpretatio.	89
Diuisio I. Figurarum mediae regionis Tabula expositio.	Ibid.
Diuisio II. Quomodo fundum paternum, id est, uniuersalis Mundi anima in hac Tabula in tres Triades secundum Aegyptios diuidatur, interpretatio.	94
Diuisio III. Explicatio Triadum Azoniaram.	100
 Trias Azonia Hecatina.	101
 Trias Serapæa.	103
 Trias Osiriaca.	105

I. N. D. E. X.

Divisio IV. Quod septem Triades in media regione explicatæ nihil aliud snt, quam septem Mundorum Genialium Systemata.	107
I. <i>Trias</i> , siue Mundus Archetypus igneus, & Vitarum Mundus triformis, Hebreis קְדוּמָה, Mundus increatus, ex quo procedunt.	108
Divisio V. Supremae Regionis Tabulae interpretatio.	111
Divisio VI. Regionis tertiae interpretatio.	117
<i>Trias fontana Horœa, siue Porta magna Orientis.</i>	119
<i>Trias Fontana, siue Porta magna Occidentis.</i>	120
<i>Trias Pandochœa, quod Numen apotropæum Portæ magnæ Septentrionis est.</i>	123
<i>Trias Thaumœta Austri domina.</i>	125
Divisio VII. Limbi seu ambitus Tabulae Isiacæ interpretatio.	129
<i>Expositio Limbi Tabulae Isiacæ.</i>	134
<i>Superioris Limbi interpretatio.</i>	135
<i>Interpretatio Limbi sinistri.</i>	142
<i>Interpretatio inferioris Limbi.</i>	145
<i>Limbi dextri lateralis interpretatio.</i>	148
<i>Auctarium de sensu Anagogico, Magico, Ethico, alijsque usibus, quibus seruiebat hæc Tabula.</i>	152
§. I. <i>De sensu Anagogico sub Tabula latente.</i>	Ibid.
§. II. <i>De usu Idearum huius Tabulae, & emolumento inde in Medicina, Physica, Astrologia, Ethica, emergente.</i>	153
§. III. <i>De Theurgico seu Magico sensu, quo Sacerdotes in hac Isiacæ Tabula sacrificiorum instaurandorum rationem, rituum adhæc cœremoniarumque dispositionem per occultum symbolorum contextum exhibebant.</i>	156
§. IV. <i>De significatione minutis characteris hieroglyphica, quem simulachra passim appositum habent; quoque interiores duo Limbi inscripti conspiciuntur.</i>	158

SYNTAGMA II. OBELISCVS RAMESSÆVS SIVE Lateranensis.

P RÆ F A T I O.	162
Caput I. Historica relatio Obelisci Ramessæi siue Lateranensis.	Ibid.
<i>Inscriptiones Obelisci factæ à Sixto V. Pontifice Maximo.</i>	166
II. Obelisci Lateranensis interpretatio.	168
<i>Argumentum Obelisci Lateranensis.</i>	Ibid.
III. Notæ ad Lectorem de interpretationis statuendæ ratione.	171
Prælusio. Quā nonnullā ad meliorem rerum in Obelisco tractandarum notitiam præmittuntur.	172
IV. De inscriptione & divisione Obelisci.	178
Prælusio.	Ibid.
§. I. Prima Columnæ primi Lateris Borealis interpretatio.	182
§. II.	

INDEX.

§. II. Secundæ columnæ lateris Borealis interpretatio. Siderei Mundi Numinum connexionem monstrat.	186
§. III. Tertiæ columnæ lateris Borealis interpretatio. Politicum Mundum exhibet.	188
Caput V. Interpretatio secundi lateris Meridionalis Obelisci Lateranensis.	193
§. I. Interpretatio primæ columnæ secundi lateris Australis, quæ Politicum Mundum exprimit.	194
§. II. Secundæ columnæ lateris secundi Australis interpretatio, & continet Niloticas leges.	198
§. III. Tertiæ columnæ lateris secundi Australis interpretatio.	201
Caput VI. Interpretatio lateris tertij Occidentalis, in quo infestæ Typhonie protestates, & Reipub. perturbatrices exhibentur, & quomodo cæ superande sint.	202
§. I. Lateris tertij Occidentalis columnæ primæ expositio.	Ibid.
§. II. Interpretatio secundæ columnæ tertij lateris Occidentalis.	205
§. III. Tertiæ columnæ tertij lateris Occidentalis interpretatio; & continet leges, quibus Numinia sollicitantur ad Ægypti salutem.	207
Caput VII. Quarti lateris Orientalis Obelisci Rameſſei interpretatio.	208
§. I. Interpretatio primæ columnæ lateris quarti Orientalis.	208
§. II. Secundæ columnæ quarti lateris Orientalis interpretatio.	209
§. III. Tertiæ columnæ lateris quarti Orientalis interpretatio, & continet malorum originem.	210

SYNTAGMA III. OBELISCVS FLAMINIVS, OLIM Senneſertæus.

SYNTAGMA III. OBELISCVS FLAMINIVS, OLIM Senneſertæus.	214
Caput I. Historica relatio Obelisci Flaminij.	Ibid.
Inſcriptiones Obelisci Flaminij.	215
II. Argumentum Obelisci Flaminij.	217
III. Prodroma quarundam rerum, quæ ſæpe ſæpius in hoc Obelisco occurunt, interpretatio.	220
§. I. Tabulae ſacrae Momphto-Mendefiae expositio.	Ibid.
§. II. Niloscopij expositio.	223
§. III. Secundæ tabulae ſacrae Osiriace expositio. De duabus ſtatuis.	226
De Ferculo, ſeu Feretro.	Ibid.
De Ramo inuerſo.	227
De ſceptro recurvo.	228
De Iunco Niloticō.	231
De Junco Niloticō.	234
Caput V. Singulorum Obelisci laterum interpretatio.	235
§. I. Epigraphes ſive inſcriptionis Obelisci interpretatio.	Ibid.
§. II. Columnæ primæ lateris Meridionalis interpretatio.	238
§. III. Columnæ secundæ lateris Meridionalis interpretatio.	239
§. IV. Columnæ tertiae ſecundi lateris Meridiani interpretatio.	240
	§. V.

INDEX.

§. V. Columnæ primæ secundi lateris Borealis interpretatio .	241
§. VI. Columnæ secundæ lateris secundi Borealis interpretatio .	242
§. VII. Tertiæ columnæ secundi lateris interpretatio .	244
§. VIII. Columnæ primæ lateris tertij Occidentalis interpretatio .	Ibid.
§. IX. Columnæ secundæ lateris tertij Occidentalis interpretatio .	245
§. X. Columnæ tertiae lateris tertij Occidentalis expositio .	246
§. XI. Columnæ primæ lateris quarti Orientalis expositio .	Ibid.
§. XII. Columnæ secundæ lateris quarti Orientalis expositio .	247
§. XIII. Columnæ tertiae lateris quarti Orientalis expositio .	Ibid.
<i>Anacephalœsis totius expositionis.</i>	248
<i>Consecrarium de interpretatione facta ab Hermapione.</i>	250
<i>Interpretatio Obelisci Sennefereti facta ab Hermapione Grammatico .</i>	251

SYNTAGMA IV. OBELISCVS SALLVSTIVS, SIVE Ludouisius .

258

Caput I. <i>De origine, erectione, translatione Obelisci Sallustij.</i>	Ibid.
II. <i>Argumentum Obelisci .</i>	259
III. <i>Obelisci Sallustij diuisio, & interpretatio .</i>	260
IV. <i>Hierogrammatismorum qui in quaternis lateribus continentur, & secundum præcedentem diuisionem prorsus idem, si minutiora quedam excipias, sunt, interpretatio .</i>	261
§. I. <i>Columnæ primæ lateris primi Obelisci expositio .</i>	264
§. II. <i>Columnæ secundæ lateris primi expositio .</i>	266
§. III. <i>Columnæ tertiae lateris p. i ni expositio .</i>	Ibid.
§. IV. <i>Columnæ primæ lateris secundi expositio .</i>	167
§. V. <i>Columnæ secundæ lateris secundi expositio .</i>	268
§. VI. <i>Columnæ tertiae lateris secundi interpretatio .</i>	Ibid.
§. VII. IIIX. IX. <i>Columna prima, secunda, tertia, lateris Borealis. ib.</i>	
§. X. XI. XII. <i>Columna prima, secunda, tertia lateris quarti. ibid.</i>	
<i>Consecrarium primum .</i>	269
<i>Consecrarium secundum .</i>	ibid.

SYNTAGMA V. OBELISCVS VERANVS, SEV Barberinus .

272

Caput I. <i>Historica Relatio Obelisci Barberini .</i>	272
II. <i>De huius Obelisci Erectoribus .</i>	273
III. <i>Argumentum Obelisci Barberini .</i>	ibid.
IV. <i>Brevis quatuor primorum & principalium Obelisci Systematum interpretatio .</i>	276
<i>Schematismus I. Genius Ignis .</i>	277
<i>Schematismus II. Aërens Genius .</i>	279
<i>Schematismus III. Aquæ Genius .</i>	280
Sche-	

INDEX.

<i>Schematismus IV. Terra & Genius.</i>	281
<i>Caput V. Interpretatio primi lateris Meridionalis.</i>	Ibid.
<i>Nota in lateris primi Meridionalis schemata, que stationes Deorum Meridionalium continent.</i>	282
<i>§. I. Columnæ primæ lateris primi expositio, & concinet stationes Ge- niorum Omphæ, Ammonis, Osiris, Anubis, Momphtæ bonorum terrenorum affluxu fœcundas.</i>	Ibid.
<i>§. II. Secunda columnæ lateris primi Australis, eiusq; interpretatio.</i>	286
<i>Caput VI. Lateris secundi Obelisci Barberini interpretatio.</i>	290
<i>§. I. Primæ columnæ expositio.</i>	291
<i>§. II. Secundæ columnæ lateris secundi Orientalis interpretatio.</i>	292
<i>Caput VII. Tertij lateris Occidentalis Obelisci Barberini interpretatio.</i>	294
<i>§. I. Columnæ prima interpretatio.</i>	Ibid.
<i>§. II. Secundæ columnæ tertij lateris expositio.</i>	299
<i>Caput VIII. Lateris quarti Septentrionalis Obelisci Barberini interpretatio.</i>	298
<i>§. I. Primæ columnæ quarti lateris Septentrionalis expositio.</i>	Ibid.
<i>§. II. Secundæ columnæ quarti lateris expositio.</i>	299
<i>Consecrarium primum.</i>	300
<i>Consecrarium secundum.</i>	301
<i>Consecrarium tertium.</i>	Ibid.
<i>Conclusio.</i>	Ibid.
SYNTAGMA VI. OBELISCVS CONSTANTINOPOLITANVS à Theodosio Imperatore in Hippodromo Byzantino olim erectus.	304
<i>Caput I. Historica relatio de origine & erectione Obelisci Constantinopolitani.</i>	Ibid.
<i>Exemplar literarum Excellentissimi Viri Domini Simonis Renigeri Cæsarei apud Turcarum Imperatorem Legati.</i>	Ibid.
<i>Literæ Panaiotis Nicusij, Cæsarei apud dictum Imperatorem Turca- rum Interpretis.</i>	305
<i>Caput II. Argumentum Obelisci.</i>	309
<i>§. I. Lateris primi explicatio.</i>	311
<i>Scholium.</i>	313
<i>§. II. Secundi lateris expositio.</i>	Ibid.
<i>§. III. Tertij lateris expositio.</i>	314
<i>§. IV. Lateris quarti expositio.</i>	315
SYNTAGMA VII. OBELISCI MINORES, ET SVNT Monticælius, Mediceus, & Mahutæus.	318
<i>Caput I. De origine horum Obeliscorum.</i>	Ibid.
<i>II. Argumentum trium minorum Obeliscorum.</i>	319
Gggg	Ca.

INDEX.

Caput III. <i>Obeliscus Monticælus, eiusque explicatio.</i>	320
Caput IV. <i>Obeliscus Mediceus, eiusque interpretatio.</i>	325
Caput V. <i>Obeliscus Mabuteus, eiusque interpretatio.</i>	327
 SYNTAGMA VIII. OBELISCVS HELIOPOLITANVS, QVI IN	
hunc diem adhuc iuxta Matarèam, Vicum Cayro Ægypti vicinum,	
erectus conspicitur.	
	330
 Caput I. <i>De origine Obelisci Heliopolitani.</i>	
II.	<i>De erectione & mensura Obelisci.</i>
III.	<i>Argumentum huius Obelisci.</i>
	<i>Obeliscus Heliopolitanus.</i>
IV.	<i>Interpretatio Obelisci.</i>
	Ibid.
	331
	332
	333
	334
 SYNTAGMA IX. OBELISCVS ALEXANDRINVS,	
eiusque interpretatio.	
	339
 Caput I. <i>De origine & primo erectore huius Obelisci.</i>	
II.	<i>De mensura & symmetria huius Obelisci Alexandrini.</i>
	<i>Epilogismus totius Obelisci Alexandrini ex literis Titi Livi Buratti-</i>
	<i>ni.</i>
	341
	<i>Obelisci symmetria.</i>
	342
III.	<i>Interpretatio Obelisci Alexandrini.</i>
	<i>Consectarium I.</i>
	343
	<i>Consectarium II.</i>
	345
	ibid.
 SYNTAGMA X. OBELISCVS FLORENTINVS,	
eiusque interpretatio.	
	348
 Caput I. <i>De Obelisci huius origine, inscriptionis ratione, & argumento.</i>	
	<i>Divisio Obelisci.</i>
II.	<i>Primi lateris expositio.</i>
§. I.	<i>Columnæ primæ lateris primi characteres, & expositio.</i>
	<i>Characteres seu figuræ.</i>
	<i>Expositio figurarum.</i>
	<i>Scholion in explicationem factum.</i>
§. II.	<i>Columnæ secundæ lateris primi figuræ, & expositio.</i>
	<i>Characteres seu figuræ.</i>
	<i>Expositio figurarum.</i>
	<i>Scholium in expositionem.</i>
Caput III.	<i>Secundi lateris expositio:</i>
§. III.	<i>Columnæ primæ lateris secundi anatomia, & expositio.</i>
	<i>Characterum anatomia.</i>
	<i>Anatomiae factæ expositio.</i>
	<i>Scholium in explicationem factam.</i>
	355
	356
	ibid.
	356
	357
	§. I.

INDEX.

§. IV. Columnæ secundæ lateris secundi expositio.	357
Anatomica descriptio.	ibid.
Exhibitorum symbolorum interpretatio.	358
Scholium.	ibid.
Caput IV. Tertiij lateris expositio.	359
§. V. Columna prima lateris tertij.	ibid.
Anatomia characterum.	ibid.
Expositio Anatomie.	361
Scholium.	361
§. VI. Columnæ secundæ lateris tertij declaratio.	362
Caput V. Quarti lateris expositio.	ibid.
§. VII. Columna prima lateris quarti.	ibid.
Anatomia.	ibid.
Expositio.	364
Scholium,	ibid.
§. VIII. Columna secunda lateris quarti.	395
Conclusio.	366

SYNTAGMA XI. OBELISCI RASI, ET SVNT EXQVILINVS & Vaticanus. 368

Caput I. Obeliscus Claudianus, sive Exquelinus.	368
Symmetria & proportio Obelisci Exquilini.	369
Inscriptiones Obelisci.	ibid.
II. Obeliscus Moncorius seu Vaticanus, qui unus ex omnium maximis est.	370
Erectionis Obelisci Vaticani modus & ratio.	372
De Ergatarum potentia ad Obelisci pondus comparata.	374
Epilogismus exactissime, quantum fieri potuit, symmetriam & proportionem totius Obelisci, singularumque partium, una cum ornamentiis exhibens in palmis Romanis.	375

SYNTAGMA XII. DE FRAGMENTIS VARIORVM Obeliscorum, quæ in Vrbe hodie supersunt. 378

Caput I. De Obelisco Campomartio subterraneo.	ibid.
II. De Obelisci fragmento quod reperitur in Insula Tyberis.	379
III. De nonnullorum Obeliscorum fragmentis, quæ circa Collegium Romanum spectantur.	382

SYNTAGMA XIII. DE MVMIIS, EARVMQVE CONDITORIIS, & hieroglyphicorum, quibus inscribuntur, significatione. 387

Caput I. De Metempsychoſi.	ibid.
II. Cur tanto studio cadanerum incorruptioni studuerint Aegyptijs.	390
G g g g 2	Ca-

INDEX.

Caput III. De Mumiarum preparatione, id est, de modo condendi cadavera.	
§. I.	395
§. II. <i>De Mumia.</i>	396
Caput IV. De cryptis, locisque subterraneis, in quibus condi solebant Mumiae, siue medicata corpora.	
	399
Caput V. Hieroglyphicarum Mumiarum, quae partim ex Magni Ducis Hetruriæ, partim ex Ioannis Nardi Museo extractæ sunt, interpretatione.	
	411
§. I. Hieroglyphicorum quæ in ligneis funerum thecis primæ et secundæ figuræ tabula tertia depicta spectantur, interpretatione.	413
§. II. <i>De inuolucris Mumiarum, variisque hieroglyphicis Iconismis, qui unâ Mumiae innotescuntur.</i>	418
§. III. <i>De fascijs hieroglyphicis.</i>	420
<i>Pompa Iſiaca iuxta Apuleij descriptionem, ex hortis Mediceis.</i>	426
<i>Fasciæ Pereſſianæ expositio.</i>	428
Caput VI. De Mumijs hieroglyphicis, partim ex Museis Magni Ducis Hetruriæ, partim Batavorum extractis, et in præsentem Iconismo runa congeriem coniectis, unâ cum interpretatione.	
	428
<i>Figuræ, quæ signatur litera Y, expositio.</i>	430
<i>Figuræ D ex Museo Hieronymi van Werle extractæ interpretatione.</i>	
	Ibid.
<i>Figuræ A, ex Magni Ducis Hetruriæ Museo extractæ, expositio.</i>	
	431
<i>De statua lignea ex Museo Ernesti Brinckij, et alia simillima ex M. Ducis Hetruriæ Museo extracta.</i>	
	Ibid.
<i>De Mumijs ex Museo Petri à Valle extractis.</i>	433
SYNTAGMA XIV. DE CANOPIS HIEROGLYPHICIS, eorumque interpretatione.	
	437

Caput I. Quid sit Canopus.	Ibid.
<i>Canopi Fig. I. in Iconismo exhibiti expositio.</i>	Ibid.
Caput II. Canopi figura II. signati interpretatio.	440
III. <i>Interpretatio Canopi figuræ VI.</i>	Ibid.
IV. <i>Figuræ III. quæ Canopicum Oraculum exhibet, interpretatio.</i>	442
V. <i>Figura IV. Genius Apotropæus Canopicus, eiusque interpretatio.</i>	445
VI. <i>Figuræ V. vasis Canopici interpretatio.</i>	447
VII. <i>Figuræ VII. interpretatio.</i>	448
VIII. <i>Figurarum VIII. XI. XII. interpretatio.</i>	Ibid.

SYNTAGMA XV. DE SPHYNGIBVS NILOTICIS, eorumque vera significatione.	454
--	-----

Caput I. De Nilo, eiusque cultu ab Ægyptijs usurpato, vii et de Niloscipis, eorumque usu.	
	Ibid.

Ca-

INDEX.

Caput II.	<i>De Sphyngibus Ægyptiacis, earumque interpretatione.</i>	463
	<i>Leones Nilotici seu Mompbtæi, quorum limbi sequentibus hieroglyphicis insigniantur, extant ad aquas felices, iuxta Campos Thermarum Diocletianearum.</i>	463
§. I.	<i>Interpretatio hieroglyphicorum, que in primi Leonis Abaco inscripta cernuntur.</i>	465
§. II.	<i>Simulacrum Leonis B finistri, abaco inscriptis, eiusque significatio.</i>	467
	<i>Notæ in factam interpretationem.</i>	Ibid.
Caput III.	<i>Sphyngum que in Villa Burghesia spectantur, interpretatio.</i>	468
	<i>Sphynges cum abacis hieroglyphicis sequentibus insignitæ, exstant hodie in Villa Burghesia retro Palatum, è regione fontis finistra.</i>	469
	<i>Dextræ Sphyngis interpretatio.</i>	471

SYNTAGMA XVI. DE PENATIBVS, LARIBVS, ET Serapibus Ægyptiorum.

474

Caput I.	<i>De Penatibus, Laribus, & Serapibus in genere.</i>	ibid.
II.	<i>De hieroglyphica Penatum seu Tutelarium Ægyptiorum Numinum significatione.</i>	477
§. I.	<i>Interpretatio prime figuræ A.</i>	479
§. II.	<i>Secunde figuræ interpretatio.</i>	483

SYNTAGMA XVII. DE MAGNÆ EFFICACIÆ IDOLIS, SIVE de Dijs Auerruncis primi ordinis.

487

Caput I.	<i>Auerrunci Dij qui dicantur.</i>	ibid.
	<i>De Statua loquente.</i>	488
II.	<i>De simulacris Ægyptiorum portatilibus.</i>	492
III.	<i>De statuis auerruncis alia forma, quas Mesitæ vocant.</i>	495
	<i>De statua Mesitica Orignana, que in Orignano Oppido spectanda exhibetur.</i>	497
	<i>Simulacrum ex Museo Excellentissimi Viri Ioannis Rhodij Medici Patuini.</i>	498
IV.	<i>De statuis Polymorphis, & auerruncis omnis generis.</i>	500
	<i>De Polymorphi Daemonis simulacro.</i>	501
	<i>Posterior Amuleti pars.</i>	504

SYNTAGMA XVIII. DE STATVIS ÆGYPTIACIS POLYCHARACTERISTICIS, id est, toto corpore hieroglyphicorum contextu conspicuis.

506

Caput I.	<i>De statuis Aegyptiacis &c.</i>	ibid.
	<i>Consecrarium.</i>	510

Ca-

INDEX.

- Caput II.** *De prophylacticis Statuis, seu Amuletis portatilibus.* 511
III. *De vasis sacris.* 513
Literæ Clarissimi Viri D. Othonis Heurnij ad Nibusum datæ. 514

SYNTAGMA XIX. DE AMULETIS, ET PERIAPTIS, COETERISQUE PORTATIBUS ICUNCULIS, QIBUS AEGYPTIJ VTEBANTUR. 518

- Caput I.** *De varijs Aegyptiorum Amuletis, & Periaptis.* ibid.
II. *De Amuletis quæ Deorum & sacrorum animalium formam referrunt.* 519
III. *De mixtae & monstruosa rationis Amuletis.* 521
IV. *De Scarabæis prophylacticis.* 523
V. *Phylacterium lapideum ex Museo Clarissimi Viri Iacobi Scaphili.* 526
& 527
VI. *De humani corporis partibus in usum Periaptorum ab Aegyptijs assumptis.* 528

SYNTAGMA XX. DE LVCERNIS VETERVM AEGYPTIORUM. 531


- Caput I.** *De origine Lucernarum.* ibid.
II. *De loco, figura, alijsque lycnuchorum, lucernarumque Aegyptiarum proprietatibus in genere.* 533
III. *De lucernis Aegyptijs in peculiari. §. I.* 537.
 §. II. *De lucernis Aegyptiorum in sacra animalia transformatis.* 538
 §. III. *Lucerna Aegyptia tetriclychna.* 539
 §. IV. *De lucerna Canubica seu Canina, aut Κυνοφύλλων.* 540
 §. V. *De lucerna Spbyngis.* 541
 §. VI. *De Lucernis phallicis.* 542
 §. VII. *De lucerna Typhonie.* ibid.
 §. VIII. *De lucernis polylychnis, quæ in cryptis subterraneis Aegypti pasim reperiuntur.* 544
 §. IX. *Vtrum Aegyptij verè in subterraneis cryptis lucernas perpetuo lumine ardentes constituerint; & quod eorum fuerit artificium.* 545
ANACEPHALÆOSIS TOTIVS OPERIS. 551

PRAEFATIO. ibid.

- Caput I.** *De veterum Aegyptiorum doctrina & sapientia.* 552
Argumentum I. *Symbolorum hieroglyphicorum multitudinem non esse innumerabilem, uti nonnulli Censores obiciunt.* 553
De requisitis ad hieroglyphicorum interpretationem. 558
Argumentum II. *Hieroglyphica non syllabis, vocibus, ac periodis constare, ut reliqua idiomata, sed idealium rerum cognitionem esse.* 559
Argumentum III. *Hieroglyphica ex mente Aegyptiorum non tantum symbola*

I N D E X.

<i>bola significativa rerum altissimarum, sed & ob occultam quan-</i>	
<i>dam cum supramundanis causis connexionem, attractiva Nu-</i>	
<i>minum, atque ab aduersis præseruita fuisse .</i>	563
Argumentum IV. Consensus omnium Philosophorum, & Poëtarum, circa	
<i>Theologiam Aegyptiorum, demonstratur .</i>	568
§. I. De unitate & bonitate Dei, uti & rerum omnium causa, & re-	
<i>rum principio productio.</i>	568
<i>Consecrarium.</i>	575
§. II. De triuno principio Aegyptiorum dogmate .	ibid.
<i>I. Expiatio Menti apud Aegyptios ad diuinorum influxuum</i>	
<i>receptionem necessaria .</i>	578
<i>II. Silentium necessarium .</i>	579
<i>III. Modus & ratio in purgatione seruanda .</i>	580
<i>IV. Crater purgationi necessarius .</i>	582
Epilogus .	588
<i>Hymnus Mercurij Trismegisti in Pymandro .</i>	589



INDEX

Rerum notabilium locupletissimus

ORDINE ALPHABETICO.

A



- BAC I throno tabule
Bembinæ subiecti sche-
mata explicantur. 92
Ablutio corporis symbo-
lum ablutionis men-
tis. 585
Abortina non sepeliebant Agyptij. 516
Absynthium marinum. 77
Acacia herba. 137
*Accentus reperti ab Europæis, ad Si-
nicos characteres pronunciandos.* 15
Accipiter quas literas dederit Aegyptijs.
45
*Volans in tabula Bembina ex-
plicatur.* 97
Solem significat. 125
Sacer. 148
Tutulatus. 186. *dormiens.*
Ibid. ♂ 198
Quadrangulo insidens. 198
209
Heliopoli cultus. 265
*Est symbolum Intelligentiae
Solaris.* 334
Accipitres bini concordiae symbolum.
Accipitres tres mitrati. 237
Accipitrina capita duo quid significant?
191
*Accipitrinum simulachrum est Intelli-
gentia Solaris.* 334
*Accipitris caput & baculum quid si-
gnificant?* 277
Adyta Aegyptiorum. 81. *in ijs doce-
batur Theologia Aegyptiaca.* 82
hieroglyphicis instructa. 83

- Adyta Aegyptiorum omnia continebant.* 156
Adyta Hebræorum. 82
*Aegyptij rerum excellentiam per contra-
riorum oppositionem denotabant.* 225
*Aegyptij putabant, animis piorum mi-
grare in animalia sacra; impiorum
in immunda.* 389. *Deos, Regesque
sub larvis animalium cognoscere sa-
tagebant.* 390. *eorum cura in hu-
mandis moruis.* 393. *eorundem
dogma de revolutione animarum.*
Ibid. *non egrediebantur patrio solo
philosophandi gratia.* 554
*Aegyptia quadrupedia tantum assu-
pta pro hieroglyphicis.* Ibid.
*Aegyptij in hieroglyphicis instituendis
Deos imitabantur.* 81. *manifestis
symbolis occulta mysteria signifi-
cabant.* Ibid.
*Aegyptij cur hieroglyphicis figuris vte-
rentur ad significanda diuina myste-
ria.* 132. 133
*Aegyptij ad Deorum fabricam omne
animal viua cum homine assump-
runt.* 134
*Ante consultationes placabant
Deos.* 170
Eorum lingua duplex. 42. *eorum
literæ desumptæ ex animalium for-
mis, incessu &c.* Ibid.
*Aegyptiorum Veterum doctrina hoc
Operè restauratur.* 552
*Aegyptiorum sapientia à sacra Scriptu-
ra commendatur.* 562
*Aegyptiorum intentio in Obeliscis eri-
gendi.* 564
Aegy-

INDEX.

- Ägyptus μγάνσωρ dicitur. 128
 Ägyptus fidem Christi suscepit statim ab eius passione. 515
 Aëres potestates Ägyptijs noæ. 292
 Africæ solitudo dicta mare fabulosum. 597. in ea rupes Austro consecrata.
 Ibid. in ea Sphynges. Ibid.
 Agathodæmon Ibiacus & Ophionius. 239
 Agathodæmon per literana, A, significatur. 183
 Alphabetum mysticum Ägyptiorum. 42
 Amicti. 86. 242
 Ammoniæ Intelligentiæ Minister inge-
 niculatus in tabula Bembina. 141
 Amor rerum in quo consistat. 484
 Amuleta ad Monoptam attrahendum.
 464. ad Nili incrementum obti-
 nendum. 470
 Amuletariæ artis origo. 564
 Amuletorum gestatio. 219
 Amuletorum variæ classes. 518. &
 seqq. & 528
 Amuletum ad alliciendum Dæmonem
 polymorphum. 335
 Anagogicus sensus tabule Bembinæ. 150
 Androsphynx mirata. 236
 Androsphynx tabule Bembinæ. 97.
 138. eius Potentia. 97
 Angeli 12 Mundi præsides, eorumque
 termini ex Iochайдe. 118
 Angeli exemplar Aristocratici status. 169
 Angelus omnia in se complicat, sed mo-
 do angelico. 152
 Animalia sacra Ägyptijs quatuor. 45
 Animam Mundi per sacrificia trahen-
 di ritus. 157
 Animas de sphera in spharam transmi-
 grare credebant Ägyptij. 393. eo-
 rum modus sepeliendi. 395. 396.
 funerum species tres habebant. Ibid.
- Animi purgandi cura apud Ägyptios:
 578. necessaria. Ibid. in quo con-
 sistat. 579. 580. 581
 Anser sacer. 242
 Anser sacræ tabule insidens. 201
 Anseris figuræ nauium puppes ornab-
 tur. 64
 Antiquissimorum characterum Sinensium
 explicatio. 16. 17. & seqq.
 Anubis apud Ägyptios idem quod He-
 cate apud Græcos. 122. eius si-
 mulachrum ante templorum fores.
 Ibid.
 Apidis solemnitas. 285. eius delubra.
 ibid. in eius solennitate Crocodili
 mansuecebant. ibid.
 Apopas Dæmon Solaris ex tribus dode-
 cadibus compositus. 296
 Apotropæum Numen Borealis regionis.
 123
 Aqua rerum omnium principium iux-
 ta Veteres. 437
 eam vocabant Oceanum. ibid.
 Aquarij signum Leoni cur apponatur.
 462
 Aqueæ naturæ præsides 12 in Obelisco
 Barberino. 294
 Arabes utensilibus literas insculpebant.
 510
 Archetypi Mundi virtutes latentes.
 185
 Archontes rerum præsides. 300
 Aries biceps Ammonem refert. 146
 Aristocratici status exemplar Angeli.
 169
 Aristotleia. 71
 Aristotelis doctrina de Ideis secundum
 Ägyptios. 133
 Armenorum characteres hieroglyphici.
 40. & 42
 Artemisia herba. 71
 Arundinem Crocodili auersantur. 285
 arundo cur Baccho tribuatur. 233
 eius duo genera. ibid.
 Asphaltus cadiuera contrabit. 516
- H h h h Aspi-

INDEX.

<i>Aspidis cultus apud Ægyptios.</i>	187	<i>Bos humana facie flammas euibrans.</i>	
<i>Aspido-Sphynx quid significet.</i>	144		509
<i>Aspis è globo emergens & Cruci ansatæ se insinuans.</i>	182.	<i>Bos Mneuius.</i>	146
<i>caudam mordens.</i>	183	<i>Bos Solaris Numinis symbolum.</i>	311
<i>Aspis è circulo emergens.</i>	201	<i>Bouem loco Accipitris ponebant Aegyptij.</i>	Ibid.
<i>Aspis Ophionius.</i>	120	<i>Bones duodecim in Obelisco Flaminio</i>	
<i>Affecte throno medio tabula Bembine adstantes.</i>	90	<i>& in Obelisco Sallustio.</i>	263
<i>Astronomici characteres &c &c</i>	462	<i>Brachium humanum extra phallum,</i>	
<i>Auctoritates pro doctrina hieroglyphica.</i>	2. 3. 4.	<i>prominenſis quid significet.</i>	415
<i>Auerrunci Dij.</i>	487.	<i>Brachmanes</i>	21.
<i>Statue variae auerruncae.</i>	Ibid. & seqq.	<i>corum viuendi ratio</i>	
<i>eorum instrumenta varia.</i>	489	<i>Ibid. literæ. Ibid: utrum sint hieroglyphica 22. rebus caelestibus appropriate.</i>	
<i>auerrunca Dea Isis.</i>	Ibid.	<i>Ibid. ad planetas spectantes 23 & seqq: ad Cœlos & sidera.</i>	
<i>auerruncae statuae, dictæ Mesitæ.</i>	495	<i>26.</i>	
	& seqq.	<i>Bryonia.</i>	77
<i>Avis Numidica australium influxum symbolum.</i>	127	<i>&c quid significet in lingua Phœnicum.</i>	45
<i>Author Romam accersitur ad interpretandum Obeliscum Barberinum.</i>		<i>Buglossa.</i>	78
<i>272. eius scopus in Obeliscis interpretandis.</i>	275		
<i>Authoris studium in eruenda Ægyptiorum doctrina.</i>	553		
<i>Azonij Dij.</i>	101		

B

B Aeth idem quod Accipiter, seu Taustus.	286
Barra sacra quid?	358
Barys nauis.	164. 196
Betonica.	78
Bitumine liniebant Ægyptij mortuum corpora.	394
Bituminosa loca Aegypti.	548
Bonum primum & imparicipatum Deus.	151
Borealis plaga pars Mundi dextra, Australis sinistra iuxta Ægyptios.	127
Bos albo-niger quid significet.	105
Bos apidem significat.	186

C

C Abalistæ exprimunt per literas, quod Aegyptij per hieroglyphica.	136
Cabalisticum effatum de Mundorum productione.	110
Cadmus ex Aegypto literas traduxit in Græciam	56
Grekarum literarum inuentor. Ibid. erat Aegyptius. Ib.	
Cæpas quas abhorruerint Aegyptij.	75
Camphytis.	71
Canis quas literas dederit.	45
Canis Anubin significat.	135
Canes cum flagellis quid significant.	416
Canophoræ.	226
Canopus idem cum Momphta.	295
Canopus quid.	436
Canopi Gualdiani expositio. Ibid. &	
	438. 439
Canopus ex thesauro hieroglyphico Herwartij.	440
Canopus palati Legati Melitenis. Ibid.	
Canopicum oraculum.	442
Cano-	

I N D E X.

- Canopici oraculi characteres** 443. quid
ij significant. 444
Canopicus Genius Apotropaeus. 445.
 446. 447
Canopicum vas. 447
Canopi historia & origo. 449
Canopi monogramma. Ibid.
Canopica statua ex Museo Smithij. 450
Canubicum Numen omnium maximum. 443
Caput bouinum tabulae Bembinae. 137
Catenæ heracleotice unde originem ducant. 155
Catenæ apud Aegyptios. 249
Catena Geniorum Lunæ-Solarium. 337
Catena seu Siræ Aegyptiorum ... 479
Catena Lyngæa quid. Ibid.
Catenarum quas Siras vocant, origo. 563
Cauerne Mumiarū, earumq; descriptio. 400. & 401. numerus ingens. Ibid.
Causatum est in causa, à causa, ad causam. 152
Cecrops Aegyptius. 56
Centauria. 69
Chamælea. 27
Chamæmilla. 75
Chami posteri colonias misisse videntur in Sinæs. 10
Characteres significatiuos conceptuum omnes fere gentes habent. Ibid.
Characteres Sinenium quando instituti. Ibid.
Characteres Sinenium idem cum Iaponiorum, & aliarum adiacentium Nationum. 15. idem character Sinenium diuersa significat pro accentus diuersitate. Ibid.
Characteres hieroglyphici Armenorum. 40
Characteres Brachmanum. 21. utrum sint hieroglyphica. 22. triplici Mundo appropriati. 23
Characteres planetarum effectus significantes. 23. & seqq.
- Characterum Seruianorum Cruci inscriptorum interpretatio.** 38 39
Characteres minutti Isidi throno inscripti adscripti explicantur. 93
Characterum minutorum tabulae Bembinae interpretatio. 158
Characteres hieroglyphici conceptuum nota. Ibid. ex omnibus ad sacrificia spectantibus assumpti. Ibid. eorum usus varij. Ibid. interpretatio. 159
Characteres Numinum monogrammatici. 362
Chenosiris sacer. 242
Choragi Genialis simulacrum. 510
Cidaris seu mitra Sacerdotalis sapientiae signum. 179
Cistophori ciste sacra. 226
Cælorum effectus & influentie secundum Brachmanas. 26. 27
Ceremoniæ attractiæ Deorum. 86
Ceremoniæ facienda Dæmoni Polymorpho. 289
Columba aërem significat. 291
Concordia Regnum unde? 170
Concordiæ symbolum bini accipitres. 198
Coniugia idealia decem Deorum. 145
coniugium Horeæ Intelligentiæ cum Momphia. Ibid. *Mentis Mneiæ cum Horo.* 146. *Mentis Isiacæ cum Momphia.* Ibid. *Animæ Mundii cum Mundo sensibili.* Ibid.
Constantinus Magnus Constantinopoli circum fabricatur. 162. mittit in Aegyptum ad querendum Obeliscum. Ibid. curat deferri Rameffæum Alexandria. 163
Constantius Imperator Romanus venit. 163. iubet portari Romanum Obeliscum Alexandriam. Ibid. & erigi in Circo Maximo. 164
Coriandrum. 78
Cornucopia tribus modis pingitur ab Aegyptijs. 287

INDEX.

- Corona papaveribus & perseæ folijs ornata.* 200
Coturnicis antipathia cum Sole & Luna. 124
Coturnix symbolum tyranni. 203
eius proprietates. Ibid.
Crater beneficus Osridis. 199. *eius mysteria.* Ibid.
Crocodili throno Pantamorphi Numinis subiecti. 46
Crux ansata inter characteres Sinenses. 13
Crux ansata Genij ignei. 277. *mysteria eius grandia.* Ibid. & 278
Cucurbita cur Mercurio oblata. 288
Cuscuta. 78
Cyclamus. 75. 77
Cynocephalus manus ad Lunam elevans. 104. 114
Cynocephalus cum psilio Lunaris Genij symbolum. 142. *significat Mentem Lune-Solarem.* 147
- D**
- D**aemones boni & mali Mundo dominantur ex Trismegisto. 202
Dæmonis polymorphi symbolum. 334
Decusses binæ symbolum numericum. 318
Dei cultus adhibendus ad conseruationem Regnum. 195
Dei effectus cerni, natura minimè à nobis potest. 222
Delphici templi inscriptio. 574
Democratici status exemplar Mundus sensibilis. 169
Deo trinam potentiam attribuebant Aegyptij. 89
Deorum magna porta in tabula Bembina. 90
Deorum cultus publicus alia dona postulabat, alia priuatus. 219
Deorum occultus ingressus per vestigia
- pedum significatur in Obeliscis.* 283
Deorum in firmamento stationes. 300
Dens bonum primum & impaticiatum. 151. *omnia continet, & est omnia in omnibus.* Ibid. & 152
omnia producit. Ibid. *eius vis fæcundativa in omnibus.* Ibid.
Deus exemplar Monarchici status. 169
Deus cœruleâ veste indutus cur pingatur. Ibid.
Dictamus. 75
Differentia inter characteres Sinenses & hieroglyphica. 13
Differentia inter Sphynges & Leones Mompæos. 468
Dij mundi ab Aegyptijs culti. 218
Dij sub figuris animalium comparebant hominibus. 389
Discordiae symbolum. 202
Dissidia Regnum. 170
Dissidium rerum sublunaris Mundi. 209
Diuinandi scientiam quomodo inquierint Aegyptij. 157
Diuinitatem per omnia diffusam dupliciter considerabant Aegyptij. 89
Diuiso varia tabula Bembinae. 87
& seqq.
Dominicus Fontana erigit Obeliscum Vaticanum. 372
Dracontæa. 73
Duodenarij numeri prærogativa. 217
- E**
- E**ffectus ex placatione Deorum per ritus Sacerdotum. 289
Elementa ex internis elementis profecta. 155. *eorum fructus vegetabilia.* Ibid. *corum virtutes & qualitates.* 217. *eorum hieroglyphica.* 276
Ellychnium incombustibile dari potest. 543
Enneados sigillum. 127
Epi-

INDEX.

- Epilogus huius Operis.* 588
Erectio Obelisci Vaticani. 372. 375
Ergatæ pro Obelisco Vaticano erigendo. 373
Ergatarum potentia pondus superare debet. 375

F

- F** *Abula de Rege Ægypti sub Leonis forma circumante.* 390
Fasciæ hieroglyphicæ Mumiarum. 420
Fasciæ Peirescianeæ explicatio. 428
Fati hieroglyphicum. 206
Fato non subiicitur anima nostra. 205
Fauissæ sacræ. 200
Felis Lunæ hieroglyphicum. 121
eius simulachrum Heliopoli. Ibid.
Ferculum seu feretrum, eiusque significatio hieroglyphica. 226
Ferula cur Baccho tribuatur. 232
Ferula à ferendo dicta. Ibid.
Feruliceis tly si cur utantur Ægyptij pro symbolis. Ibid. & 232
Figura medio throno tabulae Bembinæ insidens. 90
eius affectæ. Ibid.
Finis cuius gratiâ conditus à Deo homo, optimus. 194
consistit in actione circa optima. Ib.
Flamme subitaneæ è cryptis aperitis subinde erumpunt. 547
Flos Loti. 280
Folia & flores numeros Dij congruentes exhibentes dicabant Ægyptij. 61
Fontanae summitates Ægyptiorum. 259
Fontes septem quos Venerabantur Aegyptij. 111
Fontium patres. 85. 117
Fons vitigineus. 114
Fuga è Mundo quid secundum Platonem? 581
Fundum paternum quid sit? 94
Geniorum cœtus diuinit in tres tria-

- des. Ibid. eius varia nomina.* 99
Funebris pompa descriptio lepida ex Apuleio. 425
Funebris pompa Romanorum. Ibid.

G

- G** *Allus gallinaceus cur non repe- riatur inter hieroglyphica.* 515
Genethlij quid? 475
Genij multi in singulis triadibus. 100
Genij occiduæ plагæ. 122
Genij Solares duodecim. 218
Genius Boreæ plагæ, eiusque nouem si- gnacula. 124
Geniorum ignis & aquæ idealis schema- ta. 142
Genius Horæus, & Niloticus. 148
Genios per res ipsas analogas trahebant Aegyptij. 157
quomodo eos placabant. 288
Genij concordie due Cornices. 184
Genios duodecim cur elegerint Aegyptij. 219
Genij singulis Mundi plagiis assignati ab Aegyptijs. 244
Genij intellectualis Mundi, malorum auerruncatores. 245
Genij 48 Pantamorphi Numinis Mi- nistri. 274
quibus placandi ritibus. 275
quibus amuletis colendi. Ibid.
representati sub figuris 48 constella- tionum. 276
præcipui naturæ præsides. Ibid.
Genius ignis. 277
Systema rituum, quibus colendus.
Ibid. circulus in capite eius quid significet. 278
sedes quadrata. Ibid.
Tutulus. Ibid.
Genius aëris. 279
eius habitus & ornatus. Ibid.
Genius aquæ. 280
eius habitus & ornatus. Ibid.
Ge-

I N D E X.

<i>Genius terræ.</i>	281	<i>Hecatæ azonæ tres.</i>	183
<i>eius habitus ornatus.</i>	Ibid.	<i>Hecaticæ triadis regnum tripartitum.</i>	102
<i>Genij sex in qualibet columnæ Obelisci Barberini.</i>	282	<i>Heliopolis antiquæ situs.</i>	331
<i>eorum sacrificia apta.</i>	286	<i>Heliotropium.</i>	75
<i>Genius agriculturae.</i>	282	<i>Hemphæa supremum Numen.</i>	181. 217
<i>Oeconomiae spermaticæ.</i>	286	<i>Herbae & plantæ Aegyptiacæ.</i>	65. 69
<i>Mercurialis.</i>	287	<i>earum vires per somnia inquirebant Aegyptij.</i>	Ibid.
<i>Polymorphbus.</i>	289	<i>dæ ijs libri scripti ab Ægyptijs.</i>	68
<i>Terrestris.</i>	Ibid.	<i>Herba Motmutis.</i>	148
<i>Momphto-Ammonius.</i>	290	<i>Hermaphionis interpretatio Obel. Flaminij.</i>	250. & seqq.
<i>Anubicus.</i>	Ibid.	<i>falsa est.</i>	253. & seqq.
<i>Bebonius.</i>	292	<i>Herodotus arguitur circa argumentum Obeliscorum.</i>	354
<i>Tutelaris nubium.</i>	Ibid.	<i>Herodoti error.</i>	558
<i>Auerruncatus malorum.</i>	293	<i>Herwartius in tabula Bembina interpretanda à scopo aberrat.</i>	255
<i>Genij tutelaris Lunaris & Solaris hieroglyphicum.</i>	295	<i>Hieroglyphicum quid sit?</i>	8
<i>Geniorum 48 stationes respondent 48 stationibus Deorum in cœlo.</i>	300	<i>Hieroglyphicè quid inciderint Aegyptij.</i>	Ibid.
<i>Genij Obelisci Monticælij.</i>	321. & seqq.	<i>Hieroglyphica non saxis tantum, sed alijs etiam materijs incisa.</i>	Ibid.
<i>Geniorum Solarium simulachra.</i>	335	<i>Hieroglyphica doctrina solis Sacerdotibus communicata.</i>	9
<i>Geniorum humidi & calidi symbola.</i>	344	<i>eius origo.</i>	Ibid.
<i>Globus alatus cum serpentibus quid significet.</i>	136	<i>ead imbutus Moyses.</i>	Ibid.
<i>Globus è cuius fundo duo pedes emergunt.</i>	196	<i>Author eius Trismegistus.</i>	Ibid.
<i>Globus serpente circumditus.</i>	138	<i>Hieroglyphica quomodo à cœterarum Gentium characteribus distinguntur.</i>	10
<i>Globus serpentibus fætus.</i>	353	<i>Hieroglyphicorum falsorum Schematismi.</i>	41
<i>Græci Deorum simulachra literis exornabant.</i>	510	<i>Hieroglyphicum Peirescianum.</i>	54
<i>Gratitudo erga Deum pro beneficijs.</i>	226	<i>Hieroglyphica lectio quomodo instituenda.</i>	67
H			
H abitus fæmineus Sacerdotum Aegypti.	281	<i>Hieroglyphica doctrina non continet laudes Regum.</i>	253
<i>Harpocratis statio.</i>	297	<i>Hieroglyphica pyramidio & lateribus Obelisci Sallustij insculpta.</i>	260
<i>Hebræorum figmentum de animarum transmigratione.</i>	390	<i>Hieroglyphica Obeliscorum continent Theologiam Aegyptiorum.</i>	269
<i>Hecate quid?</i>	100. 126	<i>Hieroglyphica cum ordine insculpetur.</i>	466
<i>eius simulachrum.</i>	101		
<i>ornatus & habitus eius.</i>	Ibid.		
<i>Genij aſeclæ eiusdem.</i>	102		
<i>Tæniæ eius.</i>	Ibid.		
<i>Tutuli.</i>	Ibid.		

Hie-

INDEX.

INDEX.

INDEX.

<i>Leges Niloticae.</i>	200	<i>Lucerne quibus locis ponerentur.</i>	533
<i>Leges sacræ in Obelisco Flaminio conten-</i>		<i>&</i>	534
<i>tæ.</i>	218	<i>Variarum figurarum.</i> Ibid. & 535	
<i>Leges de sacrificijs ritè instituendis ab</i>		<i>antiquissimis temporibus in usu.</i> Ib.	
<i>Ægyptijs Sacerdotibus conditæ.</i> Ib.		<i>Lucerne varie in particulari explica-</i>	
<i>Leo ignem significat.</i>	143	<i>tæ.</i>	537. & seqq.
<i>Leo Momphtam significat.</i>	464	<i>Lucernam Apidi cur posuerint Aegyptij.</i>	539
<i>Leoninæ statuæ significatio.</i>	221		
<i>Leonis capita cur fontibus admibita.</i>	224	<i>Lucerna tetalychna in Comasijis cir-</i>	
<i>Leonis & Aquarij signa seu charac-</i>		<i>cumferebatur.</i>	540
<i>res.</i>	225	<i>Lucerna perpetuæ putatæ.</i>	545
<i>cur Nili inundationem significant.</i> Ib.		<i>diversis modis constructæ.</i>	546
<i>Lepus vigilantis Regis symbolum.</i>	202	<i>vtrum naturaliter possint fieri.</i>	547
<i>Libri de herbis & plantis Aegyptijs.</i>	68	<i>Lucernas perpetuas quomodo Aegyptij</i>	
<i>Libri Magici Aegyptiorum Sacerdo-</i>		<i>construere tentarint.</i>	548
<i>tum.</i>	82	<i>cur eas posuerint in cryptis.</i>	549
<i>Lineum amiculum Sacerdotum purita-</i>		<i>Ludouisius Obeliscus.</i>	258
<i>tis signum.</i>	179	<i>Lunar is statuæ habitus.</i>	221
<i>Lineus habitus quid denotet.</i>	278	<i>Luna Solis vicaria.</i>	121
<i>Lingue genus duplex Aegyptijs vſita-</i>		<i>Sol nocturnus.</i>	
<i>tum.</i>	42		Ibid.
<i>Lingua Græca num ab Aegyptia.</i>	57		
<i>Lini mysteria.</i>	279		
<i>Literæ Aegyptiorum ex varijs animali-</i>		M	
<i>bus desumptæ.</i> 43. & seqq. 46. 47			
<i>inferuiebant etiam inscriptionibus</i>		<i>Agia naturalis originem duxit à</i>	
<i>hieroglyphicis.</i>	55	<i>cognitione sympathiæ & anti-</i>	
<i>Literæ Aegyptiacæ à Cadmo in Græciam</i>		<i>pathiæ rerum.</i>	154
<i>traductæ.</i>	Ibid.	<i>Magie naturali Diabolus se miscuit.</i>	
<i>Literæ quid significet.</i>	Ibid.	<i>Magie origo.</i>	564
<i>Literæ Cæsarei Oratoris apud Turcam</i>		<i>Mala punica seu papauera offerebant</i>	
<i>ad Authorem.</i>	304	<i>Aegyptij Sacerdotes.</i>	144
<i>item Interpretis eiusdem.</i>	305	<i>Mala mundi fiderei, eorumque antidota.</i>	
<i>Litu ex ferulaceis thyrsis.</i>	232		205
<i>Lituus seu baculus incuruus.</i>	173	<i>Malchut quid?</i>	583
<i>in Hori manibus quid significet.</i> Ib.		<i>Mali punici symbolum.</i>	193
<i>dominij signum.</i>	179	<i>Malognanata & papaveracea capita, re-</i>	
<i>Loti flos Solem sequitur.</i>	135	<i>gnorum vunionem denotant.</i> Ibid.	
<i>Loti flore Solem sequente Aegyptij quid</i>		<i>Mandarinorum Sinensium lingua.</i>	15
<i>indicent?</i>	Ibid.	<i>Marrubium.</i>	74
<i>Lotus.</i>	75	<i>Matarea Aegypti.</i>	330
<i>Lucernarum festum apud Aegyptios.</i>	531	<i>Materia prima per ranam significata.</i>	
<i>&</i>	532		439

INDEX.

<i>Meleagris.</i>	63	<i>Mexican i annum in 18. Menses diuin-debant.</i>	28
<i>Iſidi ſacra.</i>	Ibid.	<i>ſeculorum clafes apud illos.</i>	29
<i>vnde dicta.</i>	Ibid.	<i>singulis ſeculis ſuis mundi interitum</i>	
<i>qualis.</i>	Ibid.	<i>expeland.</i>	Ibid.
<i>eius caput trigonum.</i>	Ibid.	<i>eorum anni initium.</i>	30
<i>Memphis multa antiquatis veſtigia,</i>			
<i>retinet.</i>	400		
<i>cavernæ circa illam.</i>	Ibid.	<i>Mexicanorum menſum nomina.</i>	Ibid.
<i>Mendesia tabula ſacra.</i>	335	<i>Mexicanarum picturarum interpretatio.</i>	
<i>Mendes ab Ammone in quo differat.</i>	336		31. & ſeqq.
<i>Menſe in adytis Aegyptiorum.</i>	83	<i>Minæ Dijs antitechnis intentatæ.</i>	521
<i>Mensarum ſacrarum uſus.</i>	Ibid.	<i>eas Dæmonones abominantur.</i>	Ibid.
<i>appellabantur Aneclabré.</i>	Ibid.	<i>Minuti characteres hieroglyphici non-</i>	
<i>Dys dedicatæ.</i>	Ibid.	<i>sunt literæ vulgares.</i>	420
<i>diuerſæ materiæ.</i>	Ibid. & 84	<i>Momphta naturæ humide præſes.</i>	98
<i>erant Aræ.</i>	Ibid.	<i>Momphtæum Numen.</i>	184
<i>earum origo ab Aegyptijs.</i>	Ibid.	<i>Momphta duplex.</i>	221
<i>Mensa ſacra.</i>	279. 280	<i>Momphtæ habitus.</i>	222
<i>Mens ſuprema triformis quomodo ſe-</i>		<i>pennia in eius capite quid ſignificet.</i>	
<i>mundo communicauerit.</i>	91		Ibid.
<i>Mens hypozoca.</i>	96	<i>cur ſedens.</i>	223
<i>eius habitus fœmineus.</i>	Ibid.	<i>Momphta ſummus influit in mundum</i>	
<i>bieroglyphica inscriptio.</i>	97	<i>per 12 Genios.</i>	218
<i>Mentastrum.</i>	77	<i>Momphta ſeu Nilotici humidii præſes.</i>	
<i>Mercurialis herba.</i>	Ibid.		323
<i>Mercurij munus.</i>	201	<i>Momphtæ ſtatua.</i>	504
<i>Meridionalis plaga ab Aegyptijs in vene-</i>		<i>Momphtæ Potentiæ ſymbolum.</i>	509
<i>ratione habita.</i>	127	<i>Monarchici ſtatus exemplar Deus.</i>	169
<i>Metempychofis quid.</i>	388	<i>Monarchicum ſtatum Aegyptijs appro-</i>	
<i>eam credebant Aegyptijs.</i>	Ibid.	<i>babant.</i>	169. 195
<i>ab illis eam hauiſt Pythagoras.</i>	390	<i>eius membra Rex, Sacerdotes, popu-</i>	
<i>circa illam error Platonis & Iuliani</i>		<i>lus.</i>	Ibid.
<i>Apoſtate.</i>	Ibid.	<i>Monas omnium rerum principium.</i>	
<i>opinio Orphei & Zoroaſtri.</i>	Ibid.		575
<i>hius dogma latifimè fuit diffuſum.</i>	391	<i>Dyadem generat.</i>	Ibid.
<i>de ea Mahumetis opinio.</i>	Ibid.	<i>Monogrammata Phta & Muth.</i>	181
<i>Mexicana lingua & literæ.</i>	28	<i>Mons Tagodum in India.</i>	22. 27
<i>Mexicani picturis loco characterum</i>		<i>Morphei Regnum in elementari mundo</i>	
<i>vtuntur.</i>	Ibid.	<i>elucet.</i>	324
<i>eorum characteres non ſunt bierogly-</i>			
<i>phica.</i>	Ibid.	<i>Mos conſidi cadayera apud Aegyptios.</i>	
<i>numerorum notæ apud illos.</i>	Ibid.		387
<i>annorum notæ apud eosdem.</i>	Ibid.	<i>Moyses inſtructus doctrinā bieroglyphi-</i>	
		<i>cā.</i>	9
		<i>Mumiæ, earumque conditoria & bie-</i>	
		<i>roglyphicorum, quibus inſcribuntur,</i>	
		<i>significatio.</i>	387. & ſeqq.

INDEX.

<i>earum schematismi, pictura, hieroglyphica, forma &c.</i>	388	<i>Murus dodecapyrgus, heptapyrgus &c.</i>	<i>174. 175</i>
<i>Mumia vox Persica.</i>	396	<i>Muri figura significat Regnum aut Cinitatem in Obeliscis.</i>	<i>175</i>
<i>non sunt cadasera Sole exsiccata.</i>	397	<i>Musica in Aegypto inuenta.</i>	<i>233</i>
<i>solo asphalto condiebantur.</i>	<i>Ibid.</i>	<i>Mysteria diuina celari debent.</i>	<i>579</i>
<i>&</i>	398	<i>Mythras Persarum quid?</i>	<i>100</i>
<i>Mumiaram capsae è saxo aut ligno.</i>	400		
<i>Mumiaram sub linguis lamina aurea.</i>	<i>Ibid.</i>		
<i>Mumiaram schematismi à Ioanne Nar-</i>		N	
<i>dio ad Authorem missi.</i>	411. & seqq.	N <i>Asturtium herba.</i>	<i>75</i>
<i>Mumijs idola assuebantur.</i>	418	<i>Nau iimpostæ figura in tabula</i>	
<i>Mumiaram fasciæ bieroglyphicæ.</i>	420	<i>Bembina.</i>	<i>138</i>
<i>Mumiæ variae ex Varijs Museis excer-</i>		<i>Nauis Barys.</i>	<i>Ibid.</i>
<i>ptæ.</i>	425. & seqq.	<i>Nauis puppis Accipitrino capite insigni-</i>	
<i>Mundum triplicem statuunt Sapientes.</i>	22	<i>ta.</i>	<i>Ibid.</i>
<i>Mundi triplicis characteres iuxta Brach-</i>		<i>Nauis hieroglyphica.</i>	<i>139</i>
<i>manas.</i>	23	<i>Ammonia</i>	<i>156</i>
<i>Mundi Angelici symbola.</i>	91	<i>Nephta tabulæ Bembinæ.</i>	<i>98</i>
<i>Sensibilis.</i>	<i>Ibid.</i>	<i>eius habitus & gestus.</i>	<i>Ibid.</i>
<i>Mundus triformis.</i>	107	<i>Nephæ seu Proserpina.</i>	<i>289</i>
<i>Mundi octo primarij iuxta Aegyptios.</i>	107. 108	<i>Nilometriæ columnæ.</i>	<i>200</i>
<i>Platonicorum de ijs sententia.</i>	<i>Ibid.</i>	<i>Niloscopij expositio.</i>	<i>223</i>
<i>Cabalistarum de ijsdem sententia.</i>	<i>Ib.</i>	<i>Nilum vencabantur Aegyptij.</i>	<i>437</i>
<i>Mundi singuli habent suas Potentias in</i>		<i>Nilus donum Deorum putabatur.</i>	<i>455</i>
<i>triades distinctas.</i>	109	<i>cultus ipsi exhibitus.</i>	<i>Ibid.</i>
<i>Mundus conseruatur humidi & calidi</i>		<i>fæcunditatis causa.</i>	<i>456</i>
<i>temperie.</i>	141	<i>encomia & commoda.</i>	<i>Ibid.</i>
<i>quadraplex Aegyptijs.</i>	150	<i>emulatur phases Lunæ.</i>	<i>457</i>
<i>Mundus est Umbra Dei.</i>	151	<i>eius symbolum.</i>	<i>459</i>
<i>Mundus visibilis imago est inuisibilis</i>		<i>Niloscopium.</i>	<i>Ibid.</i>
<i>Dei.</i>	153	<i>Niloticorum canarium consecratio.</i>	<i>470</i>
<i>Mundus Sensibilis exemplar status De-</i>		<i>Noctua Typhonis symbolum.</i>	<i>187</i>
<i>mocratici.</i>	169	<i>in somno visa malum omen.</i>	<i>196</i>
<i>Mundi Sublunaris dissidium.</i>	209	<i>quid significet.</i>	<i>288</i>
<i>Mundus archetypus nullum continet</i>		<i>Noctua & Cornicis dissidium.</i>	<i>203</i>
<i>malum.</i>	210	<i>Nufar, seu Nilufar.</i>	<i>76</i>
<i>Mundum in duodecim plagas diuidebant</i>		<i>Numeri xxxvi. mysteria.</i>	<i>296</i>
<i>Aegyptij.</i>	217	<i>Numerus nouenarius Boream signifi-</i>	
<i>Mundus constat duobus Crateribus.</i>	583	<i>cat apud Aegyptios.</i>	<i>124</i>
		<i>Septenarius Soli dicatus.</i>	<i>125</i>
		<i>Numeros Dijs suis dicabant Aegyptij.</i>	
		<i>Numina Zonia & Aronia.</i>	<i>85</i>
		<i>Numina sua exprimebant sub utroque</i>	
		<i>sexu Aegyptij & Græci.</i>	<i>98</i>

INDEX.

- N**umina sub habitu masculino principium adiuum; sub feminino pasuum significant. 98
- N**umina apotropaæ seu Auerrunca. 148
- N**umina singula similibus donis placabant Aegyptij. 219
- N**umina primæ Classis aegyptiorum. 507
- N**umismata è Museo Stephanoni. 248
- N**ymphæa. 75
- O**
- O**beliscus Rameffæus siue Lateranensis. 162
- eius historia. Ibid.
- est omnium maximus. Ibid.
- liberatur ab incendio à Cambyses. 163
- defertur Alexandriam primū, deinde Roman. Ibid.
- erigitur in Circo Maximo. 164
- eius mensuræ. Ibid.
- à Gothis decicitur. Ibid.
- à Sixto V. erigitur in Campo Late-ranensi. 165
- symmetriae epilogismus. Ibid. & 166
- inscriptio[n]es. 166. 167
- interpretatio. 168
- continet rationem ordinandi mun-dum politicum ad archetypum. 168
- 169
- eius interpretandi ratio. 171
- interpretatio difficilis. Ibid.
- diu[is]io Obelisci. 172
- Epigraphe. Ibid.
- Obeliscus Sennesertæus siue Flaminius. 214
- à quo fuerit erectus. Ibid.
- eius basis. 215
- mensuræ. Ibid.
- inscriptio[n]es. 216
- argumentum. 217
- Epigraphe. 235. & 236
- Anacephalæos. 248
- Obeliscorum figuræ cur ruditer elaboratæ. 221
- Obeliscus Sallustius seu Ludouisius. 258
- eius symmetria. Ibid.
- argumentum. 259
- diu[is]io & interpretatio. 260. & seqq.
- compendium est Flaminij. Ibid.
- differentia inter eum & Flaminium. 269
- Obeliscus Veranus seu Barberinus. 272
- repertus in agro Verano. Ibid.
- erector eius Sotbis & Rameffæs. 273
- vbi Romæ primū erectedus. Ibid.
- eius magnitudo. Ibid.
- argumentum. Ibid.
- quibus Numinibus dicatus. 274
- continet 48 stationes Deorum. Ib.
- finis cur erectedus. 276
- Obeliscus Constantinopolitanus, eiusque interpretatio. 304. & seqq.
- Obelisci minores, & sunt Monticælius, Mediceus, & Mahutæus, eorumque interpretatio. 318. & seqq.
- Obeliscus Heliopolitanus, eiusque interpretatio. 330. & seqq.
- Obeliscus Alexandrinus, eiusque interpretatio. 339. & seqq.
- Obeliscus Florentinus, eiusque interpretatio. 348. & seqq.
- Obelisci rasi. 368
- Obeliscus Exquelinus, seu S. Mariæ Maioris. 369
- Obeliscus Vaticanus. 370
- Obeliscorum variorum fragmenta, eo-rumque interpretatio. 378. & seqq.
- Obeliscus Campomartius subterraneus. 378. & 379
- Obelisci minores 44 olim Romæ erec-ti. 383
- Obelisci superfites continent doctrinam veterum aegyptiorum. 552
- Obelisci minores inter se sunt similes. 564
- Oedi-

INDEX.

<i>Oedipi Aegyptiaci adornandi occasio.</i>		<i>Ex Circulum:</i> 571
<i>Oedipum Aegyptiacum tria scire oportet.</i>	551	<i>eius Theologia nostræ similis.</i> 572
<i>Olea.</i>	280	<i>Passer simplicem populam denotat.</i> 203
<i>Oleum inconsuceptibile dari non potest.</i>	547	<i>Pastophorum officium.</i> 238
<i>Ophionia Mens.</i>	148	<i>Paterna Mens.</i> 85
<i>Ophionius Agathodæmon.</i>	199	<i>paternum fundum.</i> Ibid.
<i>Ophionum Numen.</i>	335	<i>Paterni fundi tribus triadibus compo-</i>
<i>Opertanea sacra.</i>	226	<i>siti nota.</i> 282
<i>Oraculorum origo.</i>	564	<i>Paterno Menti semina que?</i> 480
<i>Origanum.</i>	77	<i>Penates quid?</i> 474
<i>Orphei de Trinitate sententia.</i>	576	<i>qui, ex cur informes apud Aegyptios.</i>
<i>Orpheus in hymnis precatorijs Aegyptios imitatus.</i>	159	476
<i>Osiris inferiorem Aegyptum reddidit habitabilem.</i>	42	<i>eorum statuae binæ.</i> 477
<i>Osiris ex Isis Sol & Luna.</i>	139	<i>Penna in hieroglyphicis quid significet.</i>
<i>Osiris, Isis, Horus, Typhon, in mundo sensibili quid?</i>	170	295
<i>Osridis catena.</i>	187	<i>Penna Ibidis in manu Idoli Canopici.</i>
<i>Osiris agriculturam inuenit.</i>	190	441
<i>Osiris multipliciter consideratur.</i>	237	<i>Pentapodium.</i> 70
<i>Osridis brachium.</i>	280	<i>Perseæ ramus triplex inuersus.</i> 173
<i>Onalis figura in Obelisco Rameffæo.</i>	172	<i>Persea semper viridis.</i> 230
<i>Quum Zoroastræum.</i>	274. 275	<i>Perseæ ramus triplex ex quatuor vniuersi-</i>
<i>Quum quid referat.</i>	280	<i>cuiusque folia, quid significant.</i> 230
<i>Quum liquorem stillans.</i>	299	<i>Perseæ folia quid hieroglyphicè signifi-</i>
		<i>cent.</i> Ibid.
		<i>rami inuersi.</i> Ibid.
		<i>cur seminationis ex plantationis</i>
		<i>symbola Persea.</i> Ibid.
		<i>Perseæ Mystras vocabant Leones.</i> 390
		<i>Persea arbor.</i> 135. 229
		<i>eius ramo cur vterentur Aegyptij in</i>
		<i>solennitatibus.</i> 229
		<i>Phallus oculatus.</i> 137. 279
		<i>Phallus oculatus amuletum Aegyptiorum.</i>
		415
		<i>Phallus varie ab Aegyptijs formatus.</i>
		528
		<i>Phœnicopterus Horum significat.</i> 291
		<i>Phylacteria unde dicta.</i> 521
		<i>Phylacterium à Dom. Scaphilo missum.</i>
		526
		<i>Pisces in Obeliscis quid significant.</i> 381
		<i>eos abominabantur Aegyptij Sacerdo-</i>
		<i>tes.</i> Ibid.
		<i>sunt symbolum odij.</i> Ibid.
		<i>Pisces non assumebantur ab Aegyptijs</i>
		<i>pro</i>

P

P <i>Andocbes, eiusque affæclæ.</i>	124
<i>Papaver terræ symbolum.</i>	193
<i>Papaveraceum sceptrum significat politicam administrationem.</i>	198
<i>Papilio Dracontomorphus.</i>	183. 195
	196. 206
<i>Pappraceus thyrsus.</i>	183
abundantiam notat.	197
<i>Parabolarum genus duplex apud Aegyptios.</i>	8
<i>Parmenidis sententia de Deo.</i>	570
quo sensu vocet Deum finitum.	Ibid.

INDEX.

- pro hieroglyphicis.* 555
Planetarum effectus qui significant characteres. 23. & seqq.
Plantago herba. 70
Platonis de Deo legifero sententia. 173
Platonis opinio de revolutione animarum. 392. 393
Platonis de Deo sententia. 573
Plotini sententia de Deo. 573
Politici status idea. 168
Politica documenta. 191. 209
Politico statui subinde profant aduersa. 192
Polymorphi Dæmonis officia. 502
Polymorphe statuae. 500. & seqq.
Pondus Obelisci Vaticani quomodo exploratum. 374
Porta magna Orientis. 119
 Occidentis. 120
 Septentrionis. 123
 Austri. 125
Porta mundi. 120
Portatilia simulacra Ægyptiorum. 494
Portulaca herba. 78
Potentiae mundi Duces & Rectores. 510
Prothyrum Mercuriale. 288
Prouidentiae Dei argumentum. 170
Prouidentia hydrothea. 297
Pſammirtaus Rex Ægypti. 214
Pulegium herba. 77
Puritas mentis necessaria. 586
Pyramides duæ & tres circuli quid dent. 282
Pythagoras quo tempore fuerit in Aegypto. 214
Pythagoræ sententia de Deo. 570

Q

- Q***Vadrangula duodecim Obelisci Flaminij.* 237
Quadrans Astronomicus tabulae Bembinæ signum temporis. 106
Quadrupedum raritas in Aegypto. 555

R

- R***Adius mentis diuine omnia implet.* 143
Ramesses erexit Obeliscum omnium maximum 20000 hominum operâ. 162
alligat filium eius apici. Ibid.
iubet adornari hieroglyphicis ad politicam spectantibus. 168
Ramis Perseæ & Loti Horum venerabantur Ægyptij. 229
Ramorum festum in honorem Bacchi.

Ramus Acaciæ. 139
Ramus triplex & inuersus in Obeliscis. 229
Rana flori Perseæ insidens. 104
Rana aræ insidens. 137
Ranam pingebant Ægyptij pro luto. Ib.
eam Isidi consecrabant. 138
Rana. 280
Rana in Canopo Gualdiano. 438
significant materiam primam. 439
Rectores Mundorum. 85. 111. & seqq.
eorum triades & officia. Ibid.
Rectores Mundi præsident mensibus & signis Zodiaci. 112
Reges Ægyptiorum Sacerdotes. 180
Regiones diuersæ tabule Bembinæ, earumque explicatio. 87. & seqq.
Rex omnibus Regni sui rebus adesse debet. 170
Rex Solem imitari debet. 191
omnia in subditis suis operari debet.
Ritus quibus inaugurabantur Sacerdotes Aegyptij. 181

S

- S***Acerdotibus solis hieroglyphica doctrina communicata à Trismegisto.* 9
Sacerdotes Aegyptij quid petuerint in Deorum invocatione. 86
Sæ-

INDEX.

- Sacerdotes Aegyptij mitrati. 179
 erant Reges. 180
 quibus ritibus inaugurabantur. 181
 Sacerdotum Aegypti ritus in adytis. 206

 Sacerdotes nudi in Obelisco quid significent. 249
 Sacerdos Isiacus linteatus. 278
 Sacrificia quâ ratione instituerint Aegyptij. 267
 Sacrificaturi ad quid attenderint. 155
 Sacrificantium habitus. 156
 Sacrificandi rationem continet tabula Bembina. Ibid.
 Sacrificiorum ritè peractorum vis. 155
 Salis copia conditis corporibus adjuncta non reddit illa incorruptibilia. 398
 Sanguinaria herba. 75
 Sapientia studium semper floruit apud Antiquos. 8
 Satyrion herba. 70
 Scarabaeus. 147. 176. 179
 sculptus in annulo. Ibid.
 Regem denotat. 191
 Scarabei volantis significatio. 320
 Scarabei prophylactici varij. 522. & seqq.
 Scepturn recurvum. 231
 Sceptro in tbyrseo Osridis tria consideranda. 234
 Scepturn Luniforme & Accipitrisforme. 282
 Scolopendrion herba. 77
 Scylla herba seu cæpa muris. 74
 Septa sacrorum animalium. 241. 283
 & 299
 Serapidis caput à Sole salutatum. 103
 quid hieroglyphicè significet in tabula Bembina. Ibid.
 eius aſſeclæ. 104
 Serapis & Cœnub idem. 442
 Serapes quid? 472
 Serapis simulachro cur tot hieroglyphica incisa? 482
 Serapis statua secunda explicatur. 483

 Serapis statua Alexandriæ. 522
 Serpentes stipantes thronum tabule Bembina quid significant. 92
 Serpens globo circumfusus. 140
 è globo emergens. 182
 caudam mordens. 183
 Serpentis symbolum varia significat. 352
 Seruianorum characterum Crucis inscriptorum interpretatio. 38. 39
 Sexu utroque Numinis sua exprimebant Aegyptij & Graci. 98
 Sigillum Enneados. 123
 Sidex sacer quid? 335
 Simendes idem Aegyptijs, quod Græcis Pan. 140
 Simulachrum Accipitrino capite. 235
 Sinensium characteres quomodo instituti. 10
 Sinensem Regionem Chami posteri incluisse videntur. Ibid.
 Sinensium characteres hieroglyphicis similes. 11
 eorum multitudo ingens. Ibid.
 singuli singulis vocibus respondent. Ibid.
 Sinensium character idem cum Iaponiorum & aliarum adiacentium Regionum. 15
 idem character pro diuersitate accentus diuersa significat. Ibid.
 Sinensium characterum antiquissimorum explicatio. 16. 17. 18. 19
 ex varijs rebus desumpti. Ibid.
 Sinica lingua difficillima. 15
 Sinicorum characterum veterum exempla. 12. 13
 ex omnibus rebus efformati. Ibid.
 inter illos Crux ansata, & statua Serapidis. 13
 inter illos & hieroglyphica Aegyptiorum differentia. Ibid.
 Situs figurarum hieroglyphicarum attendendus. 142
 Sothis stella incrementi Nilotici prænun-

INDEX.

<i>nuntia.</i>	116	<i>Strigilis sacra.</i>	240
<i>Sothis Isidi tribuitur.</i>	127	<i>Suppositiones pro doctrina hieroglyphica.</i>	
<i>Sothis & Rameissis figuræ in Obelisco Rameſeo.</i>	180	<i>Symbola Mumijis impressa non signifi- cant res gestas defuncti.</i>	4 430
<i>Sphynges quid fuerint apud Aegyptios.</i>	224	<i>Synochæ quid?</i>	100
<i>qua occasione confitæ.</i>	Ibid.		
<i>Sphynges in delubrorum & adytorum crepidinibus.</i>	130		
<i>earum descriptio ex Proclo.</i>	Ibid.		
<i>Sphynges in desertis Africæ.</i>	397		
<i>Sphynges quales figuræ.</i>	460		
<i>earum Varii simulachra Rome & in Aegypto.</i>	Ibid.		
<i>earum officium indicare incrementa Nili.</i>	461		
<i>Sphynges Villa Burgbesie.</i>	468. &c seqq.		
<i>Sphynges aquæ felicis Romæ.</i>	462. &c seqq.		
<i>Sphyngis simulacrum.</i>	457		
<i>Sphyngis fragmentum.</i>	458		
<i>Sphynx Nilotica.</i>	115		
<i>eius habitus hieroglyphicus.</i>	Ibid.		
<i>Sphynx Accipitri-Leuniformis.</i>	141		
<i>Sphynx Nilotica quid significet.</i>	454		
<i>Stationes 48 Deorum in cœlo.</i>	274		
<i>Statua lignea, eiusque expositio,</i>	431		
<i>&</i>	432		
<i>Statuas Deorum informes faciebant Aegyptij.</i>	476		
<i>earum binae.</i>	477. & seqq.		
<i>Statuae polymorphæ.</i>	500. & seqq.		
<i>Statuae characteristicae.</i>	506. & seqq.		
<i>Statuae irancus sine capite.</i>	507		
<i>eius explicatio.</i>	Ibid. & seqq.		
<i>Statuae prophylactæ.</i>	511		
<i>Statuae Aegyptiorum ornabantur figuris animalium sacrorum tantum.</i>	516		
<i>Statuae minas intentantes.</i>	521		
<i>Stella in hieroglyphicis quid significet.</i>	291		
<i>Stellis arbitrium humanum supposuisse videntur Aegyptij.</i>	205		
<i>Stolistarum officium.</i>	188		
<i>Strigilis sacra.</i>			
<i>Suppositiones pro doctrina hieroglyphica.</i>			
<i>Symbola Mumijis impressa non signifi- cant res gestas defuncti.</i>			
<i>Synochæ quid?</i>			
		T	
		T <i>Abulæ aeneæ ex Museo Patauino interpretatio.</i>	36. 37
		<i>Tabula Isiaca seu Bembina, cur ita dicta.</i>	80
		<i>perit in direptione Mantuana.</i> Ibid.	
		<i>eius magnitudo, materia, ornamenta.</i>	Ibid.
		<i>ex Aegypto Romanam translata.</i>	81
		<i>eius usus apud Aegyptios.</i>	Ibid.
		<i>erat mensa in Adjitis.</i>	83
		<i>eius argumentum.</i>	85
		<i>Theologiam Aegyptiorum continet.</i>	
		Ibid.	
		<i>finis ipsius.</i>	Ibid.
		<i>in ei exponenda Authoris protesta- tio.</i>	86
		<i>divisio varia.</i>	87. & seqq.
		<i>Anatomia ipsius.</i>	Ibid.
		<i>in ea oculo consideranda.</i>	Ibid.
		<i>interpretatio genuina.</i>	89. & seqq.
		<i>eius simulacra omnia sunt amulca.</i>	
		157	
		<i>sacrificandi rationem continet.</i>	156
		T <i>Tabuli sacra Hermetica.</i>	174
		<i>eius interpretatio.</i>	Ibid.
		<i>significata.</i>	177
		T <i>Tabulæ sacrae in Obeliscis.</i>	220
		<i>celebriores due explicatae.</i>	Ibid.
		&	221
		<i>alterius explicatio.</i>	226. 242
		T <i>Tabulæ ouatæ Obeliscorum non sunt literæ.</i>	560
		<i>Tauticus character quid apud Aegy- ptios significarit.</i>	226
		<i>ab Hebreis mutuatus.</i>	Ibid.
		T <i>Templum Isidis olim Romæ.</i>	383
		Te-	

INDEX.

- | | | | |
|---|---------------|---|----------|
| <i>Teraphim Hebraorum.</i> | 475. 495 | Omphæa. | 117 |
| <i>Termi tres in Obelisco Rameſſeo ſignificant leges.</i> | 174. 176 | earundem Aſſeclæ. | Ibid. |
| <i>Termi Mercurio ſacri.</i> | Ibid. | maſculus & fæmina in ſingulis. | 113 |
| <i>Teffulata ſedes Ibimorphi Numinis tabulae Bembinae.</i> | 95 | Trias Horæa, eiusque Aſſeclæ. | 119. 120 |
| <i>Tetradice qualis berba.</i> | 352 | Trias Fontana, eiusque Aſſeclæ. | 120 |
| <i>Thaustus cur Accipitriformis.</i> | 128 | & | 121 |
| <i>Theologiae Aegyptiorum compendium.</i> | 575 | Trias Pantochæa, eiusque Aſſeclæ. | 123 |
| <i>Thermatis significatio hieroglyphica.</i> | 116 | & | 124 |
| <i>Theurgicus ſeu Magicus ſenſus tabulae Bembinae.</i> | 155 | Trias Thaūſtīca, eiusque Aſſeclæ. | 121 |
| <i>Thyrsiphorus cur dictus Dionysius.</i> | 280 | & | 126 |
| <i>Thyrsorum ferulaceorum ſymbolum.</i> | 233 | Trinitatis ſanctissimæ myſterium ab antiquis expressum. | 100 |
| <i>Thyrsus ferulaceus.</i> | 231 | Trinitatis deſcriptio. | 587 |
| <i>Niloticus.</i> | 280 | Tripus cum cucurbitis in delubris Mercurij. | 287. 288 |
| <i>Titus Liuius Burattinus mulea hieroglyphica misit ad Authorem.</i> | 330 | Trismegiſtus condidit doctrinam hieroglyphicam. | 168 |
| <i>Traha quale instrumentum.</i> | 358 | eamque tradiſit Sacerdotibus. | ibid. |
| <i>Triades ſeptem tabulae Bembinae.</i> | 107 | prohibet ne alijs tradant. | ibid. |
| <i>& ſeqq.</i> | | Trismegiſtus hieroglyphicorum iſtitutor. | 568 |
| <i>applicari poſſunt tribus Mundis.</i> | 111 | Dei Unitatem cognouit. | Ibid. |
| <i>Triades quatuor Rectorum Mundi.</i> | Ib. | ab illo veteres Philosophi eandem didicerunt. | 569 |
| <i>Triadum Patres explicantur.</i> | 95 | Trismegiſtus de Trinitate ſententia eiusdem ſententia de creatione Mundi. | 576 |
| <i>Mentes earundem explicantur.</i> | 96 | Ibid. | |
| <i>Potentiæ explicantur.</i> | 97 | Trismegiſtus de credendo ſententia. | 581 |
| <i>Azonie triades explicantur.</i> | 100 | eius locus enodatur. | 582 |
| <i>Triangulum reētangulum genetice virtutis ſymbolum.</i> | 358 | Triunum Deum Aegyptij agnouerunt. | 575 |
| <i>Trias qualibet conſtat Potentia, Patre, & Mente.</i> | 85. 94 | Triunum Trinitatis Numen quale ſecundum Aegyptios. | 577 |
| <i>que tria explicantur.</i> | 95 | Tutelarium Aegypti duratio regiminiſis. | 393 |
| <i>Trias Azonia Hecatina.</i> | 101 | Tutelares ſex, eorumque nomina. | 286 |
| <i>Serapæa.</i> | 103 | Typhonem cur non occiderit Iſis. | 209 |
| <i>Osiriaca.</i> | 105 | Tyrannis ex Aristotele. | 204 |
| <i>eius Pater & Aſſeclæ.</i> | 106 | | |
| <i>Horæa trias.</i> | 109. 259. 261 | | |
| <i>Fontana.</i> | ibid. | | |
| <i>Trias in toto Mundo fulget.</i> | 107 | | |
| <i>Trias Mendesia.</i> | 112 | | |
| <i>Ammonia.</i> | 113 | | |
| <i>Momphæa.</i> | 115 | | |

v

Vasa sacra à Nibus missa. 524
Vasis Nilotici fragmentum
 ex Museo Authoris. 384
 K k k k V 85

I N D E X.

<i>Vas Canopicum, eiusq<small>ue</small> expositio:</i>	447	<i>Vrbs regia qualis esse debeat ex Platone:</i>	
&	448		175
<i>Vas Niloticum funiculo appensum.</i>	191	<i>Vultus Cœlum significat.</i>	334
<i>Vas Niloticum, eiusque interpretatio.</i>	448		
<i>Vas sacrum, eiusque hieroglyphica.</i>	513		
<i>Verbenaca.</i>	73		
<i>Vnitas secundum Pythagoram est Deus rerum omnium principium.</i>	Ibid.	Z <i>Oolatria Aegyptiorum.</i>	389
<i>Volucres paucæ inter hieroglyphica re- pertæ.</i>	556	<i>Zoroaster docuit Persas cultum ignis.</i>	534
		<i>Zoroastri de Trinitate sententia.</i>	575

F I N I S.



AV

A V T H O R L E C T O R I.

NVllum hic errorum typographicorum Catalogum adtexo, quia nulli in hoc III. Tomo occurunt, qui te offendere possint, aut quos, si offenderint, non facilè corrigas. Quod quidem iam sæpe laudati Typothetæ nostri Zachariæ Dominici Acsamitek à Kronensfeld Germano-Boëmi Pragensis diligentia acceptum feras. Vale.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu
Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo
Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk.

Omnes sunt duerniones præter Kkkk.

R O M AE,

Ex Typographia Vitalis Mascardi, M DC LV.

SUPERIORVM PERMISSV.